

CORNELII VAN ECK,

JCti & Antecessoris Ultrajectini,

PRINCIPIA JURIS CIVILIS,

Secundum ordinem

DIGESTORUM,

PARS PRIMA.

Editio septima.



LUGDUNI BATAVORUM,
APUD SAM. ET JOH. LUCHTMANS,
MDCCLXXXIV.



NOBILISSIMO, GENEROSISSIMOQUE & ILLUSTRI VIRO,

D. THEOTARDO Baroni AB AYLVA,

PRÆTORI WONSERADEELANO, PRUDENTISSIMO, VIGILANTISSIMO, INTEGERRIMO, CONSESSUI DELEGATORUM AB ILLUSTRIBUS ET POTENTIBUS FRISIÆ ORDINIBUS NOVEM VIRORUM ADSCRIPTO, ET ALIIS MAXIMIS DIGNITATIBUS, IN PATRIÆ SALUTEM ATQUE INCREMENTUM, SINGULARI INTEGRITATE ET FIDE DEFUNCTO, ET FUNGENTI;

S. P. D.

CORNELIUS VAN ECK.



Cui potius, Mæcenas vere Illustris & Generose, has institutionis meæ primitias, & Professionis tyrocinium inscriberem, quam Tibi, cui, quam in hac Academia sustineo,

personam debitâ gratissimi animi testificatione acceptam fero? Quod doceo, quod scribo tuum est. Tibi debet Academia & Studiosa Juventus, si quem ex me percipit, aut perceptura est, fructum. Accipe ergò hæc Tibi debita Juris Civilis Principia eo vultu, quo parva soles, sed à clientibus usu & mancipio tuis profecta. Quæ si Tibi non omninò displicere intellexero, stimulum addes de aliis cogitandi, quæ, si Deus vitam suffecerit, & tuo patrocinio digniora, famæque parandæ accommodatiora, & fortè ætati ferendæ magis idonea erunt. Ut nunc est, malui studiosorum & voluntati morem gerere, & utilitati consulere, quam famæ scribere, ut Tibi fidem facerem, nihil mihi prius esse, vel antiquius, quàm id operam dare, ut Spartam, tuâ curâ, & Illustrissimorum Procerum benignâ voluntate, mihi mandatam, quantum quidem ingenio & labore contendere possum, ornem, eaque me non omninò indignum esse pro-

probem. In eo defixæ sunt omnes cogitationes meæ. Pro beneficiis in me tuis, ut officii religio postulat, agere, nedum referre gratias, non opis est nostræ, nec hujus loci. Ad vota potius confugio & preces, Deumque O. M. deveneror, ut Te, Frisiæ tuæ decus atque ornamentum, omnibus laudibus dignum, sed omnibus majus, cum Illustri & Nobilissimâ familiâ tuâ, diu sospitem & superstitem esse velit! Te verò, eâ quâ par est, reverentiâ, obtestor, ut hoc opusculum, grati animi, & officiosæ voluntais pignus ac monumentum, tutelâ tuâ ıon indignum æstimare velis, cujus uctorem in clientelam tuam accipere, c singulari benivolentia beare, atque nmortalibus beneficiis mactare & cuıulare dignatus es. Vale, Mæcenas ərè Illustris & Generose, & de Frisia â, cujus bono natus es, optime meri perge. Ita scribebam & vovem Franequeræ ipsis Kalend. Februa: CIↃ IↃC LXXXIX. Ita & nunc

 ite-

iterum iterumque voveo, postquam trans mare cœlum, non animum mutavi in Te meum, innumeris beneficiis, in me constanter collatis, Tibi devinctum. Trajecti ad Rhenum ipsis Kalendis Junii MDCXCVII.





PRÆFATIO
AD
LECTOREM.

Miraberis forte, amice Lector, quid mihi, homini id ætatis, in mentem venerit, ut post tot Magnorum Virorum labores, ad Principia Juris, *in usum doctrinæ Academicæ, scribenda me dederim, cum ignorare non possim, certe non debeam, id scribendi genus adeo non esse appositum ad famam vel parandam vel propagandam, ut qui otio suo hunc in finem utuntur, an abutuntur? nescio quam de humilitate ingenii sui, curtaque eruditionis supellectile, apud viros litteratos excitent opinionem; quibus persuasum esse videtur, nullam superesse in hac com-*

pendiaria docendi via semitam, quæ non innumerorum Interpretum vestigiis sit tritissima. Verum hæc ratio, & si quæ forte sunt aliæ, tanti apud me non sunt, ut me a scribendo deterrere potuerint. Non equidem ignoro, systematica Doctorum scripta in eam excrevisse multitudinem, ut vix pluros Justiniani huic luxurianti, & mole laboranti sua, sylvæ resecandæ, & in ordinem cogendæ, sufficere posse videantur. Ipsa de Systematibus, Compendiis aliisque ejusdem farinæ Commentariis, scribendis excusatio adeo vulgata est, totiesque repetita, ut jam complurium Præfationum argumentum occupaverit. Verum enim vero illa ipsa numerosa Systematum copia illis, qui erudiendæ, & principiis Juris Civilis imbuendæ juventuti sunt præpositi, inevitabilem necessitatem imponere videtur serius aut citius scribendi aliquid, quod, ad juvandos Auditorum profectus, in domesticis scholis sequantur; ut & Præceptores aliorum sententias sive explicandi, sive refellendi, & omnia viva voce exponendi, opera, & Auditores tædiosa scribendi molestia liberentur. Ipsum nostrum Juris Romani sacrarium, ob leges plerisque in Titulis nullo fere nexu cohærentes, aliasque rationes complures, sine opera systematicæ doctrinæ, cum pleno fructu explicari non posse, receptissima apud omnes eruditos opinio est, & omnium temporum usu atque experientia probatissima. Hæc autem sive compendia, sive systemata, tu-

tutius esse scriptis tradere, eaque, quæ desunt, viva voce vel supplere, vel iis, quæ obscuriora sunt, faculam accendere, quam omnia & sermoni docentis, & memoriæ atque attentioni Auditorum committere, res ipsa, vel me tacente, abunde probat. Jam vero huic docendi rationi magis idoneum, atque accommodatum esse opus, cujus ipse, qui docet, non alius, auctor est, vel inde liquet, quod suarum quisque cogitationum, quam alienarum, sensum magis exploratum habeat atque perspectum, easque adeo multo facilius cum Auditoribus communicare possit. Hæc, quæ me ad Principia Juris *in usum Auditorum, & meum, scribenda impulit, palmaria ratio est; idque potissimum, ut viam ad ipsa legum capita rectius intelligenda aperirem, non ut eis sacra juris nostri monumenta è manibus excuterem. Quod qui faciunt, nescio an ullum præsentius ad pessumdandam Jurisprudentiam remedium excogitare possint sua illa in studiorum dispendium apta nata compendiaria docendi via. A quorum instituto semper ratio mea fuit, eritque, dum vivo, alienissima, qui ita à Præceptoribus didici, in eaque persuasione per experientiam quotidianam magis magisque confirmor, neminem esse aut futurum verum JCtum, qui non plus operæ atque industriæ ipsis fontibus Jurisprudentiæ, id est, Veterum JCtorum & Imperatorum monumentis perscrutandis, quam compendiariæ institutionis rivulis consectandis, impenderit.*

PRÆFATIO.

Ut in legibus corruptis & depravatis, ope emendationum, sanandis, & integro ac ingenuo sensui restituendis fuerim parcior, fecit copia & amplitudo argumenti, quod in tradendis certi, &, ubi id res flagitabat, etiam subinde controversi Juris Principiis, consumere decrevi. Non deerant alioquin conjecturæ verisimiles, quæ mihi, dum in Corporis nostri monumentis, nocturna diurnaque manu pervolutandis totus sum, in mentem venerunt ad restituenda ea legum capita, quarum vera lectio & genuinus sensus hactenus Interpretum diligentiam fefellisse videtur. Sed hæ, & si quæ forte accrescent aliæ, interim justam maturitatem exspectantes, nisi Deo aliter visum sit, alterius forte libri materiam mihi suppeditabunt. Nunc quidem in eo mihi fuerunt omnia, ut nihil me prius, quam Studiosorum profectus curare, iisque me ingenii & lectionis ostentationem postponere, fidem facerem. Neque aliter poteram, si vel Studiosorum Juris, qui ante omnia veræ solidæque Jurisprudentiæ succo sunt imbuendi, vel Principiorum Juris, *quem operi meo titulum sumsi, rationem habere vellem, ut certe debebam, si Plinio crederem, primum officium esse scriptoris censenti*, ut sæpius titulum suum legat, atque identidem interroget se, quid cœperit scribere? *Quantum alioqui Jurisprudentia nostra litteris humanioribus debeat, & quantum in arte nostra Criticæ, non siccæ illi sterilique, sed ad rerum le-*

gum-

gumque intellectum omnino necessariæ, tribuendum sit, atque adeo tribuam, ipse mihi testis sum, qui in dies singulos magis magisque comperio, si absque Cujacii, Hottomanni, Duareni, Ant. Augustini, aliorumque principum JCtorum emendationibus fuisset, illam ipsam Romani Juris scientiam, quæ tot annos Orbi Europæo, non in Foro minus, quam in Academiis, ad gubernaculum sedet, omnes sui cultores inextricabilibus difficultatibus mendisque & nævis, quæ absolutissimæ pulchritudinis Corpus mirum in modum depravarant, a se alienaturam fuisse. Ita mutila & corrupta legebantur, ita spinis horrebant omnia. De qua utilissima Juris explicandi emendandique magnorum virorum industria, si mihi non credis, Lector, homini adolescenti & in legibus discendis docendisque non multos annos versato, at credes, spero, perspicacissimi judicii, & stupendæ eruditionis viro, Francisco Hottomanno, cujus verba, ne quis mihi iniquam forte hac de re litem moveat, adponam: ,, *Ex quo me a Musis mansuetioribus,* inquit, *ad hæc severiora & graviora studia retuli, & quasi postliminio redii, semper operam, quæ nostris in libris emendandis ponitur, ita necessariam esse judicavi, ut omnis fere labor meus in hoc studiorum genere sit consumtus. Quid enim aliud tandem agamus nos, quorum in libris tanta scripturæ varietas & dissimilitudo cernitur, ut Florentina exem-*

,, *pla-*

„ *plaria cum vulgatis, hæc cum Haloandrinis, „ singula inter se vix decem continentes versus, „ congruentes & consentientes habeant: Ut jam „ nobis in constituendo, quid JCti responderint, „ laboris non multo minus capiendum esse videa- „ tur, quam, sublatis eorum Responsis, in ex- „ plicanda quavis quæstione proposita, sumendum „ esset. Quos tamen labores quam suaviter qui- „ dam irrideant, haud obscurum est. Eos dico, „ qui, dum, editis magnis quibusdam Repetitio- „ num voluminibus, JCtorum sibi nomen apud „ imperitos concilient, de recta legum nostrarum „ interpretatione non magnopere laborant. . . . . . „ Nam etsi multi, iique magna eruditione viri „ persæpe in istis emendationum conjecturis magno- „ pere fallantur, eos tamen, qui in eo studiorum „ genere elaborant, serio, ne quid nunc amplius „ dicatur, rem agere, & solidam nec adumbra- „ tam rerum intelligentiam quærere, negari, nisi „ ab impudente aut stolido, non potest.” Ha-* ctenus ille. *Verum ut Hottomanni, aliorumque capitalium ingeniorum, industria ex latericia tantum non auream fecit Jurisprudentiam, ita nondum omnia occupata, sed multa in amplissimis Romani Juris latifundiis relicta sunt, quibus in integrum restituendis eorum hodieque potest debetque occupari cura & diligentia, qui JCtorum ac Doctorum titulum & professionem, ut par est, implere atque ornare contendunt. Sed nobis hic alius,*

sci-

ſcilicet certa Digeſtorum Principia docendi, fuit finis propoſitus & ſcopus, in quo quid præſtiterim præter cæteros, nihil attinet multis deprædicare. Ut de aliis taceam, ad Titulum de Origine Juris, non ſine labore, Imperatorum & JCtorum, quorum in Pandectas & Codicem relata ſunt monumenta, nomina, ætates, & ſcripta recenſere, & ſuis temporibus adſerere conatus ſum; cum accurata ejus rei cognitio non minus ſit ad leges intelligendas neceſſaria, quam hactenus a Pandectarum Interpretibus neglecta eſt. Illud enim affirmare audeo, non poſſe Studioſos Juris ſine pudore Cæſarum & JCtorum, non ita multorum, nomina, tempora & ſcripta ignorare, in quorum fragmentis pervolvendis magnam ætatis partem conterunt. Nam quis eorum ſtupidam ignorantiam non miretur, qui ſi, in circulo doctorum, Auctoris Veteris inciderit nomen, piſcis aut edulii peregrinum eſſe vocabulum arbitrantur? de qua inſcitia gravis exſtat Ammiani Marcellini, in ſui ævi JCtos, querela. Quis ferat Advocatum, qui, quod Ægidius Menagius ad Ludovicum Nublæum ſcribit, Orationem Imperatoris Divi Marci Antonini, cujus frequens in libris noſtris fit mentio, preces eſſe Sancti Marci ſerio & bona fide exiſtimabat? In quos errores ne impingant, qui ex noſtra Diſciplina prodeunt, Juris Studioſi, atque ita hominibus, in litteris & hiſtoria vel mediocriter verſatis, ludibrium debeant, has hiſtoriæ Juris

ris & Chronologiæ facula accensa, effecturum me spero & confido. Quam Historiæ & Chronologiæ notitiam non carere operæ, in ea ponendæ, pretio, sed longe plurimum conferre, ad Juris Conditorum scripta vel intelligenda, vel in speciem dissidentia componenda & concilianda, inficias ire, nisi hospes in arte nostra, potest nemo.


Quod his annis animum ad scribendum appulerim, non puto mihi verbosa excusatione utendum esse; nisi forte apud illos, qui mihi provectioris ætatis defectum, tanquam vitium in Professore non ferendum, objicient. Sed bene nobiscum agitur, quod Respubl. litteraria non agnoscat leges annarias. Mihi mirum in modum se semper probavit Quintiliani judicium, qui tyrocinium in senectutem differendum negat: „ Nam quotidie metus „ crescit, majusque fit semper quod ausuri sumus: &, dum deliberamus, quando incipiendum sit, incipere jam serum est. Quare fructum studiorum adhuc viridem & dulcem promi oportet, dum & veniæ spes est, & paratus favor, & audere non dedecet, & si quid desit operi, supplet ætas, & si dicta sunt juveniliter, pro indole accipiuntur." Id quod semel ad mei excusationem dictum volo, quamquam persona mihi imposita me satis a scribendi temeritate defendere poterat. Tu vero, mi Lector, utere in judicando Quintiliani erga me meaque æquitate, & mihi crede, me sive amicorum, sive ini-

mi-

micorum justas censuras eo animo esse accepturum, quo decet juvenem Professorem, qui scribendo docendoque discere, & proficere studeo, mihique me ipso de meis acriorem & rigidiorem censorem futurum esse neminem. Interea temporis id serio agam, ut his Juris nostri Principiis, *anniversaria opera, iterum iterumque explicandis occupatus, quae vel judicii, vel memoriae, vel calami, vel typorum errore peccata videbuntur, singula emaculentur atque emendentur in novam, si qua forte hunc librum manet, editionem, de iis, quae interim animadvertam, Auditores viva voce inter explicandum moniturus. A discrepantibus a Jure Romano Moribus exponendis ut abstinerem, fecit industria Viri Clarissimi, & quaevis praeclara de arte nostra merentis* JOH. VOETII, *Antecessoris Lugduno-Batavi, Praeceptoris mei, nunquam mihi, sine debita gratissimi animi testificatione, commemorandi, qui omnium hac in re ad singulos titulos diligentiam superavit. Hic tamen defectus vivae vocis auxilio facile suppleri poterit, sicubi id vel res ipsa, vel profectus Auditorum, vel Regionum, unde hi oriundi sunt, Leges & Mores, nunc magis, nunc minus cum Jure Romano consentientes, flagitabunt. Nam in enarrandis rebus judicatis & moribus, maxime hujus vel illius regionis, modum excedere, nihil aliud est, quam Auditorum attentionem obtundere, & patientia abuti, quibus, ut*

nunc sunt tempora & studia, quinquennium Justinianeum, nedum triennium aut quadriennium hodiernum, vix ac ne vix quidem sufficere videtur, ad eam Romani Juris scientiam comparandam, quæ futuris JCtis ubique terrarum omnino est necessaria.

Atque hæc quidem olim, cum hic liber primum in lucem prodiret, hunc in modum scripta, repetere, reliqua autem, quæ sequebantur, omittere placuit, cum nec repetita legenti magnopere prodesse, nec omissa cuiquam nocere, aut displicere posse videantur, Vale.



A D

ANTECESSOREM CLARISSIMUM, CONSULTISSIMUM,

CORNELIUM VAN ECK,

Juris in Academia Ultrajectina Triumvirum,

Quartas Principiorum Suorum curas luce publica donantem.

Togate Ductor induendorum Togâ,
  Æqui *Triumvir* & boni,
Renata Tecum jura floreant precor
  Triumviratus pars ego.
Sol orte nuper Frisiorum in finibus,
  Nunc Patriæ Sidus meæ,
Tuæque Laus, tuæque Lumen Gelriæ,
  O Orbis, Ecki, Gemmula!
Dum crevit ætas, crevit eruditio,
  Tibique crevit gloria.
Te more miro blanda morum comitas
  Utroque finxit pollice.
Tibi labella dulce mel facundiæ
  Plenis rigavit imbribus.

Vir rare, qualis haud quotannis nascitur,
  Amorque *Virginum novem:*
Novem ne? cur non rectius dixi *decem?*
  Omissa cur fuit *Themis?*
Addo *Minervam*, tresque jungo *Gratias*,
  Nexu ligatas mutuo.
Sic sex & octo Virginum vivis choro
  Colendus atque amabilis.
Fictis Deabus fingo te solatium,
  Et gaudiorum maximum.
Quot jura docto contrahis compendio,
  Tot laudis aufers præmia.
Dixisse paucis omnia, atque in omnium
  Arcana legum irrepere,
Hæc quanta res est! quam stupendi acuminis,
  O Antecessor inclyte!
Ut in tabellis magna Mundi machina
  Cœlumque totum pingitur,
Sic grande Juris Corpus è latissimo
  Hic transit in brevissimum.
Solertiore cuncta mente ruminas,
  Et annotas inedita;
Edis legenda, quæ juventus appetit,
  Et digerenda devorat.
Tribonianos pandis, & Pomponios,
  Eviscerasque Scævolas,
Et Africanos, totque rerum ænigmata,
  Tot Sanctiones Principum.
Astræa gemmis fulget his pellucidis,
  Florumque fundit copiam.

Quos

Quos bruma nullo lædet unquam frigore,
Nec ignis uret æstifer.
Sol BELGA, perge; pelle, Lux, caliginem;
Diemque purum dum vehis,
Tecum, ECKI, ad astra me supra nubes rape:
Virtutis ardua est via.

L. VAN DE POLL.

JC. & Antec. Ultraj.



IN

VIRI NOBILISSIMI, CLARISSIMI, ATQUE ERUDITISSIMI,

D. CORNELII VAN ECK,

JC. Antecessoris Ultrajectini longe Celeberrimi,

PRINCIPIA JURIS CIVILIS SECUNDUM ORDINEM DIGESTORUM

Quarta vice edita.

Huc, huc morosum Pegason, huc citus
Tutor fluenti, Phœbe, Aganippidos
Inverge Cirrhæos liquores
Castalide ut madeamus unda.
Fallor? Sub imos num mihi labitur
Cordis recessus guttula? Sentio.
O nectar! Sed nostris minorem
Igne & amore sitique stillam?
Ergo canoram tendere barbiton
Apollo nobis, ilicet abnuit?
Quid consili? Valete, Musæ,
Resque tuas tibi habeto, Phœbe!
Non hoc egemus præsidio. Viden
Virtute semet, Phœbe, VAN ECKIUS
Sua tuetur, inclytusque
Stans meritis nitet usque privis.

Ad-

Adesto dia quisquis in orbita
Candoris ardes currere: quin licet
Dentem Theonis Zoïlique
Invidiam heic vocitare testes.
Cruces subactas novimus inclyta
Dextra VAN ECKI, *cætera novimus*
Merentis optime erudita
Ingenii monumenta culti.
En rursus auras nobilis involat
Fœtus VAN ECKI, *divite copia,*
Sed insimul compendioso
Ordine, ut eloquio, beatus.
DIGESTA quali si methodo suo
Vidisset almus tempore Flavius,
Digesta, an Institutiones
Condere collibuisset unquam?
Non credo, vel si Lapidem Jovem
Jurassis. Hæc est vestra beatitas,
Cari Studentes, curtiore,
Si lubet, hoc licet ire gressu.
Expertus ajo. Tu, liber auree,
Salveto multum: Te manibus teret
Sagax juventus, Virique Docti
Pectoris in penetrale condent.
Tu comprehendis cuncta sub ordinem
DIGESTA justum, tu facilem doces
Calcare semitam brevemque,
Tu facibus per opaca luces.
Prorumpe quartum. Te genitor Tuus,
Juris periti maximus ordinis,
Vindex in elegantiarum,
Sustinuit locuplete cornu.

Prorumpe lætus. Te Genitor tuus
Subire dudum perdocuit truces
Vultus minasque, & invidentis
Spernere quisquilias popelli:
Qualem Tonantis nubivagum ferunt
Sacri ministrum fulminis alitem
Titanis adversi æstuantes
Ad radios sobolem probare.
Clarefce porro, Clare VAN ECKIDES!
Vigesce porro, Magne Vir, o jubar
Ingens Lyceorum, o verendi
Præsidiumque decusque Juris!
Te, Te loquatur fama anus, omne Te
Deosculetur Belgium, ut omnium
Cultum mereris atque amorem.
Vive, Vir Inclyte, Sta, Perenna,
Qualis myricas inter arabiles
Pinosus, atros lambere nescius
Telluris orbes pulveresque,
Tundit apex generosus æthram!

L. M. Q.

ALEX. ARN. PAGENSTECHER, JC.
In alma Groening-Omlanda Antecessor &
Juris Publici Professor Ordinarius.

COR-



CORNELII VAN ECK, JCti

PRINCIPIA JURIS DIGESTORUM.

PARS PRIMA.

LIBER I.

TIT. I.

De Justitia & Jure.

Juri operam daturum prius nosse oportet, unde nomen juris descendat, verba sunt Ulpiani in *l.* 1. *h.* Descendit autem, non, ut Ipse voluit, à justitiâ, sed à jubendo: Jus enim est Jussum Legis. *l.* 7. *d. Legib Jusa* autem dicebant Veteres, non *Jussa*, unde successu temporis pro *jusis*, jura dicta sunt, ut pro Papisiis, Papirii, pro Valesiis, Valerii, pro Asa, Ara, &c. v. *Cicer. lib.* 9. *Epist. ad Famil. Ep.* 21. *Quintil. lib.* 1. *c.* 4. *Fest* in *jusa. l.* 2. §. 36. *d. O. J.* Varias juris significationes v. in *l. pen. &. ult. h.*

2. Accipitur plerumque pro Disciplinâ, quo sensu definitur *Ars Boni & Æqui. l.* 1. *pr. h.* ubi *Bonum* & *Æquum*, non res diversas, sed tan-

tum significat id quod justum est, diversum ab arte Æquitatis. *l.* 32. *in f. d. Reb. Cred. l.* 10. *d. Sep. viol. l.* 66. §. *ult. Sol mat.* Definitur & *Divinarum atque humanarum rerum notitia, justi atque injusti scientia*; Quæ & Jurisprudentiæ definitio est in *l.* 10. §. 1. *h.* Cujus finis est applicatio juris, quatenus jus est *Norma agendorum, sive, Regula actuum moralium, obligans ad id, quod rectum & justum, sive honestum est.*

3. Justum autem, sive Honestum est, *Quod ratio dictat convenire cum utilitate Societatis humanæ.*

4. Quod licet Jus Civile tantum non ubique religiosè observet, sæpe tamen id, quod honestum est, differt ab eo, quod ex necessitate juris observandum est. *l.* 144. *l.* 197. *d. R. J.* §. 9. *Inst. d. Nupt. l.* 4. §. 2. *l.* 6. §. 1. *d. Off. Proc. Senec.* 2. *de ira.* 27.

5. Jus est vel Naturale, vel Gentium, vel Civile. Jus naturale est, non, quod Natura omnia animalia docuit, ut Ulp. in *l.* 1. §. 3. *h.* & Tribonian. in Instit. volunt, sed *Lex, sive præceptum Dei, ex naturâ perspectum & intellectum*, sive, *Ratio summa, quam naturæ auctor Deus per indolem unius-cujusque, sensu & intellectu præditam, omnium mortalium cordibus impressit & consignavit, quæ jubet ea, quæ facienda sunt, prohibetque contraria.* v. *Cic.* 1. *d. legib. c.* 6. ut religio erga Deum, reverentia & obedientia erga parentes, vitæ defensio, sobolis procreatio & educatio, & quæ sunt id genus alia. *l.* 1. §. 3. *l.* 2. *l.* 3. *h. t.* v. *Gell.* 12. *c.* 5.

6. Atque hoc generalius acceptum comprehendit etiam jus gentium, §. 1. 5. 11. 40. &

41.

41. *l. d. R. D. l.* 84. §. 1. *d. R. l.* Strictius acceptum est, quod nullo humano ingenio excogitatum, sed omnibus innatum est.

7. Jus naturæ vel jubet, aut vetat, vel permittit, aut suadet. v. *l.* 7. *D. d. Legib. Grot. de Jure Bell. & Pat. lib.* 1. *c.* 1. §. 10. Quorum illud est prorsus immutabile. §. 11. *Inst. d. I. N. G. & C.* Hoc præceptis juris civilis, ob publicam utilitatem, mutari, id est, restringi, vel extendi, vel tolli potest. *l.* 6. *h. t.*

8. Jus Gentium est, *Quod ratio naturalis inter omnes fere humaniores & politiores gentes, exigente necessitate vel suadente utilitate, constituit.* §. 1. *I. d. I. Nat. l.* 9. *h.* quo referenda sunt distinctiones dominiorum, bella, servitutes, postliminia, & omnes fere contractus. §. 2. 1. *d.* 1. *Nat. l.* 5. *h.* Distinctio juris gentium in *Primævum & Secundarium* minime necessaria est, cum jus gentium Primævum sit ipsum jus naturale. Rectius jus gentium dividitur in Merum & Mixtum. v. *l.* 31. *D. Depos. l.* 6. *h. t.*

9. Jus Civile est, *Quod quisque populus liber, vi majestatis sive summæ potestatis, sibi constituit.* §, 1. 2. *I. d. I. Nat. l.* 9. *h. t.*

Atque hoc est vel Scriptum, vel non Scriptum. §. 3. 10. *Inst. d. I. Nat. G. & C.*

10. Scriptum est, *Quod certâ legislatoris voluntate, sive per scripturam, sive aliter expressa, constitutum est.* §. 11. *I. de J. N.* Neque enim ad essentiam Juris requiritur scriptura. *l.* 32. *d. Legib.*

11. Non scriptum est, *Quod tacito populi consensu introductum est, de quo ad Tit.* 3. *Thes.* 16.

12. Jus denique est vel Publicum vel Privatum. Publicum, hoc loco, est, *quod ad statum*

tum & utilitatem Reip, primario spectat. §. *ult. I. h.* Quanquam aliàs publicum quoque dicatur, quod non utilitate, sed auctoritate publicum est, *l.* 38. *D. d. Pact. l.* 45. §. 1. *d. R. J. l.* 8. *d. Tutel. l.* 29 *d. Testam. Tut l.* 15. §. 1. *ad. L. Falc. l.* 3 *Qui test. fac.* Ut & jus civium omnium commune. *l.* 116. §. 1. *d. R. J. l.* 2. *C. Ne. ux. pro mar.* Juris scripti species sunt sex ex §. 4. & *seqq. Inst. d. J. N. G.* & *C.* notæ, & ad Tit. 3. explicandæ.

Jus Privatum est, *Quod ad singulorum utilitatem. & cujusque civis rem familiarem pertinet. d.* §. *ult. J. h. t.*

13. Præcepta juris, (*l.* e. Dictata & regulæ juris naturalis, quas Ratio omnium mortalium, communi sensu præditorum, cordibus impressit) sunt tria, Honestè vivere, Alterum non lædere, Suum cuique tribuere. §. 3. *I. l.* 10. §. 1. *h.*

14. Finis & scopus omnis Juris est, ut recte in Rep. Justitia administretur. *Nov.* 69. *in Præfat.* cujus definitio in *pr. Inst. l.* 10. *D. h.* complectitur Justitiam Humanam, non Divinam, tam Universalem, quam Particularem. *Universalis* (ita dicta quod universas virtutes dirigat ad finem suum. *d. Nov.* 69. quodque sit quasi compages omnium virtutum) est *Virtus, quæ singulos cives disponit ad bonum totius Reip. sive observatio omnium legum atque virtutum erga alios.* Particularis, *Quæ disponit cives ad bonum singulorum civium, prohibetque ne quis alius plus oneris imponat, aut sibi plus lucri tribuat, quam lex aut æquitas finit.*

15. Justitia Particularis dividi solet in Commutativam & Distributivam, *Commutativa est, quæ,*

quæ, nullâ personarum ratione habita, æqualitatem servari jubet in commerciis. Adeo ut in ea observetur proportio Arithmetica, quam vocant, quod tamen fallit quandoque. *v. l.* 7. §. *ult. & l.* 8. *de Pact. l.* 16. *d. Reb. Auct. jud. l.* 35. *d. Minor. l. ult. C. d. I. Emphyt. Distributiva est, quæ, secundum diversam personarum conditionem & merita, præmia distribui, pœnasque irrogari jubet, observatâ proportione Geometricâ.* v. *l.* 10. *l.* 14. *l.* 16. §. 3. *l.* 28. §. *ult. l.* 31. *D. d. Pœn.* Quamquam & hic proportioni Arithmeticæ quandoque possit & debeat esse locus, quatenus in quibusdam delictis pœna pecuniaria, gravitati delicti respondens, definita est, ut in furto, rapina, damno injuriâ dato, aliisque, ex quibus civiliter agitur. §. 5. *Inst. d. Obligat. ex del.* Sed & in publicis criminibus vindicandis quandoque Arithmeticam proportionem sequi oportet. Ratio loquendi in libris nostris ignota, res ipsa notissima est; quod sufficit: nimis enim delicatæ sunt aures, quæ verba docendi causâ reperta ferre non possunt.

16. Cum autem *suum* illud, quod Justitia unicuique tribuere jubet, sit vel plené & perfecté alicujus, vel ex justâ ratione ei debeatur, non sine causâ Justitia à Grotio aliisque dividitur in *Expletricem & Attributricem.* vide *Grot. de J. B. ac P. l.* 1. *c.* 1. §. 8.

17. Cum Jus sit Ars boni & æqui, officium JCti & Judicis non modo circa jus summum strictumque interpretandum & reddendum, sed & circa æquitatem versari oportet; quæ nihil aliud est, quam *Jus, quod expressâ legislatoris auctoritate destitutum, & extra legis ac consuetudinis terminos positum, vel religioni judicantis, vel*

judicio interpretis permittitur. v. *l.* 13. *d. Testib. l.* 13. §. 2. *d. Exc. tutor. l.* 2. §. 5. *de Aq. & Aq. pl. arc. l.* 91. §. 3. *d. V. O.*

18. Atque hæc sæpe dicitur Bona fidis. *l.* 57. *d. R. J.* Summa ratio. *l.* 43. *D. d. Relig.* Religio judicantis. *l.* 13. *d. Testib.* Utilitas. §. 2. *Inst. d. Usufr. l.* 6. *in f. Mand. l.* §. 4. *Depos. l.* 20. §. 2. *d. S. P. U.* Opponitur juri scripto. *l.* 16. *d. Cond. & dem.* ut & juri stricto vel summo. *l.* 8. *C. d. Judic. l.* 1. *C. d. Legib.* Quod nihil aliud est, quam *Dura juris scripti vel consuetudinis interpretatio. v. l.* 12. *D. d. Inj. rup. l.* 29. §. 4. *Mand. l.* 20. *inf. de Reb. cred. l.* 16. §. 6. *D. d. Pignor. & Hyp.* Æquitas, ut recte ab Ulpiano in *l.* 1. §. 1. *D. Si is qui test. lib.* in *Naturalem*, & *Civilem*, ita parum accuratè ab Interpretibus dividitur in *Scriptam* & *Non scriptam.*

TIT. II.

De Origine Juris, & omnium Magistratuum & successione Prudentium.

Tria sunt, ut inscriptio indicat, hujus Tituli capita. In singula Pomponii verba inquirere, ejusque labes & maculas eluere, res esset infiniti laboris & à Thomâ Papiliode, Ant. Mureto, Udalr. Zazio, Ger. Coccejo, quique horum omnium industriam superavit, Christ. Ad. Ruperto, jam occupati, quorum scrinia compilare nec animus fert, nec instituti ratio patitur.

3. Primum caput quod attinet, *Vetustissimi mortalium* (verba sunt Taciti, 3. *Annal.* 25. & *seq.*)

seq.) *nullâ adhuc malâ libidine, sine probro, scelere, eoque sine pœnâ, aut coërcitionibus agebant: neque præmiis opus erat, cum honesta suopte ingenio peterentur; & ubi nihil contra morem cuperent, nihil per metum vetabantur.* sed, ut Ovid. 1. Metam. v. 89. & *seqq.*

—— *vindece nullo*
Sponte sua sine lege fidem rectumque colebant,
Pœna metusqe aberant, nec verba minacia fixo
Ære legebantur. ——
Proque metu popolum sine vi pudor ipse regebat;

Nullus erat justis reddere jura labor, ut idem lib. 1. v. 248. & *seq.* Fastor. ait. *At postquam exui æqualitas, & pro modestiâ ac pudore ambitio & vis incedebat; provenere dominationes; multosque apud populos æterùm mansere. Quidam statim, aut postquam regum pertæsum, leges maluerunt. Hæ primo rudibus hominum animis simplices erant: maximeque fama celebravit Cretensium, quas Minos; Spartanorum, quas Lycurgus tulit; ac mox Atheniensibus quæsitiores jam & plures Solon perscripsit. Nobis Romulus, ut libitum, imperitaverat. Tacit. dict. loco.* Hoc dicere voluit & debuit Pomp. cum dixit, *Initio civitatis nostræ* (i.e. Per. Jul. 3991. ante Chr. 753.) *populus sine jure certo agere primùm instituit, omniaque manu à regibus gubernabantur.*

3. Quod cum admodum esset incommodum, nec satis è Republicâ, ab ipsis Regibus successu temporum certæ leges latæ, quæ ab auctoribus *Regiæ*, à confirmatione & jussu populi, primum in *Curias*, tum in *Centurias* divisi, Curiatæ & Centuriatæ dictæ. §. 2. *h.* Hoc primus curavit Romulus, *Cum rudibus populis annua jura daret*, verba sunt Ovidii 1. Fast. *v.* 38. *Numa autem*

religionibus & divino jure Populum devinxit: repertaque quædam à Tullo & Anco; sed præcipuus Servius Tullius sanctor legum fuit, quibus etiam reges obtemperarent. Tac. d. loc.

4. Has à Papirio in certum corpus collectas, & inde *Juris Papiriani* nomen meritas, libro commentario explicuit Granius Flaccus, teste Paulo in *l.* 144. *d. V. S.* citavit Macrob. *lib.* 3. *Saturn. c.* XI. collegerunt Ant. Augustinus, Ant. Contius, Ursinus, Pratejus, Manutius, Lipsius, alii.

Harum vestigia exstant in *l.* 2. *ff. d. Mort. infer.* apud Plin. *Hist. Nat.* 14. *c.* 12. & alibi.

5. Pulso Tarquinio (sic enim pergit Tacitus) *adversum patrum factiones multa parata tuendæ libertatis & formandæ concordiæ: creatique Decemviri, & accitis, quæ usquam egregia, compositæ* XII. *Tabulæ, finis æqui & boni.* Similiter Livius 3. *c.* 34. *Centuriatis comitiis* X. *Tabularum leges perlatæ, quæ nunc quoque, in hoc immenso aliarum super alias acervatarum legum cumulo, fons publici privatique sunt juris.* Videlicet postquam Populus exactis cum Tarquinio regiis legibus, per 60. annos consuetudine potius & magistratuum arbitrio, quam certo jure egisset, A. U. C. 300. tres missi legati ad Græcos, Sp. Postumius Albus, A. Manlius, & S. Sulpitius Camerinus, jussi inclytas leges Solonis describere, & aliarum Græciæ civitatum instituta juraque noscere. *Liv.* 3. *c.* 31. 34. His triennio post reversis, anno proximo demum, ut testis est Livius *d. loc.* creati Decemviri, (quos Tacitus & Pomp. memorant) legibus XII. Tabularum scribendis, quibus A. U. C. 304. adjunctis duabus tabulit, tandem A. U. C. 305. à regibus expulsis 69. ante

ante Christum natum 449. XII. Tabularum leges rogatæ, jussæ, in æs incisæ, & pro Rostris propositæ sunt. Ad has commentarios scripsere ex Veteribus Sex Ælius, L. Acilius, Valerius Messala, Antistius Labeo, Gajus. Ex Recentioribus A. Augustinus, Balduinus, Rævardus, Contius, Hottomannus, Franc. Pitheus, Marcilius, Pighius, Lipsius, Dion. & Jacob. Gothofredi.

6. Rogatæ & incredibili veneratione populi acceptæ XII. Tabularum leges, sub liberâ Republ. 440. annorum decursu usque ad Imp. Augustum, plurimum incrementi acceperunt; qui causam dedere.

1. Disputationes Fori. §. 5. *h.*

2. Legis actiones. §. 6. i. e. certæ & conceptæ formulæ a JCtis componi & à Collegio Pontificum peti solitæ, quibus homines in Foro inter se disceptarent. *Sen. de Clem.* 2. 3. *& de Ben.* 6: 5. Quas A. U. 405. Ap. Cl. Centimanus collegit, evulgavit scriba ejus Cn. Flavius. Unde *Jus Civile Flavianum.* Auxit Sex. Ælius, unde *Jus Ælianum.* v. §. 7. §. 38. *h.* Ab his Legis Actionibus differunt Actus Legitimi, & Actiones Legis, de quibus in *l.* 77. *l.* 123. *d. R. jur. l.* 2. *d. Off. Proconf. l.* 3. *d. Off. Præt.*

3. Leges singulares à Populo, pro re natâ, latæ, ut Velleja, Papia Poppæa, Cincia, Ælia Sentia, aliæque complures, de quibus consulendi Fr. Hottomannus in Indice legum Romanar. Ant. Augustinus & Manutius lib. singul. de Legibus.

4. Plebiscita. §. 8. *h.* quæ etiam quandoque vocantur Leges, ut Lex Voconia, Falcidia, Aquilia.

5. Edicta Prætorum. §. 10. *h.* qui 80. circiter post XII. Tabb. annis constituti J. Civilis custodes & interpretes; A. U. C. 686. per L. Corneliam, potestatem, jus ex Edictis suis perpetuis dicendi, consecuti. Quare 15. ferè annis post, ante Christum natum 50. ad Edictum scripsere Servius, ejusque auditor Ofilius, quorum hac in parte exemplum & diligentiam 180. & pluribus annis post secutus est Julianus JC. Qui A. C. 132. Imperatoris Hadriani decimo quinto, Edictum Perpetuum ordinavit & composuit.

6. Ictorum Responsa & Scripta. §. 35. *& seqq.* quæ mediam jurisprudentiam inter leges XII. Tab. & Constitutiones Principium constituunt, quâ de re infra latius dicemus.

Occupata ab Augusto ejusque successoribus Republ. auctum est Jus nostrum.

1. Per Leges, quas ut aliquâ perditæ jam & decoctæ libertatis umbrâ luderet populum, prisco ritu in Campo Marito ferri non invitus patiebatur Augustus, unde leges Juliæ, aliæque.

2. Per SCta. §. 9 *h.*

3. Per JCtorum in constituendo jure potestatem ab Imperatoribus mirificè auctam. §. 5. *& ult. h. t.*

4. Per Edictum Perpetuum à Juliano compositum.

5. Per Principum Constitutiones, Rescripta, Decreta, Edicta, Decisiones.

6. Imperatorum autem, quod ad tollendas antinomias scire omnino utile & necessarium est, tres cum Jacobo Gothofredo constituimus Epochas. Prima est Imperatorum Gentilium

seu

seu Paganorum per trecentos quinquaginta fere annos, ab Augusto cœpta, desinens in annum æræ Christianæ 306. seu Constantini M. initia. Atque horum quidem Impp. Constitutiones, ab Hadriano Imp. ad Diocletianum & Maximianum usque, Codicibus Gregoriano, & Hermogeniano, à compilatorum nomine ita dictis, sunt comprehensæ, incertum publicâ an privatâ auctoritate; quorum Codicum hodieque reliquiæ quædam & fragmenta supersunt.

7. Altera Imperatorum & Constitutionum Imperatoriarum Epocha est a Constantino M. (qui primus veneranda Christianorum fide Romanum ornavit, & amplificavit imperium. *l.* 5. *C. d. Nat. lib.*) usque ad Theodosium Juniorem, seu, Annum quadringentesimum tricesimum octavum, spatio centum & triginta annorum decurrens. Qui Theodosius Junior tum suas, tum aliorum Principum Christianorum ad id usque tempus, de rebus tam Ecclesiasticis, quam secularibus Constitutiones, in unius Codicis sedecim libros, octo viris ad id delectis colligendas commisit, unde Codicis Theodosiani nomen & origo. Hujus Codicis inventi & editi Historiam vide in Jacobi Gothofredi Bibliothecâ Juris Romani c. 3.

8. Tertia, quod Juris incrementum attinet, Imperatorum Epocha à Theodosio Juniore ad Justinianum, seu ab anno Christi 438. ad annum usque 534. centum propemodum annorum spatio, decurrit.

9. De Juris nostri sub Justiniano progressu & mutatione sequentia temporum intervalla notanda sunt.

Anno Imperii secundo, id est, anno Christi 528.

528. Idib. Febr. mandavit Codicem componi. Anno 529. ſeptimo Id. Apr. Codicem, à decem ad id ſelectis viris compoſitum, promulgavit. *Conſt. de Juſtin. Cod. confirm.* An. 530. 18. Kal. Januarii ſeu 15. die Decemb. Pandectas componi juſſit. *l.* 1. *C. d. Jur. Vet. Enucl.* Anni 531. & 532. conſumpti ſunt in Pandectis & Inſtitutionibus componendis.

Ann. 533. XI. Kal. Decemb. ſeu die 21. Novembr. Inſtitutiones editæ & promulgatæ. *Proœm. Inſt. in f.*

Anno eodem, 17. Kal. Januarii ſeu die 16. Decembr. promulgatæ Pandectæ *l.* 2. *in f. C. d. J. Vet. Enucl.* Sit ut Pandectæ compoſitione priores, promulgatione poſteriores ſint Inſtitutionibus. Cum autem Juſtiniani Imperium incipiat ab An. V. C. 1280. vel, ut alii volunt, 1286. verum eſſe non poteſt, quod ipſe Juſtinianus in *Præf. d. Concept. Digeſtor.* §. 5. *& in l.* 1. *&* 2. *C. d. l. Vet. Enucl.* ait, ſe in Pandectis collegiſſe jus per milleſimum & quadringenteſimum annum confuſum. Quem anachroniſmum excuſare conatur Scip. Gent. *lib.* 1. *Parerg. c.* 5. ſed fruſtra, ut videtur.

An. 534. Codex Juſtin. emendatus eſt, & 16. Kal. Decembr. ſeu 19. die Novembr. novus ſeu repetitæ prælectionis Codex, abrogato priore, editus ac promulgatus eſt, auctus tum aliis legibus, tum quinquaginta Juſtiniani Deciſionibus. § *ult. Inſt. d. Libertin.* §. 1. *Conſtit de Emend. Cod.*

11. Annis ſequentibus varias ſubinde Conſtitutiones promulgavit, que *Authenticæ* dictæ, reſpectu epitomes ſeu compendii minus authentici, quod inde compoſuit Julianus Anteceſſor.

Ple-

Pleráque Græcâ, quædam Latinâ linguâ promulgatæ ſunt, ut *Nov.* 9. 11. 23. 62. 143. 150. v. Strauch. *Diſſert. Acad.* 4. *c.* 3. §. 3. *Inſt. d. Succeſſ. libert.* Hæ poſtea in unum volumen, quod certum diem non habet, collectæ ſunt, ſed incertum à quo. Promulgata & 13 Juſtiniani Edicta, quintam & ultimam juris noſtri partem conſtituentia. Quibuscum conjunctæ partes juris minus authentici, ſive apocryphi, quod vocant, ut ſunt Leonis Sexti, *Philoſophi*, dicti, Heraclii aliorumque Impp. Novellæ, conficiunt aureum illud Romanæ dicam, an univerſalis & gentibus omnibus politioribus probatæ & receptæ Jurisprudentiæ ſacrarium, quod *Corporis Juris Civilis* titulo circumfertur.

12. Ratio nominis minimé obſcura eſt: ſæpe enim *Corpus* pro opere aliquo ſcripto & volumine ſumitur. Cic. Epiſt. ad Famil; 5. Ep. 12. *A principio conjurationis uſque ad reditum noſtrum videtur modicum quoddam Corpus confici poſſe.* & *ad* Q. Fratrem: *Sed utros ejus habueris libros (ſunt enim duo corpora) an utrosque neſcio & lib.* 2. ad *Attic. Ep.* 1. *Hoc tuum σῶμα curabo ut habeas.* Ovid. 2. 2. Triſt. v. 535. Hinc corpus Ulpiani. *inſcr. Fragm. Ulp.* corpus Homeri. *l.* 52. §. 2. *d. Leg.* 3. & denique *Corpus Juris.* Liv. 3. c. 34. *Corpus omnis Romani juris. l. un. pr. C. d. Rei Ux. act.* unde σωματοποιΐα legum. *Navell. Leon.* 1.

13. Prima juris principia, in quatuor libros diſpertita, *Inſtitutiones* vocari voluit, inſcriptione tritâ, & exemplo Calliſtrati, Florentini, Marciani, Ulpiani & Caii, aliorumque comprobatâ.

14. Pandectæ dicuntur πὰν & à ἔχειν, vel δέχεσθαι, quod omnia habeant, ſeu complectantur,

tur, quæ Justin. ex Veterum I Ctorum scriptis, quæ in duo pene millia librorum & tricies centena millia versuum excreverant, per saturam collecta vim & autoritatem legis obtinere voluit. *Constit. d. Confirm. Dig.* §. 1. Sic tamen ut Justinianus Pandectarum collectoribus, ac præcipuè Triboniano dederit facultatem Veterum monumenta interpolandi, & ad novas leges ac usum suorum temporum accommodandi. Qua libertate sæpissimè usi, aliquando etiam abusi sunt. *v. Wissenb. Emblem. Trib.* Hæc quoque inscriptionis ratio Veteribus usitata fuit. *v. Plin. in Præfat. Hist. N.* Ita Tyro Tullius libros de variis & promiscuis quæstionibus πανδέκτας vocavit, tanquam omne rerum & doctrinarum genus continentes. *Gell.* 13: 19. Herennius quoque Modestinus, ut de aliis taceam, 12. Pandectarum libros reliquit.

Græcæ Pandectarum inscriptioni respondet Latina *Digestorum:* quod Veterum Responsa, olim dispersa, in justum ordinem disposita contineant. *l.* 2. §. 1. *C. d. I. Vet. Enucl.* Quem titulum suis quoque libris sumpserunt Julianus, Alphenus, Celsus, Servius, Scævola, aliique.

Divisio Pandectarum alia est ipsius Justiniani, alia Interpretum. Justin. quidem Pandectas distinxit in libros 50, partes septem: tum quod ipsa argumentorum natura id desiderat, tum quod Veterum superstitio numerum septenarium perfectioni consecravit. *Constit. d. Confirm. Digest.* §. 1. *v. Gell.* 3. 10. *Macrob. de Somn. Scip. c.* 6. *Tacit. Hist.* 5. 4. Harum partium prima continet libros quatuor, seu πρῶτα, Altera septem; Tertia & Quarta singulæ octo atque ad librum 28. Quinta novem; Sexta

octo;

octo; Septima sex libris absolvitur.

Altera Digestorum, quæ videtur inducta circa tempora Bulgari & Azonis, sed barbara & inepta divisio est in Digestum Vetus, infortiatum, & Novum. Vetus, quod à lib. 1. extenditur ad *tit.* 3. *libri* 24. Infortiatum (de quo vide ineptias Accursii ad *Tit. D. Sol. matr.*) quod inde sequitur usque ad *tit.* 1. *lib.* 39. Novum, quod inde ad librum 50. extremum usque patet. Cujus divisionis rationem reddere tentavit Alciat. *Parerg. lib.* 4. *c.* 25. & Contius in *Præf. Digest.* Coras. *miscellan. lib.* 7. *c.* 22.

16. Pandectarum antiquissimum & accuratissimum exemplar est Florentinum, quod, pulsis à Lothario Imp. Saxone 2. ex Italia Normannis, in Civitate Melphitanâ in Apulia, ductu Innocentii 2. P. M. expugnatâ, repertum, & Pisanis, ut præmium navatæ in eo bello operæ, à Lothario & Innocentio donatum est, unde in Glossis plus semel *Pandectæ Pisanæ* audiunt. Quæ cum, Pisis A. D. 1406. per Ginum Caponium expugnatis & in potestatem Florentinorum redactis, tanquam illustre victoriæ tropæum, Florentiam translatæ essent, *Pandectarum Florentinarum & Pandectæ Florentini* nomen meruerunt. Jac. Goth. *Hist. Jur. Civ.* Contii *Præfat ff.* Angelus Politianus *Lib.* x. *Ep.* 8. *& lib.* xi. *Ep.* 21. Lælius & Franciscus Taurelii, Anton. Augustinus, vir instaurandæ Jurisprudentiæ natus, aliique viri eruditi non pauci, quibus, fato ad invidiam usque felici, contigit venerandæ antiquitatis monumentum inspicere, testantur nullam esse in eo sectionum seu paragraphorum, quas vocant, divisionem, nullas interpunctiones, nulla, vel cer-

te

te pauciſſima ſcribendi compendia, grandes ubique & compares literas. Ex quibus tamen aliisque argumentis vera non videtur Politiani & aliorum complurium conſentiens opinio, eſſe has Pandectas ipſus Juſtiniani antographum, ejus ætate & juſſu conſcriptum. A quâ ſententiâ non ſine idoneis rationibus recedunt Franciſcus Taurellius in *Præfatione Pandectarum Florentinarum*, quas ipſe ſumma cura & induſtriâ edidit A. 1553. poſtquam hoc M. S. integrum decennium uſus fuerat, & Ant. Auguſtinus *lib.* 1. *Emend. c.* 1. Qui tamen cum aliis pluribus cenſent, omnes Codices M. S. qui quidem in manus virorum eruditorum venerunt, ex hoc fonte derivatos. Quod ut de pleriſque verum eſſe, ita nec de omnibus affirmandum videtur, ſi qua Cujacio, aliiſqe idoneis hac de re teſtibus & judicibus fides. *v. Cujac.* 2. *Obſervat. c.* 1. Quis vero adeó in arte noſtra hoſpes eſt, ut neſciat, hujus inſtrumenti ope, non dicam plurimas leges, ſed ipſum Pandectarum opus, totum quantum eſt, ab interitu aſſertum, deinde ſeculi infelicitate & ineptis Doctorum ſemibarbarorum interpretamentis depravatum, maximam partem integritati reſtitutum, & è latericio aureum factum eſte? Quo magis inducor, ut credam, quod multorum annorum experientia comprobatum eſt, eſſe videlicet hodieque in memoratis Pandectis non pœnitenda præſidia, unde locis corruptis, & deſperatis medicina fieri poſſet. Quæ opinio adeo inſederat in animo magni Cujacii, ut non vereatur palam profiteri, ſolam ejus libri uſuram, petitioni ſuæ à Coſmo Mediceo negatam, ad explendum animi deſiderium ſibi

deſuiſſe,

desuisse, in eoque se voto moriturum, cujus tamen eum tandem compotem factum, traditur in ejus vitâ. Hæc tamen Pandectarum Florentinarum fides & auctoritas non est omni exceptione major. Nam & has ipsas nonnullis depravatas esse fœdis librariorum erroribus & nævis, multis exemplis demonstrare in proclivi est. *v. Wiss. in Disput. ad l. 69. Pro soc. th. 8. Cujac. lib. 2. Obs. c. 1. Donell. 6. Comment. c. 7.*

17. *Codicis* Hermogeniani, Gregoriani, Theodosiani & Justinianei titulum ideo Imperatoriarum Constitutionum collectioni sumptum existimabat Cujacius, quod, cum JCti Responsa sua in chartis aut membranis solerent conscribere, Constitutiones & Rescripta Codicibus & pugillaribus, ligneis, æneis vel eburneis, in quibus quod scribitur, facile deleri potest, perscribi, atque hæc deinde in scriniis memoriæ & dispositionum servari, moris fuerit. Quanquam & Pandectæ quandoque impropriâ Codicis appellatione designentur. *l. 1. & 2. C. d. I. Vet. Enucl. v. Cujacii Paratit. Cod. in princ.*

18. *Novellæ* dicuntur Constitutiones, Leges, & Decisiones, post ff. & C. vel etiam ante, recens promulgatæ. *v. l. 29. 34. C. d. Inof. test. l. 29. in f. C. d. Testam. § 2. Constit. d. Nov. Cod. fac. §. 3. Constit. d. Just. Cod. Confirm.* Sed per excellentiam sic appellantur Constitutiones Justiniani, ut & Justini nonnullæ, & Leonis, post Codicem editæ.

Hæ frequentius nomine *Authenticarum* priscis Interpretibus citantur, cujus rei ratio, supra à nobis reddita, latius colligi potest ex Alciati *lib. 2. Parerg. c. 36.*

19. Hodie solemus distinguere inter Novel-

las, & Authenticas, quas, veluti Novellarum compendia, Legibus Codicis subjunxit nescio quis Interpres, certè longè alius ab Irnerio, quem hujus compilationis, utpote multò antiquioris ipso Irnerio, auctorem esse non potuisse, invictis & omni exceptione majoribus argumentis evicit eruditissimus Strauchius in *Dissert. Academ.* IV. Hujus incerti auctoris complures hac in parte errores vel ipse detexit vel ab aliis detectos collegit Wissembachius noster, in *Sylloge Errorum Irnerianorum*, ubi nullo suo merito vapulat Irnerius, ob errores ab alio commissos *v. Clariss. Pagenstecheri Irner. injuriâ vapulant.*

20. Omnes vero Corporis nostri partes dispescuntur in libros, libri in titulos, tituli in leges, leges in paragrapbos, atque hi sæpe in versiculos seu commata. Tituli seu rubricæ hoc sensu nihil aliud sunt quam sectiones librorum, certum legum numerum, ad quamque materiam pertinentium, continentes. *l.* 2. *d. Stat. hom. l.* 1. *d. Restit. in int. l.*1. *de Reb. Cred l.* 2. §. 3. *d. Interd.* Qui & *Rubricæ* dicuntur, haud dubie, quia in omnibus tum præcipue juris, tum aliis omne genus libris summum materiæ caput, quæ titulis comprehenditur, rubrâ terrâ sive minio notari solebat. *Ovid. lib.* 1. *Trist. El.* 1. *Nec titulis minio, nec cedro charta notetur. Pers. Sat.* 5. *v.* 90.

Cur mihi non liceat, jussit quodcunque voluntas,
Excepto si quid Masuri rubrica notaret?

ubi Casaub. Juven. Sat. 14. vs. 192.

—— *Caussas age, perlege rubras*
Majorum leges.

Prudent. contra Symmach. *lib.* 2. *v.* 461.

—— *Di-*

— *Dicant cur condita sit lex*
Bis sex in tabulis, aut cur Rubrica minetur,
Quæ prohibet peccare reos?

Quintil. *lib.* 12. *c.* 3. *Quorum alii ad Album se ac rubricas transtulerunt & formularii; ac leguleï quidam esse maluerunt.* Petron. *in Fragm. Tragur. c.* 36. *Emi puero aliquot libros rubricatos, quia volo illum, ad domus rationem, aliquid de jure gustare.* Quanquam in alia omnia eat Adr. Turneb. *lib.* 4. *Adverf. c.* 5. eumque secutus Christoph. Colerus in Parerg. *c.* 37.

21. Paragraphum dici quidquid unâ sententiâ clauditur, usu, quem penes arbitrium est & jus & norma loquendi, invaluit, quo & ipso effectum est, ut paragraphi citentur per notam §. quasi P. Alii putant hanc notam esse corruptam ex littera v. cum trajecta virgulâ, quæ est nota versus. *v. Casp. Barthii Animadversiones ad Claudian. lib.* 1. *in Eutropium v.* 198. Pandectæ vero, non modo per π sed &, quod frequentius, per *ff.* Cujus rei ut aliqua ratio reddi potest, scilicet literæ Π ab Interpretibus, Græcæ linguæ imperitis, substitutam esse *f*, duplicatam, ita ociosæ diligentiæ est, in eam nimis anxie inquirere. *v. Cujac. lib.* 12. *observat. c. ult.*

Tantum de origine & progressu J. Civilis ad Justiniani usque tempora; Nam quæ à Justin. exitu Jurisprudentiam Rom. ejusque monumenta fata exceperint, exponere, non est instituti nostri. Illud prætereundum non est, meram fabulam esse, quam pro verâ historiâ nobis vendidant Jac. Gothofredus aliique, de intervallo sex seculorum, quo delituisse tradunt post Justinianum, & penitus exstinctum fuisse in Italiâ Jus Romanum, deinde inventum, & beneficio

unius Exemplaris Florentini postliminio reversum. Quem errorem dudum coufutarunt & exploserunt Joh. Strauchius *Differt. Academ.* IV. & Herm. Conringius de *Orig. Jur. Germ. c.* 21. vide & Arthur. Duckium de Auctor. *Jur. Civ. Lib.* 1. *c.* 3. *n.* 12. & Glossam Accursii ad Rubricam *D. Sol. matr.* De Fragmentis & Reliquiis Juris Romani veteris, extra corpus juris, v. *Jac. Gothofredi Bibliothecam Juris in Manuali.*

Alteram Tituli partem de Origine Magistratuum intactam transmittimus ad hujus libri *Tit.* 9. *& seqq.*

22. Tertium hujus Tituli caput quod attinet, de successione Prudentum, quoniam accurata temporis, quo quisque vitam duxerit, notitia immane quantum confert ad intelligenda, & componenda in speciem diffidentia legum capita, è re mea & Auditorum putavi, temporis potius, quam Indicis Justinianei, Pandectis Florentinis præfixi, & minus perfecti, ordine observato, sequentem JCtorum seriem colligere & adponere, ut vel hâc ratione caveant Juris Studiosi, ne, cum JCti Veteris nomen inciderit, piscis aut edulii peregrinum vocabulum designari arbitrentur; quam crassam & supinam rei inprimis necessariæ ignorantiam jam olim Rabulis forensibus objecit Ammianus Marcellinus, *lib.* 30. *c.* 4.

23. Sub liberâ Republicâ ante Ciceronem vixerunt.

Publius vel Sextus Papirius. De prænomine enim non constat sibi Pomp. *l.* 2. §. 2. *&* 36. *h. t.* ubi Rupert. Huic debemus compositionem Legum Regiarum, seu *Jus Civile Papirianum. d.*

§. 2.

§. 2. §. 36. de quo scripsit Granius Flaccus, teste Paulo in *l.* 144. *d. V. S.*

Appius Claudius Decemvir circa ann. U. C. 300. cujus maximum consilium in XII. Tabb. scribendis fuit. §. 36.

Appius Claudius (Centimanus) cæcus A.U.C. 440. *d.* §. 36. *l.* 1. §. 5. *D. d. Postul. Cic.* 1. *Philip. c.* 5. *in Bruto c.* 14. 15. Scripsit de *Actionibus* & *Usucapionibus. d.* §. 36.

Appius Claudius, Tertius. Rupert. *ad d.* §. 36. *h.*

Sempronius, *Sapiens* dictus, §. 37. ubi Rupert.

Tiberius Coruncanius circa Ann. 470. qui primus publicè jus profiteri & docere cæpit. §. 38. ubi Rupert. aliique.

Q. Mucius Augur. §. 37. quem Rupertus ad *d.* §. 37. expungit, eique Q. Maximum Cunctatorem substituit. *v. Gul. Grot. d. Vit. JCtor.* 1. *c.* 6.

L. Cœlius Antipater. Cic. in *Bruto c.* 26. v. Gul. Grot. *d. Vit. JCtor. l.* 1. *c.* 7.

Sextus Ælius Catus. d. §. 38. Cic. *in Bruto. c.* 20. *& de Orat. lib.* 1. *c.* 45. *Epist. Fam.* 7. 22. composuit *Jus Ælianum.* v. Pomp. in §. 7. Tripertita. *d.* §. 38. Commentaria. v. *l.* 1 *C. de Commun. Serv. man.*

C. Drusus. Hunc eundem fuisse cum Sexto Ælio putabat Jac Gothofredus; sed diversum, at æqualem fortasse tamen fuisse, colligitur ex *l.* 38. §. 1. *d. Act. emp.* v. Cic. *Tuscul. quæst* 5. *c.* 38. Idem est cum eo, quem Livium Drusum vocat Val. Max. 8. 7.

Gajus Scipio Nasica, *Optimus* dictus. §. 37. Rupertus probat hunc non *Gajum*, sed *P. Cornelium* Nasicam esse.

Publ. Atilius, Sapiens. §. 38. Rupert. legit

Acilius. Cic. in Læl. c. 2. lib. 2. d. Legib. c. 23.

M. Porcius Cato, M. Fil. Cos. A. U. C. 558. *Censorius* à severitate & gravitate morum dictus. *d.* §. 38. *Liv.* 39 : 40. *Val. Max.* 8. 7. *Cic.* 1. *d. Orat. c.* 37. Creditur, sed incertâ conjecturâ, auctor Regulæ Catonianæ, de quâ *tit.* 7. *lib.* 34. *Dig.*

M. Cato, dicti Catonis filius, scripsit plures libros de Disciplinâ Juris. *Gell.* 13. *c.* 19. *Cic. d. Orat.* 2. *c.* 33.

Fuit & alius Cato, cui repscripsit Div. Adrianus. §. 7. *Inst. d. Test. Ord.* nisi forte ibi pro *Catoni* legendum *Catonio Vero*, ut in *l.* 1. *C. d. Testam.* Scripsit Commentariorum Juris libros 15. *l.* 4. §. 1. *d. V. O.* v. §. *ult. Inst. d. Adopt.*

M. Manilius, A. U. 700. §. 39. v. Cicer. *d. Orat. lib.* 1. *c.* 48. *l.* 3. *c.* 33. *Ep. Fam.* 7. 22. in *Bruto. c.* 28. *Epist. ad Attic.* 4. 16. *l.* 3. §. 3. *D. d. Adq. poss.* Consul quibusdam fuisse videtur cum L. Mario Censorino A. U. 604. Scripsit de Jure Civili libros tres, si qua Pomp. fides in §. 39. Item leges, vel, ut Varro eas vocat, *actiones* Manilianas de Venalibus vendendis. *Varr. de Re Rust. l.* 2. *c.* 7. *Cic. l. d. Orat. c.* 58.

Publ. Mucius. Scævola, P. Mucii filius, Q. Mucii pater, A. U. 620 *d.* §. 39. *Cic. l. d. Orat. c.* 37. & 2. *c.* 12. *in Brut. c.* 26. Scripsit de Jure Civili libros, ut Pomp. vult, 10. vel, ut Paul. in *l.* 30. *Pro soc.* 14. ad quas notas conscripsit Serv. Sulpitius. *d. l.* 30. & ipse Pomponius. *l. ult. D. d. Legationib.*

M. Brutus, d. §. 39. *Cic. in Brut. c.* 34. *lib.* 7. *ad Fam.* 22. & 1. *d. Finib. c.* 4. Scripsit de Jure Civili libros tres. *Cic. d. Orat. lib.* 2. *c.* 55. licet ei vulgo tribuantur plures, & quidem à Pomp. *d.* §.

39.

39. septem. v. *l.* 68. *d. Usufr. l.* 27. §. 22. *ad L. Aq.* Alius ab hoc est M. Brutus Dux Lepidi, a Cn. Pomp. M. occisus A. U. 676. qui erat pater M. Bruti, qui Cæsarem interfecit.

M. Junius Gracchanus, vel Gracchus, circa Annum U. 630. Varro de L. L. *lib.* 5. *p.* 50. Scripsit de Potestatibus libros 7. *l. un. d. Off. Quæst.*

24. Ætate Ciceronis ante Jul. Cæsarem vixere

Pub. Rutilius Rufus, P. Mucii discipulus Cos. A. U. 648. §. 40. *h. Cic. in Brut. c.* 30. *d. Off.* 2. *c.* 13. *Tusc. Quæst.* 4. *c.* 17. *de Orat.* 1 *cap.* 40. & 53. *Vell. Pater. lib.* 2. *c.* 13. Præturâ functus est *l.* 1. *d. Bon. libert.* Scripsit historiam rerum Romanarum; libros de Vita sua; Orationem de modo ædificiorum. *Suet. in Aug. c.* 89. Responsorum ejus de Jure vestigia v. *in l.* 10 §. 3. *d. Usu & habit. l.* 3. §. 9. *d. Penu Legat.*

Paul. vel, ut Rupert. censet, *A. Virginius. d.* §. 40.

De hoc altum in Historia Rom. & Libris nostris silentium est, nisi quod hic à Pomp. inter JCtos recenseatur, & Cicero in *Læl. c.* 27. ejus unâ cum Rutilio, aliisque æqualibus meminerit.

Q. Ælius Tubero Panætii (sic enim legendum in §. 40.) auditor, & Stoicus. *d.* §. 50. *Val. Max.* 7. *c.* 5. *Gell. l.* 1. *c.* 22. *Cic.* 3. *d. Off. c.* 15. *in Brut. c.* 31. *l.* 7. *ff. d. Supell. leg.* Alius est ab illo Tuberone, quem Pomp. in §. 46. Ofilio operam dedisse & complures libros scripsisse refert.

Sext. Pompejus, S. F. Cn. N. Cn. Junioris pater, patruus Cn. pompei Magni. *d.* §. 40. alius à Sexto Pomponio, qui sub Tiberio vixit. *l.* 41. *d. Hered. Inst. Cic. in. Brut. c.* 47. *d'Orat. lib.* 1. *c.* 15. *de Offic.* 1. *c.* 6.

 P. Li-

P. Licinius Craſſus Mucianus. d. §. 40. frater Publii Mucii ſupra memorati. Fuit Coſ. A. U. 622. collega L. Val. Flacci. v. *Gell.* 1. *c.* 13.

Q. Mutius Scævola, P. Max. circa A. U. 660. §. 41. 43. *h. Cic.* 1. *d. Orator. c.* 39. *Val. Max.* 8. *c.* 12. Scripſit librum ſingularem ὅρων, id eſt, Sententiarum & Regularum ſeu Definitionum, quas, ex jure in foro receptas, in certum corpus redegit. v. *l.* 64. *d. A. R. D. l. ult. de Aq. quot. l.* 241. *d. V. S. l.* 73. *d. R. jur. ubi v. Jac. Gothofr. Comment.* Libros Juris Civilis decem & octo, quibus jus Civile in artem redegit. *d.* §. 41. *l.* 27. *& paſſim d. Aur. arg. leg. l.* 30. *Pro ſoc.* Ad hos, ut & ad libros Regularum, notas ſcripſit Pomponius. *l.* 203. 204. 205. *d. R. I.* Cautionem Mucianam invenit. v. *l.* 7. *l.* 18. *l.* 77. §. 1. *d. Cond. & dem.*

C. Aquilius Gallus, Auditor Mucii, & præceptor Servii Sulpitii. *Pomp. in* §. 42. 43. *h.* v. *Cicer. pro A. Cæcin. c.* 27. *Val. Max. lib.* 8. *c.* 2. ad *Attic.* 1. *Ep.* 1. Alius videtur fuiſſe ab eo, qui Tribunus plebis Legem Aquiliam rogavit, tum quod noſter nunquam ea dignitate functus legitur, tum quod Q. Mutius & Brutus, qui Aquilium ætate antecedunt, ejus mentionem faciunt. *l.* 27. §. 22. *l.* 39. *ad L. Aquil.* Scripſit formulas de dolo malo, quas *Cic.* 3. *d. Nat. Deor. c.* 30. *&* 3. *d. Offic. c.* 14. *everriculum malitiarum omnium* vocat. Formulam de poſtumis heredibus inſtituendis. *l.* 29. *d. Lib. & poſt.* Formulam acceptilationis. *l.* 18. *d. Accept.* §. 1. *I. Quib. mod toll. obl.* In Prætura Ciceronem collegam habuit. *Cic. in Top. c.* 7. *d. lib.* 3. *d. Offic. c.* 14.

Balbus Lucilius. d. §. 42. vel L. Lucilius Balbus, ut eum vocat Cicero in *Brut. c.* 42.

Sext

Sext. Papirius. d. §. 42. alius ab eo cujus meminit Pompon. §. 2. & 36. Item alius à Papirio, ad quem Cicero, & à Servio Pæto, fratre ejus, de quo scribit *lib.* 9. *Epist. fam.* 16.

Gajus Juventius. Qu. Mucii Auditor. *d.* § 42. videtur idem esse cum Tito Juventio, cujus apud Ciceronem mentio & laus in *Bruto c.* 48. v. Rupert. ad *d.* §. 42. Alius est a Juventiis Celsis, patre & filio, de quibus infrà.

Cornelius Maximus, l. 16. §. 1. *D. d. Instr. & inst. l.* 2. §. 45. *h. t.* Trebatii præceptor. *d.* §. 45. *h. Cic. lib.* 7. *Fam. Epist.* 8. & 17. Alius est, ut videtur, a Rutilio Maximo, qui ad Legem Falcidiam scripsit. *Ind. Justin. inscr. l.* 125. *d. Leg.* 1.

Servius Sulpicius Rufus. §. 43. *h.* A. U. 702. Gessit consulatum cum M. Claudio Marcello, *Cic.* 7. *Famil. Epist.* 1. 2. 3. 4. & *Lib.* 13. *Epist.* 17. & *seq. in Bruto c.* 41. *Gell.* 2. 10. *Quintil. Inst. Orat.* XI. 1. Consuluit Q. Mucium Scævolam. *d.* §. 43. Scripsit notas in Mucium Scævolam. *l.* 30. *Pro soc. Gell.* 4. 1. De Dotibus librum singularem. *Gell.* 4. 4. *l.* 8. *d. Cond. caus. dat.* De Sacris detestandis libros duos. *Gell.* 6. 12. ad Edictum libros duos. §. 44. *in fin.* Denique carmina quædam lasciva. *Ovid.* 2. *Trist.* vs. 441. *Plin.* 5. *Epist.* 3.

Antæus. Hoc nomine citatur à Paulo in *l.* 14. *D. de Aqua, & aquæ pluv. arc. act.* De ejus ætate nihil certi compertum habemus, & tamen à Jacobo Gothofredo refertur ad ævum Ciceronis ante Jul. Cæsarem Gul. Grotius *in Vitis JCtor.* eundem esse putat cum Furio Antiano, de quo v. infrà.

Granius Flaccus Licinianus, cujus plus semel

meminerunt Feſtus & Macrob. 1. *Saturn. c.* 16. *&* 18. Scripſit librum ad Jus Papirianum, teſte Paulo in *l.* 144. *d. V. S. Macrob.* 3. *Sat.* 11. Alius eſt à Verrio Flacco, Grammatico.

Paconius. Incertum an idem ſit cum Paconio, cujus meminit *Tacit.* 3. *Ann.* 67. *&* 16. 33. Mentio ejus ſit à Paulo in *l.* 3. *Si a par. quis man.* Forte Pacuvius eſt, cujus meminere Pomp. §. 44. & Ulpian. in *l.* 1. §. 1. *Commod.* Meminit & Paconii cujusdam Suet. in *Tiber. c.* 66. *& Gell.* 5. 21.

Puteolanus. Scripſit libros Adſeſſoriorum. *l.* 12. *D. d. Pact.*

25. Sub Cæſare, & Auguſto vixere.

A. Caſcellius §. 45. *Horat. d. Art. poët. v.* 671. *Macrob. Saturn.* 2. 6. *Val. Max.* 8. 12. *Cic. pro Balb. c.* 20. Præceptores habuit Volcatium & Q. Mucium. *Plin.* 8. *c.* 40. *Hiſt. Nat.* Nam quod Pompon. in *d.* §. 45. eum Voluſii auditorem facit, vel Pomponii errore vel textus vitio, falſum eſt. Quare accedo judicio Goveani, Balduini, Bertrandi & Ruperti emendantium *Volcatii.* Scripſit de jure tum alios libros, tum librum ſingularem Benedictorum. *d.* §. 45. *l.* 158. *d. V. S.* v. Menag. *Amœnit. c.* 8.

C. Trebatius Teſta. §. 45. alius à Trebatio Marino, cujus meminit Ulp. in *l.* 5. §. 11. *D. d. Agn. lib.* cum Mæcenate, Cicerone, Cæſare, Horatio familiariſſime & conjunctiſſime vixit. v. *Cic. Ep. ad fam. lib.* 7. *Ep.* 6. *& ſeq. Topica ad Trebat. Horat. l.* 2. *Sat.* 1. *Suet. in Jul. c.* 78. *Ammian. Marcell. lib.* 30. *l.* 64. *d. Donat. int. V. & Ux.* Sæpe cum Labeone, Ofilio, Caſcellio, conſulentibus de jure reſpondit. *l.* 25. §. 1. *de Rec. arc. l.* 6. §. 6. *Comm. div. l.* 22. §. 10. *Mand. l.* 39. *de Vulg.* *&*

& pup. subst. Complures de jure civili libros conscripsit, teste Pomp. *d.* §. 45. Scripsit & de Religionibus libros, quorum secundus Gellio *lib.* 6. c. 12. decimus Macrobio citatur. *lib.* 3. *Saturn. c.* 3 Præceptorem habuit Cornelium. *d.* §. 45. discipulum Antistium Labeonem *d. l.* 2. §. 47. Sic ut a vero aberraverit Dion. Gothofredus, qui ad *l.* 33. *ff. d. R. Vind.* ex Trebatio præceptore facit discipulum Labeonis. Plura de eo v. apud Menag. *Amœnit. c.* 14.

M. Antistius Labeo, de quo passim in Digestis, v. §. 47 *h. princ. Inst. d. Codic. Tac.* 3. *Ann. c.* 75. *Sueton. in Aug. c.* 45. *Gell. lib.* 7. *c.* 15. *& lib.* 13. 10. 12. præceptorem habuit Trebatium. *d.* §. 47. audivit & Servium, & Ofilium ac Tuberonem. Alius fuit ab Ant. Labeone, qui fuit ejus pater, & à Pacuvio Labeone, de quo *Gell.* 5. 21. Item alius à Domitio Labeone, de quo in *l.* 27. *Q. test.* &, ut videtur, ab eo, cujus meminit Paulus *l.* 32. §. 6. *d. Aur. arg.* Diss. Bertrand. & Gul. Grot. *in Vit. JCtor.* Denique alius à Corn. Labeone, quem de Oraculo Appollinis Clarii, aliaque ad Deorum cultum pertinentia scripsisse, testatur Macrob. v. *Sat.* 18.

Scripsit πιθανῶν, id est, Probabilium, seu Verisimilium libros octo. *l. ult. d. V. S.* Quos in epitomen redegit Paulus. *inscr. l. ult. Si serv. vind. l. ult. d. L. Rhod. d. jact. l. ult. de Pign. & hyp. l.* 31. *d. Legat.* 3. Posteriorum libros 40. *Gell.* 13. 10. *l.* 9. §. 2. *&* 6. *ad L. Jul. pec.* quos Javolenus in compendium redegit, ad eosque notas scripsit. *l.* 29. *d. Leg.* 3 *l.* 39. 40. *D. d. Cond. & Dem. l.* 60. 62. *d. Acq. Her.* libros ad Edictum. *d. loc.* libros Prætoris Urbani. *l.* 19. *d. V. S.*

&

& Peregrini. *l.* 9. §. *pen. d. Dol.* libros Epiſtolarum & Reſponſorum. *l.* 3. §. 1. *d. Bonor. poſſ.* Ulpian. *in Collat. Leg. Moſaic. & Roman. tit.* 15. *l.* 30. §. 1. *d. Uſuc.* Commentarios Juris Pontificii: Feſt. in verbis *ſiſtere & ſparcum.* Item de Diis animalibus. Serv. ad *l.* 3. *Æn. v.* 168. De Diſciplinis Etruſcis. Fulgent. in voce *Manuales.* Item ad XII. Tabulas. *Gell.* 1. *c.* 12. *in f. &* 7. *c.* 15. *&* 20. *c.* 1. v. Menagii *Amœnit. Jur. Civil. c.* 20. & Orationem meam de Vita, Moribus, & Studiis M. Antiſtii Labeonis, & C. Ateji Capitonis.

Aulus Ofilius. §. 44. *Cic. Epiſt. Fam.* 7. 21. *Val. Max.* 8. 13.

Scripſit de Legibus Viceſimariis, de Jurisdictione, ad Edictum Prætoris. *d.* §. 44. *l.* 1. §. 2. *Ne quis eumq. in jus voc.* libros Actionum. *l.* 3. §. 5. 8. 9. *d. Pen. leg.* ad Atticum. *l.* 234. §. 2. *d. V. S.* Juris Partiti libros. *l.* 55. §. 1. *&* 7. *d. Leg.* 3.

M. T. Cicero. Natus eſt poſt Romam conditam 647. ante Chriſtum natum 103. *Gell.* 15. 28. mortuus A. U C. 711. 7. Decemb. ætatis 64. Mentio ejus fit in *l.* 2. §. 46. *h. l.* 39. *d. Pœn. l.* 96. *d. V. S.* & alibi. Scripta ejus tum ad jus, tum ad philoſophiam moralem & artem oratoriam aliaque argumenta attinentia, cum nota ſint & in omnium manibus vel verſentur, vel verſari certe debeant, noſtra non egent recenſione. Ceterum fallunter dubio procul, qui Ciceroni locum inter JCtos deberi negant. Quem errorem refellere, & injuriam diſertiſſimo inter JCtos oratori & JCto inter oratores eruditiſſimo factam vindicare non eſt præſentis inſtituti. v. Ciceron. *in Bruto, in Orat. pro Muræn.*

ren. c. 13. *Lib.* 7. *Epist. Fam.* 22. & alibi.
. 26. Sub Augusto, post natum Christum, vixere

Alphenus Varus. §. 44. Servii discipulus, ex sutore Cremonensi JCtus & Cos. cum P. Vinicio A. U. 753. *Gell.* 6. 5. *Horat.* 1. *Sat.* 3. *v.* 130. *Ammian. Marcellin. lib.* 30. *c.* 4. alius est à Vario poëta, cujus meminit Horat. *lib.* 1. *Carm. Od.* 6. & Virg. *Ecl.* 9. *v.* 35. Licet nonnulli Varium illum fuisse ipsum Alphenum Varum jam olim existimaverint. v. Servium ad dict. *Eclog.* 9. & Rutgers. in Venusin. Lectionib. *ad d. Loc. Horatii.*

Scripsit Digestorum libros 40. *Gell.* 6. 5. quos Paulus JC. in compendium redegit. *l.* 29. 30. 31. *Loc. cond. l.* 23. *d. Præscr. verb. l.* 44. *& seq. d. Evict.* Item Conjectaneorum libros quatuor. *Gell. d. loc.* Denique ad Servium. *l.* 25. *D. Qui test. fac. l.* 65. §. 8. *Pro soc. l.* 77. *inf. V. d. S.*

Aufidius Tucca. §. 44. alius ab Aufidio, cujus meminit Cicero in *Bruto c.* 48.

Aufidius Namusa. Meminerunt ejus Ulp. in *l.* 5. §. 7. *Commod.* Javolen. *l.* 40. §. 3. *d. C. & D.* Paul. in *l.* 2. §. 6. *d. Aq. & aq. pl.* Idem Ulpianus *l.* 52. §. *ult. Pro soc.* & Labeo *l.* 20. *d. Opt. leg.* meminerunt Aufidii sine prænomine aut cognomine.

G. Atejus Pacuvius. §. 44. Ateji, sed incertum an hujus, meminit Labeo in *l.* 79. §. 1. *D. d. I. Dot.* Pacuvii autem Ulp. in *l.* 1. §. 1. *Commod.* Pacuvii Labeonis meminit *Gel.* 5. 21.

Fudius, si idem est, ut Cujacius putabat, cum illo, cujus *Cic. c.* 29. *in Bruto*, meminit, vixit omnino vel ante Ciceron. vel æqualis ei fuit. Gul. Grotius de *Vitis JCtorum pag.* 132. eum cir-

ca

ca Vespasiani tempora floruisse & libros scripsisse contendit argumento legis 5. *D. d. Aur. arg.* Scripsit autem libros Quæstionum. *d. l.* 29. *d. Reb. auct. jud. poss. d. l.* 5.

Cinna. §. 44. *h.* Multis videtur esse is, qui sub Augusto A. U. C. 756. consul fuit cum L. Valerio, & filius Cinnæ Prætoris. *v. Virg. Eclog.* 9. *v.* 35. Berr. *in ejus vit.* Scripsisse eum de Jure Civili, indicio sunt *l.* 40. §. 1. *d. Cond. & Dem. l.* 6. *d. R. N.*

Publicius, vel, ut Hottomannus, sed reprehensus ab aliis, legit, *Poplicola Gellius*, cujus mentio videtur fieri in *l.* 2. §. 8. *ad SC. Tert. l.* 51. *in f. d. Cond. & dem.* Forte idem est cum Publicio Prætore, de quo *Cic. pro Cluent. c.* 45. quique auctor esse videtur actionis Publicianæ. §. 4. *J. d. Act.*

Blæsus, *l.* 31. *D. d. Usufr. leg.* Forte T. Cæsius à Pomp. memoratus. Fuit Trebatio vel æqualis vel posterior. *d. l.* 31.

Q. Ælius Tubero, L. filius, Ofilii discipulus. §. 46. *h. t.* alius, ut videtur, a Tuberone Prætore Urbano, cujus meminit *Plin. lib.* 10. *Hist. Nat. c.* 18. *Val. Max.* 5. 6. Videtur Cos. fuisse cum Fabio Maximo. A. U. 741. *Plin. lib.* 8. *Hist. Nat. c.* 17. *Fast. Consul.* Complures de publico privatoque jure libros composuit. §. 46. *h.* ut Præcepta super Officio judicis. *Gell.* 11. 2. Historias. *Gell.* 6. 4. & 16. 28. librum ad C. Oppium. *Gell.* 7. 9. Fuit Stoicæ Philosophiæ deditus. *Cic. in Brut. c.* 31. mentio ejus fit in *l.* 2. *d. Usu & habit. l.* 72. *d. V. O. l.* 5. § *ult. l.* 6. *d. Pecul. l.* 7. §. 1. 2. *d. Sup. leg.*

T. Cœlius. §. 44. *h. t.* alius est a M. Cælio Rufo, de quo Val. M. 4. 2. *in f.* & Cælio Sabino,

bino, quem ſub Veſpaſianis vixiſſe, conſtat ex §. *ult. l.* 2. *h. t. v. Ulp. l.* 17 §. 15. 16. *Æd. Edict.* nec idem eſſe potuit cum Cælio Antipatro, de quo ſupra, v. *Cicer. in Brut. c.* 26.

C. Atejus Capito, tempore æqualis, ſed moribus & ſecta contrarius Antiſtio Labeoni. v. §. 47. *h. Tacit.* 3. 70. 75. *Sueton. d. Illuſtrib. Grammat. c.* 22. *Gell.* 10. 20. & 13. 12. Citatur ſæpe ſolo nomine Attei, ut in *l.* 79. §. 1. *d. l. Dot. l.* 30. §. *ult. d. Leg.* 3. quanquam Bertrandus putet, Labeonem in *d. l.* 79. deſignare Attejum Pacuvium. Conſul fuit cum C. Vibio poſtumo A. 758. *Tac.* 3. 75. ſed ſuffectus. Decretum ab eo conſule factum v. in *l.* 28. 29. *D. d. Rit. Nupt.* Alius fuit à Fonteio Captione, de quo Horat. *Lib.* 1. *Serm. Sat.* 5. & Tacit. 4. *Ann.* 36. & 1. *Hiſt. c.* 7. & 37. & alibi. Item alius ab eo, cujus meminit Cicero 8. *Epiſt. Fam.* 8. & 13. & 29. Quæ loca forte de patre ejus accipienda. Denique alius ab Aſinio Capitone, de quo *Gell.* 5. *c.* 20. 21. Scripſit Conjectaneorum libros ultra ducentos quinquaginta novem. *Gell.* 14. 7. Collectaneorum libros *Gell.* 4. 10. Librum ſingularem de Officio Senatorio. *Gell.* 4. 10. De jure Sacrificiorum. *Macrob. Saturn.* 3. 10. De Pontificio Jure. *Gell.* 4. 6. *Macrob. Sat.* 7. 13. denique Epiſtolas. *Gell.* 13. 13. Plura de eo vide in Oratione mea de Vitâ, Moribus, & Studiis M. Antiſtii Labeonis, & C. Areji Capitonis.

Vitellius. Meminit ejus *Ulp.* in *l.* 34. §. *ult. d. Adq. poſſ.* Idem eſſe potuit cum eo, quem Sueton. *in Vitell. c.* 2. Procuratorem Auguſti fuiſſe ait. Scripſiſſe eum de jure, & Cælium (vel, ut G. Grot. putat Maſurium) Sabinum ad libros ejus notas compoſuiſſe, conſtat ex *l.* 45. *d. Leg.*

3. *l.*

3. *l.* 8. *de Instr. vel instr. l.* 12. §. 27. *eod. tit.* ubi omnino cum Bertr. legendum videtur : *Cassius definit*, *&* *Sabinus apud Vitellium notat.*

Ælius Gallus. Gellius *lib.* 16. *c.* 5. & Macrobius 6. *Sat. c.* 8. eum vocant *Cæcilium*, sed vitiose, ut videtur. Legendum itaque *Ælius Gallus* pro *Cæcilius Gallus.* v. *Menag. Amœn. c.* 22. G. Grotius eundem facit cum L. Ælio Stilone, cujus meminit *Gell.* 10. *c.* 21. v. & *Gell.* 16. *c.* 8. Varronis, adeoque Augusti ætate, eum vixisse, testis est ipse *Varro de Ling. Lat. l.* 4. *&* 5. Scripsit de Significatione verborum, quæ ad jus pertinent. *l.* 77. *l.* 157. *d. V. S. v. l.* 19. *d. Usur.* Fest. in voce *postliminium. Gell. d. l.* 16. *c.* 5.

27. Sub Tiberio, Caligulâ, Claudio, Nerone

Sextus Pomponius, alius à Sexto Pompejo, cujus Pomp. in §. 40. meminit, de quo supra. Item alius ab eo, cujus meminit Justin. in *Indice Pandect.* Hujus Pomponii meminit Julianus apud Ulp. in *l.* 63. §. 9. *Pro soc.* quem locum corrupit Betr. v. *Grot. d. Vit. Ict.* 2. *c.* 5. Meminit & Tertullianus apud eundem Ulp. in *l.* 30. §. 6. *d. Acq. her.* ubi vitiose legitur *Proponium.* Item Paulus in *l.* 44. *Sol matr.* denique & ipse Pomponius Junior in *l.* 41. *D. d. Her. inst.* de quo infra.

Massurius, vel *Masurius Sabinus.* §. 47. Maximæ fuit in jure constituendo auctoritatis. *Pers. Sat.* 5. *Arrian.* 4. *in Epict.* Meminit ejus ex Plinio Gellius *lib.* 3. *c.* 16. & alibi. Alius esse videtur à Sabino, de quo Plinius Junior. 4. *Ep.* 10. *&* 6. *Epist.* 18. Item à Cælio Sabino, de quo infra. Non potuit vixisse sub Heliogabalo, ut

ut vult Lamprid. in *Heliog. c.* 16 Scripsit *juris civilis* libros tres. *Ind. Pand. Gell.* 4. 1. *in f.* & 11. *c. ult.* & 5. 13. de *Indigenis* commentarios *Gell.* 4. 9. libros *Fastorum. Macrob.* 1. *Saturn. c.* 16. libros *Memorabilium*, *vel* (ut alii legunt) *Memorialium. Gell.* 4. *c.* 20 & 5. *c.* 6. *Macrob.* 3. *Sat.* 6. *l.* 144. *d. V. S.* libros ad *Edictum Prætoris Urbani. l.* 18. *d. Oper. libert.* libros *Adsessoriorum. l.* 5. §. 8. *d. Injur.* libros *Responsorum. l.* 4. *pr. d. L. Rhod.* libros ad Vitellium. *l.* 45. *d. Leg.* 3. Notas ad libros Sabini scripsere Aristo. *l.* 6. *d. Us.* & *Habit.* Paulus. *pr. Inst. d. Her. inst.* Ulpianus. *l. ult. D. d. Her. inst.* Pomponius. *Ind. Just.* Fuit auctor *Sectæ Sabinianæ.*

M. Coccejus M. F. Nerva. §. 47. cum Masurio Sabino, Labeoni in propoganda Secta successit. Tiberio Cæsari a consiliis, & primæ admissionis amicus. *Tacit.* 4. *Annal.* 58. & 6. *Annal.* 26. atque hic pater est Nervæ filii, JCti, avus autem Imp. Nervæ. Scripsit libros de jure, sed incertum quos & quot. *v. l.* 3. *d. Us. ear. rer. l.* 2. §. 28. *D. Ne quid in loc. pub. l. pen. In quib. caus. pign. v.* & *l.* 1. §. 3. *ff. de Postul.*

Fabius Mela. Scripsit ante Proculum. *v. l.* 11. *Ad L. Aquil. l.* 3. §. *ult. Rer. Am.* post Gallum Aquilium & Servium Sulpicium. v. *l.* 17. §. 6. *d. Act. em. l.* 3. §. 10. *d. Pen. leg.* Sententiam ejus sequuti sunt Ulpianus & alii. *l.* 2. §. 6. *d. Judic. l.* 4. §. 1. *Comm. div. l.* 27. §. 34. *ad L. Aq. l.* 5. §. 7. *Commod.* Reprehenditur ab eodem Ulp. in *l.* 14. *d. Alim. leg.* & à Venulejo in *l. ult. Quæ in fraud. cred.* Scripsit ad Edictum. *dd. ll.* & *l.* 39. *d. Solut.*

C. Cassius Longinus. Sabini discipulus & successor. v. §. 47. *h.* & ibi Rupert. *l.* 19. §. 2. *d.*

Rec. arb. Ariſtonis magiſter. *l.* 40. *eod.* luminibus orbatus. *Suet. in Ner. c.* 37. Aſiæ Procos. *Suet. in Calig. c.* 57. magna ſeveritate in dicendis ſententiis fuiſſe fertur. *Tac. Ann.* 12. 12. & 13. *c.* 41. 48. & *Lib.* 14. *c.* 43. 44. Fuit Sectæ Sabinianæ cultor, Caſſianæ auctor. *Plin. lib.* 7. *Ep.* 24. De *Jure Civili* eum ſchripſiſſe patet ex *l.* 10. §. 5. *Quib. mod. uſ. fin. l.* 7. §. 3. *l.* 9. §. 5. *l.* 70. *d. Uſufr.* Ex Caſſio libros xv. ſcripſit Javolenus, ut conſtat ex Indice Juſtinianeo. *l.* 54. *d. C. & D. l.* 78. *d. Solut.* Alius fuit à Tito Cajo auctore Inſtitutionum, & à L. Caſſio Longino Cos. de quo *Suet. in Cal. c.* 24. Item alius a Lucio Caſſio Prætore, de quo *Val. Max.* 3. *c.* 7. qui ſchopulus reorum audiit. Denique alius ab eo, cujus meminit Pomp. in §. *ult. in f. h.* v. Menag. *Amœnit. c.* 43.

Cartilius, vel, ut alii mendoſe, *Carfilius. v. l.* 69. *d. Her. inſt. l.* 5. §. 13. *Commod.* Alius eſt à Cartilio, vel potius Catilio, aut Statilio Severo, qui ſub Trajano præfectus Urbi fuit. v. *Capitol. in Marc. c.* 1. *Plin.* 1. *Ep.* 22. §. 1. *Inſt. d. Milit. Teſt. junc. l.* 24. *ff. eod. tit.* ubi *v. Gothofr.*

Sempronius Proculus. §. *ult. h. l.* 47. *d. Leg.* 2. Bertrandus eundem putat cum Licinio Proculo, qui fuit Præfectus Prætorio ſub Othone. *Tacit.* 1. *Hiſtor.* 46. Scripſit Epiſtolarum libros octo, ut vult Index Juſtin. vel potius undecim, ut conſtat ex inſcriptione *l.* 69. *d. Cont. emt. l.* 12. *de Præſcr. verb. l.* 17 *d. Pact. Dot.* & notas ad libros Labeonis. *l.* 10. §. 1. *d. Neg. geſt. l.* 69. *d. Cond. & demonſ.* Ad eum ſchripſit Ferox. *l.* 11. §. 2. *d. Aq. & Aq. pl. ar.* Non levis juris auctor dicitur Divis Fratribus in *l.* 17. *D. d. I. patron.* & majorem, quam aliorum, fuiſſe ejus auctoritatem,

do-

docet Pomp. in §. *ult. h.* Nomen dedit Sectæ Proculejanæ, quam postea auxit Pegasus. *d.* §. *ult.* v. infrà.

Sectus Pedius. Jacob. Gothofredus eum sub Gajo & Claudio vixisse putat. Gul. Grotius post Hadrianum collocat, circa tempora D. Pii. Alius est a Pedio Blæso, cujus Tacit. sub Nerone meminit. *lib.* 14. *Ann. c.* 18. Scripsit ad Edictum libros, quantum constat, viginti quinque. *l.* 6. §. *ult. d. Bonor. poss. l.* 6. §. 9. *d. Neg. gest. l.* 1. §. 4. *d. Dol. m. l.* 4. §. 2. *d. Alien. jud. mut.* & passim.

28. Sub Vespasianis vixere

Attilicinus. De jure cum Nerva filio respondit. *l.* 7. *d. Cond. caus. dat.* ut & cum Sabino *l.* 6. §. 4. *Comm. div. l.* 49. *ad L. Falc.* & Cassio *l.* 52. §. *ult. Pro soc.* Proculum per literas consuluit. *l.* 17. *d. Pact. dotal.* frequens ejus fit in J. nostro mentio. *l.* 4. §. 4. *Si quis caut. in jud. l.* 27. *pr. d. Proc. pr. I. d. Hered. inst. l.* 5. §. 1. *l.* 39. *d. Serv. P. R.*

Ursejus Ferox. Alius est a Tito Julio Feroce, cujus Plin. meminit *lib.* 2. *Epist.* 11. *& lib.* 7. *Ep.* 13. Notas ad ejus libros scripsit Julianus. *l.* 6. §. *ult. Comm. div. Inscript. l.* 16. *ad SC. Vell. l.* 48. *d. I. Dot. l.* 104. *d. Leg.* 1. Ipse sæpe utitur auctoritate Cassii, & Proculi. Quo sensu accipienda verba. *l.* 10. §. 5. *Quib. Mod. us. l.* 11. §. 2. *d. Aq. pl. arc.* In *l.* 1. §. 10. *D. Quar. rer. act.* legendum videtur *Cassium existimare Ursejus refert.* v. Gul. Grot. *d. Vit. JCtor.* 2. *c.* 4.

Servilius. Meminit ejus Terent. Clemens in *l.* 10. *d. I. Patron.* Si vixit, ut videtur, circa tempora Trajani, non potest esse idem cum eo, cujus meminit *Tacit. Annal.* 14. 19. Propius ve-

ro est, eundem fuisse cum C. Julio Servilio, quem Fasti Consulares Consulem fuisse memorant A. U. 886.

Vivianus. Vixisse eum post Proculum, Sabinum & Cassium, colligi potest ex *l.* 35. §. *ult. Ex quib. caus. maj. l.* 14. *d. I. Codicill.* Pomponium autem quædam in Viviani scripta notasse ex *l.* 17. §. *Commod.* colligunt Bert. & Grot.

Pegasus. Præfectus Urbi. Pomp. in §. *ult. h.t. Juven. Sat.*4.*v.*76.*& seqq.* Fuit & Cos. suffectus cum Pusione, & ab eo appellatum Sctum Pegasianum. §. 5. *Inst. d. Fideic. Herm.* De nomine ejus & præfecturâ Urbis *v. Menag. Amœnit. c.* 17. Crebra ejus fit mentio in *ff. v. l.* 7. §. 1. *d. Senat. l.* 41. *d. A. R. Dom.*

Coccejus Nerva, M. filius, M. Nep. §. 47. Fuit pater Nervæ Imp. Idem esse videtur cum eo, qui sub Nerone Prætor designatus fuit. *Tacit.* 15. *Annal. c.* 72. Passim per excellentiam dicitur Nerva filius. Anno ætatis 17. publice de jure respondsitavit, *l.* 1. §. 3. *de Postul.* & Patri in defendenda Secta Labeonis successit. Scripsit, ut videtur, de Usufructu. *l.* 13. §. 7. *D. d. Usufr.* &. de Usucapionibus. *l.* 47. *d. Acq. poss.*

Cælius Sabinus. Cos. §. *ult. in f. h. Gell.* 7. 4. Scripsit de Edicto Ædilium Curulium. *l.* 14. 17. 20. 38. 65. *d. Æd. Ed. Gell.* 4. 2. ubi, ut & in *l.* 14. §. *ult. d. Æd. Ed.* vitiosè legitur Cecilius, pro *Cælius*, v. §. 3. *dictæ Leg.* 14. & passim *eod.* Scripsit & alios libros, sed incertum quos. v. *l.* 72. §. 7. *d. C. & D.* Videtur fuisse Cos. sub Othone. *Tacit.* 1. *Hist. c.* 77. Alius est a Cælio Antipatro, & M. Cælio Rufo.

Priscus Fulcinius. Quâ ætate vixerit, affirmare non possum. Jac. Gothofr. eum collocat sub Vespa-

Vespasianis. Gul. Grotius aliquanto post tempora Tiberii, sed uterque sine auctoritate. Vixisse eum ante Proculum IC. ut idem contendit Grotius, non persuadet *l.* 3. §. *ult. d. Act. rer amot.* Illud constat, Cajum, Ulpianum, Paulum, & Pomponium ejus auctoritate uri, & Neratium notas ad eum scripsisse, adeoque vixisse ante Hadrianum. *l.* 13. *d. Cond. furt. l.* 29. *d. Relig. l.* 7. *Quib. ex caus. in poss. l.* 43. *d. Mort. caus. don.*

29. Sub Trajano, & Hadriano

Minitius, vel, Minutius Natalis. Scripsisse eum de jure, & ante Hadrianum vixisse, inde constat, quod Julianus scripserit notas ad Minitii libros. *l.* 61. *d. R. V. l.* 8. *d. L. Rhod. d. jact.*

Idem esse videtur cum eo, ad quem & Plinius scripsit, 7. *Epist.* 12. & Trajanus rescripsit. *l.* 9. *D. d. Fer.* Meminit ejus & Pomp. in *l.* 6. §. 4. *d. Act. Em.*

Juventius Celsus, pater. §. *ult. h. t.* v. *l.* 39. *Mand. l.* 3. §. 7. *d. Cond. caus. dat. l.* 20. *d. Leg.* 2. Incertum est ad Patrem, an ad Filium referendum sit, quod tradit Justin. in *l.* 10. *C. Qui test. fac.* & Spartian. in *Hadr. c.* 18. ubi cum Casaub. pro *Julium* lege *Juventium.* Sub Trajano Præturam gessit. *Plin. Epist.* 6. 5. *Juvenal. Sat.* 8. *v.* 194. Fuit in consilio Duceni Veri Cos. *l.* 29. *d. Leg.* 2. Cum Domitio Labeone quodam amicè & familiariter vixit. *l.* 27. *Qui test. fac.* v. *Menag. Amœnit. c.* 20.

Priscus Javolenus. Plin. 6. *Epist.* 15. Fuit Prætor aut Procos. Syriæ & Africæ. *l.* 5. *d. Manum. vind.* Juliani præceptor. *d. l.* 5. Quod in *l.* 2. §. *ult. h. t.* Cælio Sabino successisse dicitur, haud dubie de explicandâ juris disciplinâ & sectâ ac-

cipiendum. Scripſit ex Caſſio libros 15. *Inſcript. l.* 113. 114. *d. V. S.* Epiſtolarum libros 14. Ad Plautium 5. *Ind. Juſt.* Notas in libros Poſteriorum Labeonis. *l.* 42. *d. Lib. cauſ. l.* 44. *d. Injur.* Alius eſſe videtur à Javoleno, quem ſub Divo Pio vixiſſe, tradit Capitolin. in *D. Pio. c.* 12. niſi forte ibi pro *Jovoleno*, legendum *Juliano*, v. *Caſaub. & Salmaſ. ad d. loc.*

P. Juventius Celſus, *Filius*, qui & *Adoleſcens* audit. v. *l.* 91. §. 3. *d. V. O. l.* 3. §. 7. *d. Cond. cauſ. dat. l.* 20. *d. Leg.* 2. Spartian. *in Hadr. c.* 18. Bis conſul fuit. §. *ult. in f. h. t. l.* 20. §. 6. *d. Petit. Hered. l. ult. C. d. Serv. Reip. man.* Scripſit Digeſtor. libros 39. Inſtitutionum 40. Epiſtolarum XI. Quæſtionum 19. Commentariorum ſeptem. *Ind. Inſt. l.* 19. §. 6. *d. Aur. arg.*

Varius Lucullus. Vixiſſe eum ante Ariſtonem probat *l.* 19. *d. A. R. D.*

Ariſto. Æqualis fuit Plinio, Jun. Celſo, & Neratio, cum iiſque amice vixit. v. *l.* 3. *Quæ res pign. l. ult. Si quis a par. man. l.* 19. §. 2. *Loc. cond. l.* 7. §. 2. *l.* 58. *de Pact. l.* 29. §. 1. *d. Statulib. l.* 6. *d. Leg. præſt.* ubi legendum cum Bertr. *T. Ariſto Sævio Juliano S.*

Laudes & merita ejus v. apud *Plin.* 1. *Epiſt.* 22. qui eum de Jure conſuluit *lib.* 8. *Ep.* 14. C. Caſſium Longinum audivit. *l.* 40. *d. Rec. Arb.* & ad libros ejus notas conſcripſit. *l.* 7. §. 3. *l.* 17. *d. Uſufr.* item ad libros Sabini. *l.* 6. *d. Uſ. & Hab. l.* 3. §. 1. *d. Penu Leg.* & Labeonis, ut quidam volunt *arg. l.* 17. §. *ult. d. Her. Inſt.* Scripſit & de Furtis librum ſingularem. *Gell.* XI. 18. Reſponſorum libros. *l.* 8. §. 5. *Si ſerv. vind.* Collegit *Decreta Frontiana*, vel, *Frontoniana. l. ult. d. Acq. Her.* Scripſit & Digeſtorum libros. *arg. l.* 44. *Sol. matr.*

Sex-

Sextus Cæcilius. Æqualem Gellio fuisse, Hadrianique adeo temporibus vixisse, ipse Gellius auctor est. *lib.* 20. *c.* 1. quem locum v. omnino. Auctoritate ejus utuntur Papin. Ulp. & alii v. *l.* 71. *d. Cond. & dem. l.* 12. §. 2. 6. *Qui & a Quib. l.* 27. §. 5. *ad L. Jul. d. Audult.*

Alius est ab Africano, contra quam Cujacio & Gul. Grotio placet. v. *Menag. Amœnit. c.* 23. De hoc Cæcilio, non de Africano, accipienda verba Javoleni in *l.* 64. *d. C. & D.*

Octavenus. Jac. Gothofredus eum sub his Imperatoribus collocat, forte quia ex verbis Pomponii conjungentis cum Aristone Octavenum, id colligi potest. Meminerunt ejus Ulp. Paul. Pomp. eumque ad Edictum scripsisse non obscure indicant. v. *l.* 9. *d. Jurisd. l.* 16. 18. *d. Pet. Her. l.* 32. §. 8. *d. Rec. arb.* Cum laude citatur à Valente in *l.* 69. *ad SC. Trebell.* & à Paulo in *l.* 19. *d. Fideic. libert.*

Neratius Priscus. Cos. cum Annio Vero. §. 47. in *f. h. l.* 6. *D. ad L. Corn. d. Sicar.* Trajani amicus & consilarius. *l. ult. D. Si a par. quis man. Spartian. in Hadr. c.* 4. & 18. Fratrem habuit Neratium Marcellum. *l.* 12. §. 43. *d. Instr. leg.* (cujus Plinius meminit *Epist.* 3. 8.) qui & ipse cum Celso filio Consulatum gessit. *l. ult. C. d. Serv. Reip. man.* Scripsit Membranarum libros septem. *l.* 3. *d. Servit. præd. rust.* Responsorum libros tres. *l.* 3. *d. Usufr. accr.* Regularum libros quindecim. *Justin. Ind. l.* 2. *d. Serv. P. R.* Epistolarum libros aliquot. *l.* 12. §. 43. *d. Instr. vel inst. l.* 19. §. 2. *Loc. Cond.* Collectanea ex Plautio. *l.* 5. *d. Servit. pr. rust.* librum de Nuptiis. *Gell.* 4. 4. *inf.* Notas ad Fulcinium. *l.* 43. *d. Mort. c. donat.*

Lælius Felix. v. *l*. 3. *Si pars hered*. *l*. 43. *d. Her. petit*. Scripsit ad Q. Mucium. *Gell*. 15. 27.

Flavius Arrianus Severus. Præfectus ærarii. *l*. 2. §. 1. *l*. 42. *d. I. fisci*. & Antonini Pii Præceptor. Idem esse potuit cum Arriano, quem *Gell*. 17. 19. libros scripsisse refert de Dissertationibus Epicteti. Scripsit etiam libros de Interdictis. *l*. 11. *d. Pet. her*. Meminerunt ejus Ulpianus, & Paulus in *l*. 1. §. 4. *Quod legat*. *l*. 47. *d*. *O*. & *A*. *l*. 19. *d*. *Her*. *Inst*. *l*. 5. *d*. *Gradib*. & *affin*. v. *Bertrand*.

30. Sub Antonino Pio vixere

Plautius, & ipse celebris JCtus, sed à Pomponio, cum multis aliis, omissus. Libros eum de jure composuisse, & Neratium ac Paulum ad eos scripsisse, colligi potest ex *l*. 1. §. 3. *d. Us. Accr*. *l*. 5. *d. Serv. Pr. Rust*. *l*. 61. *d. Procur*. *l*. 43. *d. Cond*. & *Dem*. *l*. 49. *ad L. Falc*. *l*. 21. *l*. 22. *d. Damn. infect*. Citat Cassium. *l*. 8. *d. Aur. arg*. & Proculum. *d*. *l*. 43. *d*. *C*. & *D*.

Valerius Severus. De Jure eum scripsisse patet ex *l*. 8. *pr*. *d. Procur*.

Ciatur ab Ulp. in *d*. *l*. 8. & à Juliano in *l*. 30. *d. Negot. gest*. longè alius à L. Valerio JC. de quo Cic. 1. *Fam. Ep. ult*. & 3. *Ep*. 1. Idem esse potuit cum Valerio Vero, de quo in *l*. 3. §. 2. *d*. *Testib*. ubi forte legendum: *Severum*, pro *Verum*.

Salvius Julianus. Fuit proavus Imperatoris Didii juliani. *Spartian. in Did. Jul. c*. 1. ubi v. Salmas. Præceptore usus est Javoleno. *l*. 5. *d. Manum. Vind*. cui eum successisse Pomp. ait in §. *ult*. *h. t*. Fuit Præfectus Urbi, & bis Cos. *Spartian*. in *d*. *c*. item Prætor. *d*. *l*. 5. *d. Manum. Vind*. forte in Ægijpto. v. *l*. 36. *d. Solut*. In consilio Hadriani,

ni. *Spart. in Hadr. c.* 18.Divis fratribus amicus. *l.* 17. *a. l. Patron.* forte ſub D. Pio, ad cujus tempora uſque vixit. *l.* 18. *Quod. met. cauſ.* Sed Divorum Fratrum Imperium attigiſſe non videtur. Incertum eſt utrum ei an Pomponio tribuenda ſit ſententia Græca legis 20. *D. d. Fideic. libert.* Plura vide apud Bertrand. Gul. Grot. & Menag. *Amœnit. c.* 24.

Scripſit Digeſtor. libros nonaginta, ut eſt in *Ind. Juſtin.* vel potius nonaginta quatuor, ut habet inſcr. *l.* 32. *d. Legib.* v. *l.* 7. *d. Dol. l.* 17. *Ex quib. cauſ. maj. l.* 10. §. 1. *d. Peric. & comm.* Ad Urſejum Ferocem quatuor. *l.* 28. *d. Act. Em.* De Ambiguitatibus unum. v. inſcript. legis 62. *d. legat.* 3. *l.* 13. *de Reb. dub. l.* 31. *de Vulg. & pup. ſubſt.* Ad Minitium Natalem ſex. *Inſcr. l.* 29. *d. Act. emp. l.* 61. *d. R. V.* Tractatum de Dotali Prædio, ſi vera eſt conjectura Bertrandi ex *l.* 5. *C. d. Bon. quæ lib.* Item ad Edictum. *l.* 1. *d. His q. not. inf.* Edictum Perpetuum anno 15. Imp. Hadriani, compoſuit & ordinavit. *Eutrop. lib.* 8. *l. pen. C. d. Cond. indeb. Conſt.* 2. §. 18. *C. d. J. Vet. Enucl. v. l.* 1. *Quod met. l.* 1. *Commod. l.* 3. *d. Conjung. cum emanc.* Nam quod Aurel. Victor, eumque ſecutus H. Grotius, in *Flor. Sparſ.* Didium Julianum Imperatorem Edicti Perpetui auctorem faciunt, à vero alienum eſt.

Papyrius Fronto. Alius eſt ab Octavio Frontone, cujus meminit Tacit. *lib.* 2. *Ann. c.* 33. Item ab eo cujus Martial. 1. *Epig.* 56. & Gell. 2. 26. meminerunt. Alius denique à Licinio Frontone. v. *l.* 1. *C. d. Pact. l.* 13. *C. Si cert. pet. l.* 52. *d. Manum. teſt.* Libros Decretorum compoſuit, & in eos ex Ariſtonis libris & opinionibus quæ-

dam retulit, ut vult Bertrand. à quo dissentit G. Grotius. v. *l. ult. d. Adq. her.* Scripsit Responsorum libros. *l.* 220. *d. V. S.* Citat eum Callistratus. *d. l.* 220. *l.* 4. §. *ult. ad L. Rhod* & Marcianus in *l.* 40. *d. Pecul. l.* 114. §. 7. *d. Leg.* 1.

Terentius Clemens. Videtur Juliani sectator & amicus fuisse. v. *l.* 6. *d. Vulg. & pup. l.* 31. Papiam libros viginti. *Ind. Just.* Inscr. *d. l.* 6. *d. l.* 31. Alius est à Pactumeio Clemente, de quo infrà. Item ab eo, qui sub Severo consul fuit cum Tertullo. *l.* 1. §. 1. *de Reb. eor. qui sub tut.*

Junius Mauricianus. Vixit haud dubie sub D. Pio. *arg. l.* 23. *d. Usufr. Leg. l.* 56. 57. *d. leg.* 2. Scripsit ad Leges Juliam & Papiam libros sex *l.*57.*d.Leg.*2.*l.*15.*d.J. Fisc.Ulp. Fragm. tit.*13. *in f.* Notas in Julianum. *Ind. Just. l.* 7. §. 2. *d. Pact. l.* 25. §. 1. *d. Usufr.* libros de Pœnis. *inscr. l.* 3. *d. Ed.* Citatur à Paulo & Ulpiano. *dd.ll.l.*36. *d. Pet. her.*

Publicius. Hoc loco ponitur à Jac. Gothofr. Sed videtur idem esse vel cum Publicio Attilio, vel cum Publicio Gellio, de quibus suprà.

Pactumejus Clemens. Hunc sub Antoninis vixisse probat *l.* 21. §. 1. *d. Statul.* Alius est à Pactumejo, cujus meminit Paulus in *l. ult. D. d. Her. Inst. l.* 21. §. 1. *d. Statulib.*

Campanus. Circa hæc tempora eum vixisse colligi potest ex *l.* 34. §. 1. *d. Fideic. lib. l.* 47. *d. Oper. libert.* Alius est à Coccejo Campano, ad quem exstat Rescriptum Severi & Antonini in *l.* 29. *Ad. SC. Trebelt.* §. 3. *I. Quib. mod. test. inf.*

Abur-

Aburnus, vel, *Alburnius Valens*. §. *ult. h.* v. *l.*82.§.2.*d. Leg.* 2. *l.* 78.§.*pen. eod. tit.* Idem esse potest cum eo, ad quem scribit *Plin.* 4. *Epist.* 24. Sub Hadriano & D. Pio eum floruisse probat *Capitol. in D. Pio. c.* 12. ubi vocatur *Salvius Valens*. Unde conjectura capi potest eundem esse, ad quem rescripsit D. Pius apud Ulp. in *l.* 7. §. 2. *d. Accus.* Scripsit libros de Fideicommissis septem, item de Actionibus septem. *Ind. Justin. Inscr. l. ult. Ut in in poss. leg.*

Tuscianus. d. §. *ult.* Bertr. & G. Grot. legunt: Tuscius Tuscianus.*arg.l.7.d. Legat.præst.* Ant. August. & Menag.*Amœn.c.*5. legunt *Mæcianus*, quibus videtur adsentiendum, v. infra in *Volus. Mæcian.*

*Vindicius Verus.*v.*Capitol.in Anton.Pio.c.*12. De Jure eum scripsisse, & Mæcianum, Ulpianum ac Paulum ejus auctoritate usos esse, constat ex *l.*7.§. 18. *d. Pact. l.* 5. *d.Jud. l.*32.§.4. *ad L. Falcid. l.* 2. *Si ex nox. caus.*

Africanus. Alius est à Sexto Cæcilio, de quo supra. Vixit cum Juliano, qui ei de Jure respondit. *l.* 3. §. 4. *d. Agn. lib.* si modo ille locus de Africano JCto est accipiendus. Quæstionem à Juliano agitatam retulit in librum 20. Epistolarum, vel, ut Bertr. legit, *Quæstionum.* Hic enim sensus est *Legis* 39. *d. Leg.* 1. Quod eum Lampridius in *Alex. Sev. c. ult.* Alexandri Severi in consilio, & Papiniani discipulum fuisse refert, vel Lampridii errore, vel textûs vitio, falsum est; qui & multos alios JCtos *d. loc.* Alexandro æquales facit, ætate ejus longe anteriores. v. Casaub. *ad loc.* & *Menag. Amœnit. c.*23. v. &Bertr. & G. Grot. *d. Vit. JCt. c.* 6. qui male eum confundit cum Sev. Cæcilio. Scripsit Quæstionum li-

libros novem. *Ind. Just.* & Notas ad Julianum, quo eum Præceptore usum volunt Augustinus & Cujacius. Illud constat, passim eum uti auctoritate Juliani, verbaque ejus, *respondit*, *placet*, *notat*, non de Africano, sed de Juliano esse accipienda. v. *l.* 45. *d. Act. em. l.* 39. *d. Leg.* 1. *l.* 22. *d. Manum. test. l.* 15. *d. Statulib.* Fuit gravis, acutus, & subtilis JCtus in difficillimis Juris Quæstionibus pertractandis; quare Responsa ejus oracula sapere credebantur apud veteres interpretes. Unde illud vulgatum: *Africani lex est*, *id est*, *difficilis*.

Titus Gajus, vel, *Cajus*, alius est à Cajo Juventio Mucii; & Cajo Sulpicii discipulo, item à Gajo Aulo Offilio, & à *Cajo Cassio*, de quo suprà. Vixit sub Hadriano & post eum. v. *l.* 7. *d. Reb. Dub. l.* 9. *ad SC. Tertull.* ubi citat SCtum Tertullianum, quod factum sub Marco. *l. pen. d. Stipul. Serv.* ubi Pomponius eum vocat *suum*. v. *&* *l.* 11. *d. Jurisd. l.* 42. *d. Don. int. V. & U. l.* 56. *d. Leg.* 2. Scripsit ad Edictum Provinciale libros triginta duos. Ad Leges libros quindecim. Ad Edictum Urbicum libros, incertum quot. Aureorum sive Rerum Quotidianarnm septem. §. 6. *procem. Inst.* Inscript. *l.* 5. *d. A. R. D. tl.* 14. *D. d. O. & A.* Institutionum quatuor. Dodecadelti, seu ad Leges 12. Tabb. libros sex. De Verborum obligationibus libros tres. De Manumissionibus tres. De Fideicommissis duos. Libros singulares; De Casibus enucleatis; Regularum; Dotalicion, seu de dotibus, & Re Uxoriâ; De Formulâ Hypothecariâ. *Ind. Just.* Ad SCtum Tertullianum & Orphytianum. Inscr. *l.* 8. *&* 9. *ad SC. Tertull.* Ad Legem Gliciam. Inscr. *l.* 4. *d. Inoff. test.*

31. Sub

31. Sub Divis fratribus & Marco solo vixere

Papyrius Justus, longe alius à Papyrio, de quo Pomp. in §. 36. Item à Papyrio Frontone, de quo suprà. Scripsit Constitutionum libros viginti. *Ind. Just.* In quibus eum Antonini & Veri Impp. Constitutiones collegisse credibile est. v. *l.* 60. *d. Pact. l.* 14. *d. Serv. Pr. rust. l.* 30. *d. Reb. Auct. jud.*

Quintus Claudius Saturninus. Hunc sub Divo Pio & Divis fratribus vixisse & Prætura functum, constat ex *l.* 1. §. 2. *Quæ res pign. vel. hyp. l.* 6. §. 7. *Mand.* Meminit ejus Ulp. in *l.* 19. §. 7. *d. Aur. Arg. l.* 13. §. 5. *d. Jurejur.* Scripsit ad Edictum. *d. l.* 19. §. 7. de Pœnis paganorum. *l.* 16. *D. d. Pœn. l.* 1. *d. Abig. l.* 1. *d. Effract. l. ult. in f. d. Custod.* & Notas ad Scævolam. v. infra *Thes.* 33. Gul. Grot. 2. *d. Vit. JCtor. c.* 4. duos ex hoc uno facit JCtos, alium *Quintum*, alium *Claudium*. Sed male, ut videtur. v. Bertrand. Illud constat hunc alium esse a Venulejo Saturnino, de quo infra.

32. Sub Marco & Commodo vixere

Sextus Pomponius. Alius a Sext. Pomponio, de quo suprà, item ab eo, quem *Lamprid. in Alex. c. ult.* Papiniani discipulum, & in consilio Alex. Severi fuisse ait, ut contra Rutilium, Bertrand. aliosque probat *G. Grot. d. Vit. JCtor.* 2. *c.* 7. Divi Pii temporibus eum floruisse constat ex *l. pen.* junct. *l.* 9. *& ult. D. d. Pollicitat. l. pen. d. Stipul. servor.* Scripsit Enchiridii libros duos. *Just. Ind.* alium Enchiridii librum singularem. Inscr. *l.* 239. *d. V. S. l.* 2. *d. I. & J. l.* 2. *h.* Hoc autem de Origine Juris Enchiridion, in cujus explicatione versamur, sub Hadriano vel Antonino Pio scriptum esse, credibile

dibili est. Scripsit & ad Q. Mucium Lectionum libros triginta novem. v. *Betr. in Muc. Stævolà.* Ad Sabinum libros triginta sex. Inscrip. *l.* 20. *d. Captiv.* Epistolarum libros viginti. Variarum Lectionum libros quadraginta & unum. *l.* 8. §. *pen. Si Serv. vind. l.* 2. *l.* 7. *In Quib. Caus. pign.* Licet vulgo tantum recenseantur quindecim. Ad Plautium libros septem. Fideicommissorum libros quinque. Regularum librum singularem, ad quem Notas scripsit Marcellus. *Inscr. l.* 63. *d. Adq. her. Ind. Just.* libros ad Edictum septuaginta novem. *l.* 1. §. 11. *d. Collat. bon. l.* 1. §. 8. *d. Carb. Ed.* Imo octuaginta tres. *l.* 1. §. 14. *Si quid in fraud. patr.* De Stipulationibus libros octo vel plures. *l.* 5. §. *ult. d. Usufr. ear. rer.* Notas ad Aristonem. *l.* 18. *d. Donat.*

L. Volusius Mæcianus. Falsò à Lampridio in *Alex. c. ult.* vel ab interprete, qui eum locum corrupit, refertur ad tempora & in consilium Alex. Severi. Fuit in consilio Ant. Pii. *Capitol. in Pio. c.* 12. Præceptor M. Antonini Philosophi. *Capitol. in Ant. Phil. c.* 3. v. *l.* 17. *d. I. Patron. l.* 42. *d. Fideic. libert.* Videtur vixisse cum Juliano & Vinicio Vero. *l.* 30. §. 7. *l.* 32. §. 4. *ad L. Falcid.* Scripsit fideicommissorum libros sedecim. *l.* 7. *d. Usufr.* Publicorum quatuordecim. *Ind. Just.* Quæstionum librum. *l.* 86. *d. Adq. her.* Ad legem Rhodiam. *Inscr. l.* 9. *D. d. L. Rhod. d. jact.* De Asse & partibus ejus; quem edidit, & cum libris suis de *Pecunia vetere* conjunxit magnus Gronovius. Plura de hoc Jcto vide apud *Menag. Amœnit. c.* 6.

Upius Marcellus. Fuit & hic in consilio Ant. Pii. *Capitol. in Pio. c.* 12. quem ipse Marcellus citat

citat in *l.* 48. *d. C. & D.* v. & *l.* 19. *d. Testam. tut.* Scripsit Digestor. libros triginta & unum. *Ind. Justian.* Inscr. *l.* 2. *D. d. Capt. & postl.* Ad Leges libros sex. Responsorum librum unum. *Ind. Just.*. Libros quinque de Officio Consulis. *l.* 1. *in f. D. Ne de stat. defunct.* De Officio Præsidis librum unum, vel plures. *l.* 43. *d. Minor.* Libros Publicorum, scilicet Judiciorum. *l.* 22. *d. His q. not. infam.* Notas ad librum Regularum Pomponii. Inscr. *l.* 63. *d. Adq. Her. l.* 29. §. *ult. Quib. modis Ususf. am. l.* 16. *Qui test. fac.* qui sensus est *l.* 10. *d. Re mil.* Item ad Julianum. *l.* 11. §. 4. *d. Minor. l.* 1. *C. d. Comm. Serv. manum. l.* 66. *de Reg. Jur.* (ubi v. Jac. Gothofr.) à quo sæpe dissentit, sic ut passim Ulpiano, aliisque argumentum veritatis sit, Julianum Scribere, & Marcellum Consentire. v. *l.* 27. §. 3. *ad L. Aquil. l.* 2. *in f. de Nox. Act.* Cujac. *lib.* 14. *Observat. cap.* 35. Ad Marcellum notavit Scævola. *l.* 11. §. 6. *d. Donat. int. V. & Ux.* Aut ctoritate ejus passim utuntur Ulpianus aliique. *v. l.* 6. §. *ult. Mand. l. pen. C. d. Cond. indeb.*

33. Sub Commodo.

Q. Servidius Scævola. Vixisse hunc sub Divis Fratribus, & M. Antoninum ejus præcipue consiliis fuisse usum in Jure constituendo, constat ex *Capitol. in Anton. Philos. c.* 11. v. *l.* 24. *ad Munic. l.* 22. *ad SC Trebell.* Fuit Severi & Papiniani præceptor. *Spartian. in Carac. c.* 8. De ejus, in respondendo de jure, ratione peculiari v. *l.* 13. §. 1. *d. Ann. leg. l.* 109. *d. C. & Dem. l.* 26. *l. ult. d. Pec. const. l.* 39. *d. Minor. l. ult.* §. *pen. d. Liber. leg.* ubi, ut passim alibi, exstat illa solennis & Scævolæ familiaris formula, *secundum ea, quæ proponerentur.* Scripsit Quæstionum variarum libros

bros viginti. *Ind. Just. l.* 1. *in fin. Quæ res pign.* Responsorum libros sex. Regularum libros quatuor. Quæstionum publice tractatarum librum singularem. De Quæstione Familiæ librum singularem. Digestor. libros quadraginta. Libri ὅρων seu Difinitionum, non hujus, sed Q. Mucii Scævolæ sunt, de quo supra. Notas scripsit noster ad Julianum. *l.* 10. §. 1. *d. Peric. & comm.* ad Marcellum. *l.* 56. §. 2. *ad l. Falc.* Ut ad ipsum Scævolam notas scripsere Claudius Tryphoninus, *l.* 15. §. 1. *l.* 16. §. 2. *d. Alim. leg. l.* 58. *d. Admin. tut. l.* 109. *de Cond. & Dem..* & Paulus *l.* 26. *Qui & à Quib. Man.*

Tarruntius, vel Tarruntenus Paternus. Lamprid in *Commod. c.* 4. Scripsit de Re militari libros quatuor. *Ind. Just. v. l.* 7. *l.* 12. §. 1. *d. Re mil. l. ult. d. J. Immunit.* Veget. *de Re mil. l.* 1. *c.* 8.

34. Sub Septimio Severo

Q. Septimius Florens Tertullianus. Hunc circa Severi tempora floruisse, colligi solet ex *l.* 3. §. 2. *d. Her. Instit. l.* 30. §. 6. *d. Adq. Her. l.* 2. §. 44. *ad SC. Tertull.* v. *G. Grot. d. Vit. JCtor.* 2. *c.* 9. Cum autem eadem ætate & vixisse & scripsisse constet Tertulianum JCtum nostrum, & Q. Septimium Florentem Tertullianum, Patrem & scriptorem Ecclesiasticum, valde verisimile est, quod Jac. Cujacio, Rutilio, Ant. Augustino, Joh. Fichardo, G. Grotio, aliisque visum est verissimum, esse nimirum Tertullianum nostrum eundem cum Tertulliano Theologo, tum alias ob rationes, tum ob ipsius Tertull. *d. Pallio c.* 15. tum ob Eusebii auctoritatem *lib.* 2. *Hist. Eccl. c.* 2. vide & Radulphi Fornerii *Rerum Quotidianar. lib.* 6. *c.* 5. Quanquam

quam aliter videatur Bertrando, Hug. Grotio & Menagio. Cæterum falsum est, quod Emarus Rivalius, aliique pro vero venditant, hunc Tertullianum, vel Consulem fuisse, vel ab eo dictum SCtum Tertullianum, quod conditum Ant. Pii temporibus. v. *Menag. Amœnit. c.* 12. Scripsit Quæstionum libros quatuor. *l.* 27. *d. Legib. l.* 28. *d. Acq. poss. l.* 30. §. 6. *d. Adq. Her.* De Castrensi peculio librum singularem. *l.* 23. *d. Testam. mil. l.* 4. *d. Castr. pec. l. ult. C. de Curat. fur. Ind. Just.* Obscuritatis notam in scriptis suis effugere non potuit. *d. l. ult.* C. & Forner. *dic loco.*

35. Sub Severo & Antonino Caracalla post annum D. 202.

Arrius Menander. Fuit consiliarius Principis. *l.* XI. §. 2. *d. Min.* Alius est ab interprete Menandro, cujus Pompon. meminit in *l.* 5. §. 3. *d. Capt. & postl.* Scripsit libros de Re militari quatuor. *Ind. Just. l.* 1. *d. Veteran. & mil. succ. l.* 14. *d. Pœn.*

L. Æmilius Papinianus. Papiniani Hostilii & Æmiliæ Gracilis filius, ut probat vetus inscriptio apud *Bertr.* Cerv. Scævolæ discipulus. *Spartian. in Caracal. c.* 8. Fuit advocatus Fisci, in eaque dignitate Severi successor. *Spart. ibid.* Sub eodem Severo egit libellos. *l.* 12. *de Distr. pign.* Etiam Præfectus Prætorio fuit, adsessoresque habuit Paulum & Ulpian. Lamprid. *Alex. c.* 26. *l.* 40. *de Reb. cred.* Severo amicissimus, &, ut quidam volunt, affinis, ut Severus ei, velut tutori, utrumque filium commendaverit. *Spart. d. c.* 8. Dictus Juris asylum, & Doctrinæ legalis thesaurus. *Spartian. in Sever. c.* 21. Prudentissimus. *l.* 16. *C. d. Fideic. l.* 14. *C. d. Præd. min.* acu-

tissimi ingenii vir & merito ante alios excellens. *l.* 30. *C. eod.* Consultissimus. *l.* 3. *C. d. Acq. poss.* Disertissimus. *l. ult. C. d. Inst. & Subst.* Sapientissimus. N. 108. *Præf.* §. 1. Maximus. N. 4. c. 1. excelsi ingenii. §. 7. I. *d. Fideic. her.* Ejus auctoritatem reliquis JCtis anteponit Theod. *l. un. C. Th. d. Respons. Prud.* ubi, *Papinianus*, inquit, *ut singulos vincit, ita cedat duobus.* Ab eo tertii anni studiosi dicebantur *Papinianistæ*, in ejusque memoriam festum quotannis diem celebrabant. *Const. Omnem.* §. 4. *in Præfat.* Jussu Caracallæ securi percussus, quod parricidium, in fratre Getâ admissum, excusare noluisset. Spart. *in Sev. c.* 21. in *Carac. c.* 4. idque anno ætatis trigesimo sexto. *Vet. Inscript. apud Bertr.* eodem tempore occisus filius ejus jam Quæstor. *Spart. d. c.* 4.

Principem inter JCtos locum obtinuit, & amplissimis dignitatibus functus est, ut dictum. Scripsit Quæstionum libros triginta septem. Responsorum libros undeviginti. *Const. Omnem.* §. 1. *in Præfat. Dig.* Definitionum duos. De Officio Ædilium librum singularem. *Inscr. l. un. D. d. Via publ.* Sæpe meminit Severi Principis sui, ut in *l.* 8. *d. Vac. mun.* Fuit ei familiare uti priscis verbis. v. Cujac. *lib.* 24. *Observ. c.* 23. & Wissemb. *ad l.* 68. *de Reg. Jur.* Plura de eo vide apud Jac. Gothofred. *in Commentar. ad l.* 74 *ff. de Reg. Jur.*

Furius Anthianus. Dubium est, an idem sit cum Antæo, de quo supra. Negat Jac. Gothofr. qui illum ad tempora Ciceronis, hunc ad Caracallæ refert. Eundem esse vult G. Grotius, sed dubito an recte. Scripsit ad Edictum. v. *l. ult. d. Pact. l. ult. d. Dol. l. ult. d. R. V.* v. supra in *Antæo.*

Flo-

Florentinus. Vixit post D. Pium. *l.* 16. *d. A. R. D.* usque ad tempora Alex. Severi, si fidendum Lampridio in *Alex. c. ult.* Scripsit undecim libros institutionum. *Ind. Justin.*

36. Sub Antonino Caracalla

Mecius, *vel*, *Messius*. Sub Severo & Caracalla eum vixisse constat ex *l. ult. d. I. Fisc.* Alius ab eo, cujus Suet. *in Domit. c.* 4. & cujus Horat. in *Arte Poët. Vers.* 387. meminerunt; denique à Mecio Probo, quem Ulp. citat. & Præsidem Provinciæ Hispaniæ fuisse indicat. *l.* 7. §. 10. *d. Interd. & rel.* Idem prorsus mihi esse videtur cum eo, quem Lamprid. in *Alex. c. ult.* ait in consilio Alexandri Severi fuisse, sub nomine *Metiani*. Ubi nullus dubito quin legendum sit *Mecius* vel *Messius*. Quod nescio an ab aliis sit animadversum.

Claudius Tryphoninus. Hunc iisdem temporibus floruisse docet Lamprid. in *Alex c. ult.* ubi tamen vitiose vocatur *Tryphonius*. v. & *l.* 44. *d. Exc. tut. l.* 12. §. 17. *d. Captiv. l. ult. d. I. fisc. Inscr. l.* 1. *C. d. Judæis. l.* 5. *C. d. Neg. Gest.* Scripsit Disputationum libros unum & viginti, & Notas ad libros Scævolæ. *Ind. Just. l.* 58. *d. Adm. tut. l.* 77. *l.* 78. §. 6. 9. *ad SC. Treb. l.* 36. *d. Leg.* 3.

37. Sub Alexandro Severo.

Venulejus Saturninus. Cum aliis Papiniani discipulis fuit in consilio Alex. Severi. *Lamprid. in Alex. c. ult. l.* 1. *C. Quib. non objic. long. temp. præs.* Scripsit de Officio Procos. *inscr. l.* 15. *d. Pœn.* Longe alius est à Claudio Saturnino, de quo supra.

Callistratus. Lamprid. *in Alex. c. ult. l. ult.* §. *ult. D. d. Off. Proc. Cæs. l.* 2. §. *pen. d. I. fisci.* Scri-

pſit de Cognitionibus libros ſex. *v. l.* 19. *D. d. Offic. Præf.* Edicti Monitorii ſex. *v. Frider. Brummeri Commentar. ad legem Cinciam cap.* 6. *pag.* 72. *& ſeq.* De Jure Fiſci & Populi quatuor. Inſtitutionum tres. Quæſtionum duos. *Ind. Juſt.* Inſcr. *l.* 1. *d. Bon. damn.*

Ælius Martianus. Floruiſſe eum ſub Antoninis & Alex. Severo, probant §. 2. *I. d. His q. ſunt. ſui vel al. jur. l. ult.* §. 11. *d. Public. & Vect. l.* 7. §. 1. *d. Mun. & hon.* Fuit in conſilio Alex. Severi. *Lamprid. in Alex. c. ult. Inſcr. l.* 4. *C. Ne de Stat. def.* Alius eſt ab eo, cujus fit mentio in *l.* 13. *Quod met.* Item à *Meſſio*, cum quo confunditur à Jac. Gothofredo, qui eum vocat Martianum Meſſium. Scripſit Inſtitutionum libros ſedecim. Inſcr. *l.* 19. *d. R. N.* §. 1. *Inſt. ad L. Aquil.* Regularum libros quinque. De Appellationibus duos. De Publicis judiciis duos. Inſcr. *l.* 7. *d. Muner. l.* 8. *C. ad L. Jul. Maj.* Librum ſingularem de Delatoribus. *Inſcr. l.* 15. *d. SCto Syl. l.* 1. §. 1. *Ne d. ſtat. def.* Ad SCtum Turpilianum. Ad Hypothecariam formulam. Inſcr. *l.* 17. 19. *D. d. Pign. act. l.* 13. *de Pign. Ind. Juſt.* Notas in Scripta Papiniani. *l.* 57. *d. R. N. l.* 1. §. 6. *C. d. I. Vet. Enucl.* Libros Hereditatum duos. *Ind. Juſt.* Collectionem Conſtitutionum Divi Severi. *l.* 1. *C. de Comm. Serv. man.* Libros Digeſtorum. *l.* 17. *de Fund. Dot.*

Domitius Ulpianus. Adſeſſor fuit non modo Prætoris, neſcio cujus, *l.* 9. §. 3. *Quod met. cauſ. l.* 8. *d. Manum. Vind.* ſed & Papiniani Præfecti Prætorio, ſub Severo & Caracallâ. *Lamprid.* in *Alex. c.* 26. *Spartian.* in *Peſcennio Nigro. c.* 7. Imo ipſius Alexandri Severi & Tutor, & Conſiliarius, & Aſſeſſor, & Magiſter Scrinio-

rum.

rum. *Lamprid. in Alex. c.* 15. 26. 31. 34. 51. 58. & Parens *l.* 4. *C. Loc. cond.* i. e. amicus. *l.* 4. *C. d. Cont. Stipul.* v. *quæ ad Tit. d. Gradib.* Item Præfectus Prætorio, *l.* 4. *C. Loc. cond.* & Annonæ. *d. l.* 4. *d. Contr. & commit. stip.* Antea in exilium missus ab Heliogabalo. *Lamprid. in Heliogab. c.* 16. Consultus à Modestino, discipulo, ut videtur, suo. *l.* 52. §. 20. *d. Furt.* qui hunc Præceptorem suum inter coryphæos JCtorum refert, & multis laudibus extollit. *l.* 13. §. 2. *l.* 4. *d. Exc. tut. l.* 2. §. *pen. Qui pet. tut.* Ex coloniâ Tyriorum in Syriâ Phænice oriundus. *l.* 1. *d. Censib.* alius ab Ulpiano Damasceno, de quo Marc. in *l.* 16. *d. Interd. & releg.*

Scripsit ad Masurium Sabinum libros unum & quinquaginta. *Ind. Justin.* qui haud dubie alius est a Sabino, quem Heliogabalus jussit occidi, licet aliter nobis persuasum velit Lamprid. in *Heliog. c.* 15. qui hic, ut alibi, in Historiâ JCtorum lapsus est. v. Casaub. *ad Lamprid. in Alex c.* 68. Scripsit etiam notas ad Papinianum. *l.* 31. §. 2. *d. Neg. gest. l.* 3. *d. Admin. rer. ad Civit.* & Marcellum. *l.* 27. *de Pignor. l.* 28. *d. Admin. tut.* Ad Edictum libros octuaginta tres. Ad Leges Juliam & Papiam viginti. Disputationum decem. Qui videntur esse iidem cum ejus libris Publicarum Disceptationum, quarum meminerunt Diocl. & Maxim, in *l.* 11. *C. de Quæstion.* De omnibus Tribunalibus, seu ut in aliis legitur, libros Protribunalium decem. Pandectarum decem, ut vult *Ind. Justin.* vel potius Librum Singularem *l.* 24. *d. Reb. Cred.* Regularum septem, & alium Singularem, ut ex *Ind. Justin.* constat. Fideicommissorum sex. v. *l.* 1,

 ad

ad SC. Treb. Opinionum sex. *v. l.* 25. *d. Adopt.* De Adulteriis quinque, qui iidem esse videntur cum libris, quos scripsit ad Legem Juliam de Adulteriis. v. *l.* 15. 16. 17. 19. 25. *ad L. Jul. d. adult.* De Appellationibus quatuor. Institutionum duos. De Censibus sex. Responsorum duos. Ad Edictum Ædilium Curulium. De Sponsalibus. De Officio Cos. tres. De Officio Procos. decem, de quibus v. *Bertrand.* De Officio Præfecti Urbi. De Officio Præfecti Vigilum. De Officio Curatoris Reip. De Officio Prætoris Tutelaris. De Officio Quæstoris, ut ex *Ind. Justiniani*, Florentinis Pandectis præmisso, & aliunde constat. Item ad Legem Æliam Sentiam libros quatuor, vel plures. *l.* 30. *Qui & a quib. manum.* libros singulares de Officio Consularium. *l.* 25. *de Reb. cred.* & Excusationum. *l.* 7. *d. Excus. tut.* Non satis liquido constat, an noster Ulpianus idem fuerit cum illo Domitio, quem Lactant. *Instit. Divin.* 5. *c.* 2. ait, in libris de Officio Procos. Rescripta Principum collegisse de puniendis Christianis, quibus Ulpianum iniquum ac infestum fuisse volunt. Affirmat Bertrandus cum aliis, negat G. Grotius de Vitis ICtor. 2. *c.* x. Mihi Bertrandi opinio hactenus verior visa est.

Denique à nostro Ulpiano Jac. Gothofredus *Comment. ad Tit. d. Reg. jur. ad l.* 61. distinguit alium Ulpianum, quem sub Constantino vixisse contendit, eique tribuit libros Opinionum, ex iisque *dictam legem* 61. *d. Reg. jur.* Sed argumentis parum validis.

Julius Paulus. Fuit unà cum Ulpiano primum in consilio Papiniani, *Lamprid. in Alex. c.* 26. *l.* 40. *d. Reb. cred.* deinde ipsius Alexandri Severi,

veri. *d. c.* 26. *v. l.* 97. *d. Adq. her. l. ult d. J. Fisc. Lamprid. in Pescenn. Nigro c.* 7. Gessit & Præfecturam. *d. c.* 27. Scripsit ad Edictum libros octuaginta. Quæstionum libros triginta tres. Responsorum triginta tres. Fideicommissorum tres. Brevium, seu Brevis Edicti viginti tres. Ad Plautium, seu, Quæstionum ad Plautium libros octodecim. Ad Sabinum sedecim, ut vult *Ind. Justin.* vel potius, triginta duos; aut quadraginta septem, ut constat ex inscr. *l.* 32. *d. Usucap. & l.* 10. *d. O. & A.* Ad Leges Juliam & Papiam libros decem. *Ind. Just.* vel potius, duodecim. *inscr. l.* 2. *d. Concub.* Regularum septem. Item Regularum librum singularem. Sententiarum Imperialium, in Cognitionibus prolatarum, libros sex. *l. ult. de Hered. instit. l: ult. de jure Patron. l.* 10. *de Manumiss.* Sententiarum Receptarum libros quinque. Ad Vitellium libros quatuor. Ad Neratium quatuor. Decretorum tres. De Adulteriis tres. Manualium tres. Institutionum tres. De Officio Procos. duos. Ad Legem Juliam duos. Ad Legem Æliam Sentiam tres. De Jure Fisci, vel, ut alii, de Censibus duos. Ad Edictum Ædilium Curulium duos. *l.* 54. 55. *d. Contr. Emt.* Libros singulares de Pœnis militum; de Pœnis omnium Legum; de Usuris; de Gradibus & Adfinibus; de jure Codicillorum; de Excusationibus tutelarum; ad SCtum Tertullianum; ad Sc. Orphitianum; ad Sc. Sylanianum & Claudianum; ad Sc. Vellejanum; ad Sc. Libonianum; de Officio Præfecti Urbi; De Officio Præfecti Vigilum; de Officio Prætoris Tutelaris; de Extraordinariis criminibus; ad Hypothecariam formulam; ad Municipalem; de Pu-

blicis Judiciis, de Inofficioso testamento; de Centumviralibus Judiciis; de Jure Singulari; de Secundis tabulis; ad Orationem D. Severi; ad Orationem D. Marci & Commodi; ad L. Vellejam; ad Legem Cinciam; ad Legem Falcidiam; de Tacito Fideicommisso; de Portionibus, quæ liberis damnatorum conceduntur; de Juris & facti ignorantiâ; de Adulteriis; de Instructo & instrumento; de Appellationibus; de Jure libellorum; de Testamentis; de Jure Patronatus; de Jure Patronatus, quód ex lege Juliâ & Papiâ venit; de Actionibus; de Concurrentibus actionibus. *v. l.* 34. *d. O. & A. l.* 88. *d. Furt.* de Intercessionibus feminarum; de Donationibus inter Virum & Uxorem; de Legibus; de Legitimis hereditatibus; de Libertatibus dandis; de SCtis. Atque horum quidem meminit *Index*, *seu*, *Catalogus* Justiniani, Pandectis præfixus. Scripsit & de Adsignatione libertorum. *l.* 59. *d. R. N.* De Liberali causâ, sive, de articulis liberalis causæ. *l.* 33. *d. Lib. cauf. l.* 41. *eod.* Epitomen Digestorum Alpheni. *l.* 11. *d. Usufr. l.* 16. *l.* 33. *d. S. P. Urb. l.* 15. *Comm. præd.* Notas in libros Papiniani. Item ad Javolenum. *l.* 60. *d. Acq. her.* ad Labeonem. *l.* 5. *d. Instr. leg.* ad Julianum. *l.* 75. *d. Jud.* ad Scævolam. *l.* 26. *Qui & à quib. l.* 16. *d. Public. in Rem Act. l.* 18. *d. Servit. l.* 1. *d. Offic. ej. cui mand. l.* 16. *Quæ in fraud. cred.* Librum singularem ad SCtum Turpilianum. *l. ult. d. R. N.* Epitomen Verisimilium Labeonis. Inscr. *l.* 31. *d. Leg.* 3. Librum singularem ad Legem Fusiam Caniniam. Inscr. *l.* 37. *d. C. & dem. l.* 215. *d. V. S.* Librum de Conceptione Formularum. *l.* 20. *d. Except.* Librum de

de Dotis repetitione. *l.* 68. *d. R. jur.* Librum de Cognitionibus. *l.* 9. *d. Conf. tut.* De Officio Adsessorum. *l. ult. d. Offic. Præf.*

Licinius Rufinus. Hunc cum Paulo vixisse sub Alex. Severo, constat ex *l.* 4. *Quib. ad lib. proclam. non lic.* Alius est a Junio Rufino, cujus meminit Ulpian. in *l.* 2. §. 2. *D. Q. pet. tut.* & *l.* 1. *C. Si advers. Fisc.* Alius a Titio Rufino, qui sub Septimio Severo A. U. C. 950. Chr. 199. cum Laterano consulatu functus est. Item ab aliis, qui circa eadem tempora vixere, Rufinis, de quibus Gul. Grot. *d. Vit. JCtor.* 2. *c.* 12. Alius denique à Licinio Rufino, Auctore Collationis Legum Mosaicarum & Romanarum, ut contra Cujacium, Bertrand. & Casaubon. probant Ægid. Menag. *Amœnit. J. Civ. c.* 7. & Jac. Gothofredus in *Biblioth. Jur. c.* 2. §. 10. Scripsit Regularum libros 12. ut *Just. Ind.* vel 13. ut Inscr. *l.* 34. *d. Re judic.* indicat.

Æmilius Macer. Floruit sub Alexandro Severo. *l. un. Si pend. appell. mors.* Scripsit post Paulum & Ulpianum, quorum auctoritate utitur in *l.* 68. *ad L. Falcid. l.* 13. §. *pen. d. Re milit.* Scripsit de Re Militari libros duos. *Inscr. l.* 12. 13. *d. Re mil.* de Publicis Judiciis duos. *Ind Just.* de Officio Præsidis duos. *l.* 61. *d. Adq. her.* de Appellationibus duos. *l.* 10. *Qui Satisd. l. un. Si pend. app.* de Vicesimâ hereditatum duos. *l.* 13. *d. Transact.* Item libros Annalium, ut ex Prisciano *lib.* 10. *c.* 1. Bertrandus colligit.

38. Sub Gordiano

Herennius Modestinus. Vixit sub Alex. Severo, cujus consiliarius fuit. *Lamprid.* in *Alex. c. ult.* & posteà præceptor Maximini Junioris. *Capitolin. in Max. Jun. c.* 1. Ulpianum, præceptorem

 suum,

fuum, de jure confuluit. *l.* 52. §. 20. *d. Furt.* Attigit Imperium Gordiani, qui eum non contemnendæ auctoritatis JCtum vocat. *l.* 5. *C. ad Exhib.* Alius eft ab eo, ad quem exftat Refcriptum Severi & Antonini in *l.* 1. *C. Si cert. pet.* Scripfit Refponforum libros unde viginti. Pandectarum libros duodecim. Regularum decem. Differentiarum novem. Excufationum fex, eosque Græce. *l.* 1. *d. Excuf. tut.* De Pœnis quatuor. Libros fingulares, de Præfcriptionibus; de Inofficiofo teftamento; de Manumiffionibus; de Legatis & fideicommiffis; de Eurematicis, feu, confiliis cautionibufque contra fubtilitatem; de Enucleatis cafibus; de Differentia dotis; de Ritu Nuptiarum. *Ind. Juftin.* Item libros aliquot ad Q. Mucium. Infcr. *l.* 53. 54. *d. A. R. D.* denique Tetrafticha, Virgilii Georgicis præfixa, *v. Scip. Gent.* 2. *Parerg. c.* 31. *Bertr. & G. Grot. in Modeftino.*

39. Sub Diocletiano

Aurelius Arcadius Charifius. Poft Modeftinum eum vixiffe, ipfe teftis eft in *l.* 18. §. 26. *d. Mun. & Hon.* Ad eum videri poffunt refcripfiffe Carus, Carinus, & Numerianus. Infcr. *l.* 4. *C. d. Calumn.* Fuit libellorum Magifter. Infcr. *l. un D. d. Off. Pr. præt.* & Præfes Syriæ fub Diocletiano, fi vera eft, ut videtur, Bertrandi emendatio in infcr. *l.* 9. *C. d. Quæft.* Chriftianum fuiffe contendit, fed non probat Cujacius. Scripfit libros fingulares de Teftibus. Infcr. *l.* 1. 21. *& ult. D. d. Teftib.* de Officio Præfecti Prætorio. Infcr. *l. un. d. Off. Pr. pr.* de Muneribus civilibus. Infcr. *l.* 18. *d. Mun. & Hon.*

40. Sub Conftantino Magno & ejus Filiis

Hermogenianus. Vixiffe & fcripfiffe eum hac æta-

ætate, vel inde conſtat, quod meminerit multarum legum à Conſtantini liberis ſanctarum, *v. l.* 10. *de Offic. Præſ.* in: *Correctorum l.* 17. *D. d. Minor. junct. l.* 16. *C. Theod. d. Appell. l.* 23. *d. Manum. vind.* v. Jac. Gothofr. in *Prolegom. ad Cod. Theod.* Chriſtianum fuiſſe, ut vult Bertrand. neque probat, neque negat lex 60. *d. Don. int. V. & ux.* Alius eſt ab Hermogene, quem Lamprid. in *Alex. c. ult.* eumque ſecuti Budæus & Cujacius, inter Conſiliarios Alexandri, & Papiniani diſcipulos referunt. Sed & etiamſi Hermogenes, & Hermogenianus maximè iidem eſſent, inde tamen JCti noſtri ætas non probaretur, cum vox *Hermogenes* à librariis loco corrupto videatur inſerta. Item ab Hermogene, cujus meminit Paulus in *l. ult. de Jure Patron.* v. Menagii *Amœnitat. Juris. c.* 11. Videtur idem eſſe cum eo, qui Codicem Hermogenianum compoſuit, in eoque collegit Conſtitutiones Imperatorum ab Hadriano, ad Diocletianum & Maxim. ut ſuprà dictum. Scripſit Epitomarum juris libros ſex, ordinem Edicti Perpetui ſequutus. *l.* 2. *d. Stat. Hom. Ind. Juſt.* Libros fideicommiſſorum. Inſer. *l.* 14. *ad SC. Treb.* quæ tamen non eſt tota Hermogeniani, ſed partim Ulpiani, ut ex Cujacio probat *G. Grot.* 2. *c. ult.*

Julius Aquila. Hoc ordine collocatur à Jac. Gothofredo. Vixiſſe eum ante Severum vult Gul. Grotius, ſed non probat. In *Indice Juſt.* vocatur Gallus Aquila; forte ob affinitatem nominis, quam habet cum Gallo Aquilio, à quo toto cælo, & tribus ſeculis differt. Scripſit librum Reſponſorum. *l.* 34. *d. Adm. tut. l. ult. d. Suſp. tut.*

41 Sub

41. Sub Justiniano vixerunt Tribonianus, Theophilus, Dorotheus, Theodorus, Isidorus, Anatolius, Thalleleus, Cratinus, Menna, Stephanus, Prosdocius, Eutholinius, Timotheus, Leonides, Leontius, Plato, Stephanus, Jacobus, Constantinus, Johannes, & si qui forte sunt alii, qui vel juri docendo vel causis orandis operam dederunt. vel symbolam suam ad Leges Romanas jussu Imp. Justin. in ordinem redigendas contulerunt.

Tribonianus peracri versutoque ingenio JCtus, magnæque, in figendis ac refigendis legibus, auctoritatis, principem locum obtinuit in Consilio Justiniani, fuitque Consul, Quæstor, Magister Officiorum, & Antecessor. §. 3. *in Proœm. Instit. l. 2. C. d. J. Vet. enucl. Const. Omnem.* §. 2. *in præfat. ff. l. 5. C. d. Tempor. & reparat. appell.* Plura vide apud Hottom. & Giphan. in *Vitâ Justin.* aliosque.

Theophilus cum Tribon. & Dorotheo Institutiones composuit. *d.* §. 3. *Proœm.* B. Brissonius *lib.* 1. *d. Verb. Sign.* in *Antecessor* eundem esse vult cum Theophilo, Institutionum Paraphraste, sed sine rationibus. Rectius, ut videtur, A. Augustinus 3. *Emend. c.* 8. & Cujacius *ad* §. 2. *Inst. d. Act.* hunc Triboniani socium distinguunt à Paraphraste. v. Viglii Zuichemi, Jac. Curtii, & Car. Annib. Fabrotti Præfationes Theophili Institutionibus præmissas. Atque hæc de Vitis, & Scriptis Veterum JCtorum, quorum nomina & fragmenta exstant in Corpore Juris Civilis, pro ratione instituti, sufficiant.

DE SECTIS JCTORUM.

42. Hæ Sectæ propriè sunt Familiæ, seu Scholæ, idem inter se sentientium, sed ab aliis discrepantium JCtorum. Pomp. in *l.* 2. §. 47. *h. Isid. lib.* 8. *Orig. c.* 3. *Tacit.* 6. *Annal. c.* 22. *Cic. d. Orat.* 3. *c.* 16. *Claudian, in Panegyr. Mall. Theodor. v.* 67. *& seqq.* §. 2. *Inst. d. Emp. Vend.* §. 8. *Mand. l.* 8. §. 4. *ff. d. Vac. & excus. l.* 138. *d. V. O.* vide Christ. Otthonis à Boekelen Dissertationem *de Diversis Familiis Veterum JCtorium.*

Horum dissidiorum & contentionum causa à Fori Disputationibus repetenda videtur, quæ nihil aliud fuerunt, quam JCtorum, de jure controverso, & gravi aliqua ac perplexa quæstione, concertationes, sive extra judicium, sive in judicio factæ, ex quibus sententia, quæ plurium suffragio comprobata & firmata erat, *Recepta* dicebatur. *l.* 11. §. *ult. d. Pecul. l.* 2. §. *ult. d. Statul. l.* 35. *d. Fid. lib. l.* 5. *inf. pr. d. O. & A. l.* 161. *d. R. J. l.* 1. §. 14. *ff. l.* 1. *C. d. Adq. poss. l.* 26. *D. d. Jure dot.* Unde Pauli *libri receptarum sententiarum* v. *& Princ. Inst. de Codicill. l.* 17. *d. J. Patron. l.* 19. *d. Lib. & post. l.* 32. *d. Her. Inst.* Hinc sententia post magnas varietates sæpe obtinuisse & probata ac recepta dicitur. *dd. ll. l.* 26. *d. J. dot. l.* 55. §. 1. *d. Leg.* 2. *l. ult. Pro leg. l.* 32. *de Oblig. & action.* Hinc aliæ in eundem sensum formulæ passim apud nostros obviæ. *v. l.* 11. §. 6. *l.* 37. §. 1. *ad. L. Falcid. l.* 1. §. 6. *ad SC. Trebell. l.* 28. *eod. l.* 2. §. 33. *Ne quid in loc. publ. l.* 140. §. 1. *d. V. O. l.* 9. §. 2. *d. Statulib. l.* 67. *d. Solut. l. ult. d. Legation. l.* 1 §. 2. *de Contr. emt.* & similes.

At-

Atque hoc Pompon. in §. 5. dicere voluit, cum dixit, Disputationes Fori esse & dici jus Civile. Plura de his Fori Disputationibus, ad hoc argumentum pertinentia, v. apud Ciceron. *lib.* 1. *in Topicis ad Trebat. & in Orat. pro* Cæcinnâ. Quo pertinent & verba Ascon. Pediani in *Verr.* 3. *Maleficia sponte, non Disputatione JCtorum, fugienda sunt.* Et Gellii *l.* 13. *c.* 13. *Quæsitum esse memini, in plerisque stationibus jus publice docentium aut respondentium, an Quæstor Populi R. per Prætorem in jus vocari possit.*

43. Hæ Disputationes, cum se hactenus ferè intra concordiæ terminos continuissent, tandem in apertum dissidium, & contrarias sectas eruperunt, quarum duces & auctores fuere Attejus Capito & Antistius Labeo. *l.* 2. §. 47. *h.* Capito, ut erat ingenii servilis, dum illis, quæ à Præceptoribus acceperat, mordicus adhæresceret, sectam Sabinianam seu Cassianam condidit. Labeo autem, vitæ ad Stoicam gravitatem severitatemque compositæ, & summæ, ac nimiæ forte libertatis, ut in Senatu, ita in jure explicando, si quis alius studiosissimus, v. *Gell.* 13. 12. *Tacit. Ann.* 3. 70. 75. dum Veterum judicia sequebatur quidem, sed cum judicio, plurimaque ingenii & eruditionis fiducia mutaret, Proculejanæ seu Pegasianæ Sectæ originem dedit. Capitoni enim in tuenda & propaganda secta successit Massurius Sabinus, Sabino C. Cassius Longinus, unde *Sabiniani* & *Cassiani*. v. *Plin.* 7. *Epist.* 24. Labeoni Nerva, huic Proculus, illi Pegasus successerunt, unde *Proculejani & Pegasiani.* Hæ partium contentiones maxime circa Vespasiani, & sequentia tempora inter Juris Consultos & Professores acerrime ac vehementissime de plerisque quæstionibus

bus juris agitari cœperunt. De quo Sectarum progressu placet apponere tabulam, quam composuit Ant. Contius, sequutus est Jac. Gothofredus.

Sabiniani seu Cassiani.	Proculejani seu Pegasiani.

Sub Augusto.

Attejus Capito, O filii discipulus,	Antistius Labeo, Trebatii discipulus.

Sub Tiberio.

Massurius Sabinus,	Nerva Pater.

Sub Cajo, Claudio, Nerone.

Cassius Longinus, unde Cassiani.	Proculus, unde Proculejani.

Sub Vespasianis.

Cælius Sabinus, a quo Sabiniani.	Nerva Filius & Pegasus, a quo Pegasiani.

Sub Trajano, Hadriano, & Ant. Pio.

Priscus Javolenus.	Celsus Pater.
Alburnius Valens.	Celsus Filius.
Tuscianus.	Priscus Neratius.
Salvius Julianus.	

44. Ar-

44. Atque hi Sectarum auctores plerumque *Veterum* & *Antiquorum* appellatione designantur. ut in *l.* 91. §. 3. *de Verb. obl. l.* 38. *d. Usurpat.* §. 2. *in f. Inst. d. Usucap.* §. 3. *J. d. Donat. princ. J. de Legit. patron. tut. princ. J. quib. mod. tut. fin. Gell. l.* 11. *c. ult. l.* 31. *ad L. Falc. l.* 1. §. *eod.* ubi Aristo, qui vixit sub Trajano, opponitur *Veteribus.* & in *l.* 3. §. 18. *d. Acq. poss.* ait Paulus, *Plerique Veterum & Sabinus & Cassius responderunt. v. l.* 17. *D. d. Furt. junc. L.* 1. *Rer. Amot. l. ult.* §. *ult. C. d. Furt.* Quanquam hoc nomine sæpe & mediæ Juris prudentiæ auctores censeantur, imo quandoque omnes, qui vel sub liberâ republicâ vel sub Imperatoribus floruere, ut apud Justin. in §. 3. *I. d. Donat. l.* 22. §. 1. *& seqq. C. d. Furt.* & passim in quinquaginta Justiniani Decisionibus.

Harum partium studio factum est, ut alter alterius sententias non modo refelleret, sed & rideret & exploderet. *l.* 10. §. 1. *d. Neg. Gest. l. pen. In quib. caus. l.* 109. *d. Cond. & Dem. l.* 3. §. *ult. de Acq. poss.*

45. Post Hadrianum & Antoninum Pium remisit illa dissentiendi disputandique libido: sequuti enim JCti non Sectis se addixerunt, sed id operam dederunt, ut dissidentes Veterum sententias conciliarent, vel, mediam sententiam sequentes, ex pluribus contrariis opinionibus, quasi Ercifcundi & Miscelliones, unam conficerent. Cujus instituti complura sunt in libris nostris exempla. v. *l.* 3. *Si pars Her. l.* 25. *d. Pign. Act. l.* 40. *d. Her. inst. l.* 7. *Ut legat. nom. cav.* Quod institutum & ipse Justin. secutus est. §. *ult. Inst. Qui & ex quib. caus.* §. 25. *I. d. R. D.* §. *ult. I. d. Vulg. & Pup.* Sed & Justiniani & anterio-

rum

rum Impp. *Decisionibus* hæ discordiæ maximam partem sopitæ sunt, ita tamen ut, quidquid tandem vel Impp. vel JCti, vel ipse Tribon. ejusque socii egerint, hodieque non obscura harum dissensionum in Digestis exstent vestigia, quibus conciliandis, (quis enim componat JCtos, qui id serio operam dederunt, ne viderentur consentire?) etsi nulla sæpe industria sufficiat, plurimum tamen aliquando prodest novisse, quis JCtus cui Sectæ fuerit addictus & mancipatus. Illud extra omnem controversiam est, nimis elate & superbe de juris nostri majestate sentire eos, qui nullas in Corpore Digestorum ex tot diffidentium JCtor. libris collecto, à tot diversis architectis composito, supresse Antinomias censent; quique ea falsa persuasione ducti, omnia legum capita conciliari posse existemant.

46. Non erit à ratione instituti nostri alienum, hic exponere quodnam temporis intervallum apud nostros designetur per *Mediam Jurisprudentiam?* Zasius refert ad JCtos, qui sequuti sunt tempora Trajani, ut Papinianum, Paulum, Ulpianum, Pomponium, Cervidium Scævolam, Gajum, Africanum, & id genus alios. Alii mediæ Jurisprudentiæ tempora extendunt ad Imperatores Constantinopolitanos. Cujacius, Hottomannus, & Pacius intelligunt leges latas post XII. Tabulas. In quo conflictu tutissimum est sequi Justinianum ipsum in §. 3. *Inst. d. Legit agn. succ.* qui mediam Jurisprudentiam interpretatur, *Quæ quidem erat L.* XII. *Tab. junior, Imperiali autem splendore anterior*, vel, ut Theophilus ait, *JCtos, qui post L.* XII. *Tab. venerunt, sed Principum Constitutionibus priores* fuerunt. Ut hac appellatione illi tantum contineri videantur,

qui à XII. Tabb. ad Imperatorum usque tempora floruere, ut ex ipſo §. 3. latius probat *Vinn. in Comment.*

Hactenus de JCtis, eorumque Succeſſione & Sectis. Imperatores autem, quorum Conſtitutiones à Juſtiniano in Codicem ſunt relatæ, quo ordine & tempore rerum potiti ſint, cum J. Studioſis ſine pudore ignorare non liceat, operæ pretium me facturum perſuaſum habeo, ſi, ad textus Codicis & facilius intelligendos, & inter ſe conciliandos, ſequentem Seriem, tum ex noſtris, tum ex Hiſtoricorum libris collectam, ſubjicerem.

Series Imperatorum, quorum Conſtitutiones, eo, quo imperarunt, ordine & tempore in omnibus ferè titulis obſervato, in XII. libris Codicis Juſtinianei continentur.

47. *Imp. Cæſar. Trajanus Divus Hadrianus Aug.* Ælio Hadriano Afro, Trajani conſobrino, & Domitia Paulina natus eſt. *Spart. in Hadr. c.* 1. Poſtquam imperare cœpit A. C. 117. adoptavit imperii ſui conſortem & ſucceſſorum Arrium Antoninum, qui poſtea Pius dictus eſt, cum jam ante adoptaſſet Ceionium Commodum Verum, qui Ælius Verus ab eo nominatus & Cæſar factus, A. C. 137. Kal. Jan. anni ſequentis deceſſit. *Spart. in Hadr. c.* 24. *in Æl. Vero. c.* 1. 2. 3. Mortuus eſt Sexto Id. Jul. A. C. 138. poſtquam vixiſſet annos 62. Menſes 5. dies 17. imperaſſet autem annos 21. Menſes 11. *Spart. in Adr. c.* 26. ubi v. Caſaub. Ipſo rerum potiente non pœnitendum incrementum accepit jus noſtrum. Edi-

Edictum Perpetuum, ex omnibus superioribus Edictis, Salvii Juliani JCti opera usus, composuit & promulgavit. Cum Imp. Augustus constituisset, ut nemo quisquam injussu Imperatoris privata autoritate de jure responderet, ipse hanc potestatem omnibus, fiduciam studiorum habentibus, præstitit. *l.* 2. §. *ult. h.* Huic debetur decantatum illud D. Hadriani, seu Divisionis Beneficium, fidejussoribus competens. §. 4. *Inst. l.* 26. *D. d. Fidejuss.* Nisi forte verius sit, auctorem ejus esse Antoninum Pium. v. *l.* 49. §. 1. *inf. de Fidejuss.* Ut & Edictum D. Hadriani, de quo est. *tit.* 33. *lib.* 6. *C. d. Ed. D. Hadr. toll.* & alia multa de Jure ab eo constituta, de quibus v. *Spart. in Ejus Vitâ. c.* 18. Fisci advocatum primus instituit. *ibid. c.* 20. Ejus denique est, in quibusdam editionibus, *l.* 1. *C. d. Her. inst.* & *l.* 1. *C. de Testam.* Ut taceam frequentem Hadriani in JCtor. Responsis mentionem fieri. v. *l.* 18. *d. Stat. hom. l.* 12. §. 1. *d. Adm. tut. l.* 5. §. *pen. l.* 20. §. 6. *l.* 22. *d. Pet. her. l.* 23. § *ult. d. Liber. caus.* & passim in aliis legibus, quas omnes, si operæ pretium videbitur, ordine citatas reperire licet apud Joan. Freymonium in Symphonia Juris in *Hadriano.* Meminit ejus & Justin. in §. 39. *I. d. R. Div.* §. 7. *Inst. d. Test. ord. pr. Inst. Quib. non est perm.* §. 5. *d. Her. qual.* §. 25. *Inst. d. Legat.* Divus autem Hadrianus, qui memoratur in §. 2. *I. d. SC. Tert.* ubi v. *Vinn.* non est noster, sed Ant. Pius, uti sæpe alias Ant. Pius nomine patris adoptivi vocatur Hadrianus. v. *l.* 37. *ff. de Judic. junct. l.* 5. §. 1. *ad l. Jul. de vi publ. l.* 58. §. 3. *ad SC. Trebell. & l.* 93. *ad L. Falc. junct. l.* 91. *eod. tit. & l.* 63. §. 5. *ad. SC. Treb. l.* 3. *Si pars hered. pet. & l.* 7. *d. Reb. dub. junct. Capitol. cap.* 9.

48. *Ælius Verus*, Adriani filius adoptivus, & Imperii Succeſſor deſignatus, primus eo ſenſu *Cæſar* appellatus eſt, eoque nomine deinde vocati omnes, qui, vivo Imperatore, deſignati erant Auguſtæ majeſtatis heredes. Spart. *in Adr. c.* 23. *in Æl.Vero c.* 1. 2. *& ult.* Quo ſenſu intelligendæ *l.* 6. *§. ult. D. d. J. Fiſci.l.*5.*l.*7.*C.d. Malef. & mathem.* ubi vide *Alber. Gentil. in Commentar. addict Titul. Cod. & Claudian. in quarto conſulatu Honorii* v. 169. *& ſeq.*

49. *Imp. Cæſar. T. Aurelius Fulvius D. Antoninus, Aug. Pius*, Aurelio Tullio patre, & Arria Fatidilla natus, ab Adriano adoptatus eâ lege, ut ille ſibi duos adoptaret, Annium Verum, & M. Antoninum. *Spart. in Adr.* A. *c.* 24. *in Æl. Ver. c.* 6. 7. Imperare cœpit A. C. 138. Mortuus anno Ætatis 72. vel, ut alii, 70. Chriſti 161. poſtquam imperaſſet annos 23. Menſes 7, dies 26. v. Capitol. in *Pio c.* 12. *& Petav. Rationar.* Cognomen *Pii* ob inſignem temperantiam, modeſtiam, & clementiam pietatemque in patrem, conſecutus, id ipſum ad ſucceſſores transmiſit. *Spartian. Hadr. c.* 24. *& c. ult. Capitol. in. Anton. c.* 2. *Juſtin. in Nov.* 78. *c.* 5. Hujus eſt *l.* 1. *C. d. Edend. l.* 1. *C. d. Proc. l.* 2. *C. Si adv. credit.* aliæque complures. In ff. libris Conſtitutiones ejus paſſim occurrunt, ut in *l.* 8. *d. Stat. hom. l.* 10. 16. *d. Pact. l.* 3. *§.* 4. *d. Neg. geſt. l.* 2. *Fam. erciſc. l.* 86. *d. Adq. her. l.* 50. *d. Cond. & Dem. l.* 3. *§. ult. d. Suis & legit. l.* 5. *§.* 2. *d. Cenſibus l.* 28. *d. R. J.* aliiſque. Sæpe vocatur Hadrianus, v. *Theſ.* 47.

50. *Imperator Cæſar M. Aurelius Antoninus Philoſophus*, Pii filius adoptivus, & gener, & *L. Ælius Verus*, ab eodem Pio, juſſu Hadriani, adoptatus, Auguſti. *Spart. in Hadr. c.* 24. *in Æl. Ver.*

Ver. c. 5. 6. ubi Casaub. Quem fratrem suum adoptivum M. Aurelius Imperii consortem & collegam adscivit, Eique filiam suam Lucillam uxorem dedit. *Capitol. in Marco. c.* 7. Ambo communiter imperarunt ad undecimum usque annum Unde primi *Duo Augusti* appellati sunt. *Spart. d. c.* 24. *& c.* 5. *ubi v. Salmas. Capitol. in Marco. c.* 7. Vero jam A. C. 171. mortuo. ipse M. Aurelius, postquam Imperio præfuisset annos 19, Menses XI. mortuus est An. C. 180. qui ob Stoicæ Philosophiæ studium, ab aliis Philosophi, a Justiniano Philosophissimi cognomen meruit. *l. ult C. de Repud. Nov.* 22. *c.* 19. ut & Principis prudentissimi, & philosophiæ pleni. *l. pen. C. de His, quibus ut indignis hereditat. aufer* Atque hi duo sunt, qui passim in J. nostro *Divi fratres* audiunt. §. 6. *Inst. d. Exc. tut. l.* 9. *de L. Pomp. d. parr. l.* 26. *d. Pœn. l.* 13. §. *ult. d. Offic. præs. l.* 6. *d. Mun. & hon. l.* 12. §. *ult. d. Tut. & cur. dat.* Quia Verus, licet Marci filius esset (& per adoptionem, quatenus, ut Marcus à Pio, ita & ipse à Marco erat adoptatus, *Capitol. in Marco. c.* 5. & per affinitatem, ob matrimonium cum Marci filiâ,) ejusdem tamen & frater fuit, quia, jussu Hadriani factâ adoptione, in ejusdem Hadriani patria erant potestate positi. Unde Spartian. *d. loc.* utrumque adoptatum ait à Pio. Dicuntur & Imperatores Antoninus & Verus. *l.* 13. *d. Serv. pr. urb. l.* 21. *d. Appellat. l.* 38. *ad Municip. l.* 9. *de Admin. rer. ad civit. pert.* vel D. Marcus & L. Verus. *l.* XI. §. 23. *d. Leg.* 3. vel D. Marcus & Lucius Imperatores. *l.* 57. §. 1. *d. R. Nupt.* vel Divi Marcus & Verus. *l.* 24. *d. Tut. & Curat. dat.* Post mortem Veri, Marcus sæpe

ſolus reſcripſit, & jura conſtituit. *d.* §. 6. *l. d. Excuſ. tut. l.* 1. §. 1. *d. Tut. dat.* Unde tam frequens mentio Orationis D. Marci. *d. l.* 1. *l.* 8. *d. Tranſact.* Ubi autem ſcriptum, *Imp. D. Marcus & Commodus*, ut in *l.* 15. §. 2. *l.* 26. *d. Excuſ. tut. l.* 14. *d. Off. Præſ.* vel *Imp. Antoninus & Commodus Filius Reſcripſerunt*, non Divi Fratres, ſed M. Aurel. Antoninus, & naturalis (non adoptivus) filius ejus Aurel. Commodus Antoninus, quem ipſe, poſt Veri deceſſum, imperii conſortem adſcivit, intelligendi ſunt. Fit & mentio Divi Marci Patris in *l.* 2. *C. d. Impub. & al ſubſ.* Quod autem Marcus cum fratre Vero reſcripſit in *l.* 13. *d. Off. Præſ.* & *l. pen. de L. Pomp.* videtur iterum cum filio Commodo reſcripſiſſe in *l.* 14. D. *eod.* ut ſæpe aliàs diverſi Imperatores eandem rem diverſis perſonis reſcripſerunt. v. Menag *Amænit. c.* 31. ubi monet, parum recte ſentire illos, qui Verum confundunt cum Commodo, cum nuſquam Verus, vel in noſtris vel in aliis libris, Commodus dictus reperiatur. v. tamen Capitol. *in Marco c.* 7.

Ubi autem legitur: *Imperatores*, vel *Divi Severus & Antoninus Reſcripſerunt*, ut in *l.* 5. *ad l. Jul. Pecul. l.* 3. *Ad L. Fab. de Plag. l.* 2. §. 8. *d. Excuſ. tut. l.* 4. *d. Off. Pr. Vig.* Vel *Imp. noſter cum patre*. Vel *Imp. Antoninus cum D. patre reſcripſit*, ut in *l. ult. d. Offic. Proc. l. ult.* §. *ult. d. Excuſ. tut. l.* 101. *d. R. J. l.* 6. §. 2. *d. Mun. & Hon.* ſignificari obſervandum eſt, Septimium Severum, & Caracallam ejus filium, juſſu Patris M. Aurelium Antoninum appellatum, teſte Spartiano in *Severo c.* 10 Hi quoque videntur ſignificari cum ſcribitur, *D. Magnus Antoninus*

cum

tum Patre suo rescripsit, ut in *l. ult. d. Veteran.* Hæc vel ideo accuratius docenda videbantur, ut caverent Juris Studiosi ab errore Theophili, qui, ad §. 6. *Inst. d Excus.* Severum & Antoninum, patrem ac filium, putat esse Divos fratres, ut alias aliorum hallucinationes nec referam, nec refellam.

51. *Aurelii Commodi Antonini* nullæ Constitutiones in Codicem sunt relatæ, fit tamen ejus in *ff.* mentio, in *l.* 3. *d. Jur. aur. ann. l.* 31. *d. J. Fisci* & exstat ejus Constitutio apud Modestin. in *l.* 6. §. 1. *D. d. Agnosc. & al. lib.* Cum Patre Marco rescripsit apud Ulp. & Macrum. in *l.* 16. *d. Sponsal l.* 32. *pr. ad l. Jul. de. adult.* Imperavit annos 12. Menses 9. Dies 14. Mortuus est ineunte anno 193. Prid. Kal. Januar.

52. *Imp. Cæsar* P. *Helvius Pertinax* imperavit dies 85. Constitutiones ejus in Codice duæ sunt in *l.* 1. C. *ad SC. Maced. l.* 2. *C. d. Necess. serv. her. inst.* Mentio ejus in *ff.* fit in *l.* 12. §. *ult. d. Fideic. libert.* & in *Institut.* §. *ult. Quib. mod. Test. infirm.*

53. *Imp. Cæsar. Didius. Julianus.* Hujus nulla vel in Codice Constitutio, vel in *ff.* mentio occurrit, quod sciam, nisi forte in *l.* 20. §. 9. *ff. Qui test. fac. poss.* Proavum maternum habuit Salvium Julianum JCtum. *Spart. in Jul. c.* 1. *ubi Casaub.* Mortuus est tertio Imperii mense, ut Petavius, vel septimo, ut alii volunt. v. *Spart in Jul.*

54. *Imp. Cæsar Septimius Severus.* natione Afer, imperavit annos 17. menses 8. dies 3. mortuus pridie Non. Febr. Anno C. 211. Caracallam filium Imperii consortem fecit. Mentio ejus & Caracallæ, sive Antonini in ff. frequens

 est.

eſt. v. *l.* 6. §. 3. *d, Off. Proc. & Leg. l.* 17. *d. Pign. Act. l.* 46. *d. Cont. Emp.* & paſſim. In primis v. *l.* 23. *l.* 33. *D. l.* 3. *C. d. Donat. int. V. & Ux.* Conſtitutiones ejus in Cod. complures ſunt, ut in *l.* 1. *C. d. Pign. l.* 1. *C. d. Furt. l.* 1. *C. d. Probat. l.* 1. 2. 3. 4. *C. d. Inoff. teſt. L.* 1. *& ſeqq. C. d. Pact.* & paſſim. Unâ cum filio Caracalla *Magnus* appellatus eſt. *l.* 1. *D. d. Requir. reis. l. ult. d. Veteran.* Dicuntur & Optimi Maximique Principes. *l.* 16. §. 1. *de His q. ut ind. l.* 30. *d. Excuſ. tut. l.* 17. *pr. d. Quaeſt. l.* 8. *d. Vac mun. l.* 78. §. 1. *d. Leg.* 2.

55. *Imp. Cæſar Antoninus Caracalla Aug.* Severi filius. *l.* 1. *C. ad L. Corn. d. Falſ. l. ult. D d. Veteran.* poſt mortem Severi Patris cum fratre Geta A. C. 211. pari jure ad Imperium evectus, Getâ (qui unâ cum fratre imperavit annum unum, dies 22.) An. Imperii 2. C. 212. occiſo, imperavit à Patris obitu annos ſex, menſes duos. Getâ & Caracalla Coſſ. lata eſt *l.* 1. *C. Quand. Decr. opus non eſt.* Solus Geta Coſ. aſſignatur in ſubſcriptione *l.* 2. *C. Qui ad bon. poſſ.* Solius Caracallæ, ſub nomine Antonini, Conſtitutiones, ut Patris Severi, longe plurimæ ſunt, quas ſecundum ordinem temporis digeſtas videre licet apud Freymon. in *Symphon. Juris.* Ita ut Jus noſtrum ſub bis Imperatorib. & Alex. Severo maximum acceperit incrementum.

56. *M. Opilii Macrini*, poſtquam imperaſſet annum 1. Menſ. 2. occiſi, nulla, quantum colligere potui, exſtat in J. noſtro mentio.

57. *Imp. Cæſar M. Aurelius Antoninus Heliogabalus*, Vel, Alagabalus, *Aug.* imperavit annos tres, menſes novem, occiſus anno Chr. 222.

v. *Pe-*

v *Petav. Ration.* Conſtitutio aut mentio ejus in jure nulla, niſi forte ſub nomine Antonini, exſtat, ut in *l.* 8. §. 6. *junct.* §. 5. *&* 7. *ff. d. Cenſibus.*

58. *Imp. Cæſar M. Aurelius Severus Alexander Aug.* anno 221. Cæſar, anno ſequenti Auguſtus factus, imperavit annos plus minus 13. interfectus A. Chr. 235. Conſtitutiones ejus in Codice quam plurimæ ſunt. *v. l.* 1. *C. d. Diſtr. pign. l.* 2. *C. d. Inut. ſtip. l.* 3. *C. d. His. q. ſibi adscrib. in teſt. l.* 1. *C. Si mat. indemn. prom. l.* 10. 11. 12. 13. 14. *C. d. Negot. geſt.* & paſſim. v. *Freymon. Symphon. jur.*

95. *Imp. Cæſar C. Julius Maximinus*, Aug. Anno 235. ad imperium evectus, imperavit annos duos & menſes aliquot, interfectus Anno Chr. 337. Hujus ſunt *l.* 13. C. *d. Pact. & l.* 6 *C. d. J. dot.*

60. *Imp. Cæſar M. Antonius Gordianus*, Aug. natus patre avoque Antoninis Gordianis, qui ambo ante Maximini cædem ad Imperium à Senatu vocati, poſt Maximini obitum imperarunt menſem unum, dies ſex. Quibus exſtinctis hic Gordianus Junior, Imperium ſibi a Senatu delatum ſuſcepit. Imperavit annos ſex, peremptus A. 244. v. *Capitol. in Gordian.* Gordiani in Codice Conſtitutiones longe plurimæ ſunt, v. ex. gr. *l.* 3. *C. d. Pact. conv. l.* 2. *C. d. Don. Mort. Cauſ. l.* 1. *C. d. O. &. A. l.* 1. 2. 3. *C. d. Temp. in integ. reſt.* Exſtat & Gordiani Conſtitutio unica de *Nuptiis contra mandata contractis*, *& Dote caducâ*, à Cujacio edita in *Obſervation.*

61. *M. Julius Philppus, Auguſtus, & M Julius Philippus Saturnus Cæſar.* Senior Philippus poſtquam imperaſſet annos 5. & quod excurrit,

An. C. 249. occubuit cum Philippo Filio, cum is jam cum Patre Auguſtus eſſet creatus. Conſtitutiones vel ſolius Philippi Patris. vel ſimul Patris Aug. & Filii Cæſaris, ſat multæ ſunt. v. *l.* 6. *C. ad Exhib. l* 3. *C. d. Profeſſ. & Med l.* 15. *C. d. Inoff. teſt. l.* 1. *C. d. Revoc. don. l.* 15. *C d. Evict. l.* 2. *C. ad SC. Treb. l.* 6. *C. ad L. Corn. d. falſ.* & paſſim.

62. *Imp. Cæſ. Cn. Trajanus Decius Aug.* imperavit annos 2. menſ. 6. extinctus eſt A. C. 251. Conſtitutiones ejus in Codicem relatæ paucæ ſunt. v. *l.* 4. *C. d. J. delib. l.* 9. *C. d J. dot. l.* 2. *C. d. Her. Act.*

63. *Imp. Cæſ. C. Vivius Trebonianus Gallus & Voluſianus Fil. Auguſti.* Imperavit cum Filio annos 2. menſ. 4. cum eodem occiſus An. Chr. 254.

Horum Conſtitutiones ſunt in *l.* 16. *C. d. Neg. Geſt.* & *l.* 12. *C. Fam. Erc.* ſi qua Ruſſardo, & Freymonio fides. In vulgatis enim Editionibus *d. l.* 12. Gallieno & Valeriano adſcribitur.

64. *Imp. Cæſar Licinius Valerianus Pater, & P. Aurelius Licinius Gallienus Fil.* imperarunt ſimul fere annos ſeptem. Gallienus ſolus, vel, ut alii, cum Filio Valeriano Juniore, imperavit annos octo. Quaſdam eorum Conſtitutiones v. in *l.* 2. *C. d. Advoc. fiſc. l.* 5. *C. de Teſtam. l.* 14. 15. *C. d. Fideic. l.* 17. *C. d. Excuſ. tut.* ubi in ſubſcriptione non modo cum Gothofredo, pro *Luciano*, legendum *Lucillo*, ſed pro anno Chr. 566. ſubſtituendus annus 266. ut res ipſa & Faſti Coſſ. loquuntur. Soli Gallieno tribuuntur *l.* 7. *C. d. Probat. l.* 3. *C. d. In lit. dand. tut.* ubi intellige in ſubſcriptione Valerianum Secundum, & iterum lege *Lucillo*, ut

&

& in *l.* 4. *C. ad L. Corn. d. Sicar.*

65. *Imp. Cæſ. M. Aurelius Claudius Aug.* A. Chr. 268. circiter 9. Kal. April. imperare cœpit, deſiit A. 270 poſtquam imperaſſet A. 1. menſ. 9. Illius eſt *l.* 6. *C. d. Servit. & aq.* lata an. 270.

66. *Imp. Cæſ. L. Aurelianus Aug.* imperavit annos 4. menſes 11. dies 9. Periit ineunte anno Chr. 275. Conſtitutiones ejus ſunt in. *l.* 6. *C. d. Donat. ante nupt. l.* 2. *C. Quand. decr. non eſt op. l.* 7. *C. d. Lib. cauſ. l.* 1. *C. d. His q. ven.*

67. *Imp. Taciti*, qui Aureliano, & *Floriani*, qui Tacito Fratri ſucceſſit, nullæ exſtant in Jure noſtro Conſtitutiones.

68. *Imp. C. M. Valerius Probus* ad Imperium evectus eſt A. Chr. 276. mortuus A. 282. poſtquam imperaſſet annos ſex, menſes circiter 4. Conſtitutones ejus ſunt in *l.* 1. *C. Ut nemin. lic. ſin. jud. auct. ſign. reb. alien. impon. l.* 9. *C. d. Nupt. l.* 4. *C. d. Donat. l.* 2. *C. d. Revoc. Don.*

69. *Imp. M. Aurelius Carinus Pater, Auguſtus, M. Aurelius Carinus, & M. Aurelius Numerianus Filii, Cæſares.* Carus anno Imp. 1. Chr. 283. Numerianus A. 284. mortuus eſt. Carinus ad annum uſque 285. pervenit. Adeo ut horum trium imperium non multum ultra biennium duraverit. Solius Cari Conſtitutio eſt in *l.* 8. *C. d. SS. Eccl.* ſi vera eſt lectio Contii: nam Ruſſardus eam Theodoſio tribuit, ut & Gothofred. Illud conſtat, ſi eſt Cari, non recte ſubſcriptum eſſe annum 424. Conſtitutiones a tribus ſimul promulgatæ ſunt in *l.* 2. *C. d. Rec. arb. l.* 9. *C. d. R. V. l.* 5. *C. d. Mun. patrim. l.* 1. *C. Quemadm. civ. mun. indic.* Darini & Nume-

meriani Fratrum Conſtitutiones ſunt in *l.* 5. *C. d. Donat. l.* 3. *C. d. Revoc. donat. l.* 19. *C. Ex quib. cauſ. infam.* & alibi.

70. *Imp. Cæſar C. Aurelius Diocletianus Aug.* A. C. 284. ad Imp. evectus, anno primo & unico, quo ſolus imperavit, promulgavit *l. un. C. Ut nemo inv. ag. vel acc. cog.* & *l.* 3. *C. Quib. ex cauſ. maj.* licet Dioclet. & Maxim. tribuatur. Lex 2. *C. d. Libert. & eor. Liber.* quam ei adſcribit Freymonius, eſt Conſtantini. *Maximianum Herculium* Anno 285. Cæſarem, An. autem 286. Auguſtum ſibi adſcivit, qui M. Aurelium Claudium Imperatorem, ut & Trajanum *Parentem*, id eſt, deceſſorem ſuum vocant. *l.* 1. *C. Ne lic. potent. l.* 5. *C. de Magiſtrat. conven.* An. Imp. 7. Chr. 291. communi conſilio duos ſibi Cæſares adjunxerunt, Galerium Maximianum Armentarium & Conſtantium Chlorum. An. autem Chriſt. 304. Imperii Diocl. 20. Diocletianus & Maxim. Herculius ambo ſe imperio abdicarunt.

71. *Conſtantius Chlorus & Galerius Maximianus Armentarius, Auguſti,* Severus autem & Galerius Maximianus Cæſares renunciati ſunt. Diocletiani & Maximiani in Cod. Conſtitutiones quamplurimæ ſunt, quas ordine collocatas vide apud Freymon. in *Symphon. Jur.* Duorum Auguſtor. & Cæſarum, quos diximus. Conſtitutiones ſunt in *l.* 5. *C. d. Fer. l.* 7. *C. Qui adm. ad bon. poſſ.* ut & in *l.* 5. *C. d. Tutore. & curat. qui non ſatisded.*

72. *Imp. Cæſ. Fl. Valerius Conſtantinus M. Aug.* Conſtantii filius, natus ex Helenâ Bithynâ. *v. Nov.* 28. *c.* 1. A. Chr. 306. ad Imperium evectus eſt. Anno 308. Imperium quatuor habuit Auguſtos,

gustos, Constantinum, & Maxentium, Augustorum filios: Galerium Maximianum, & Licinium novos homines. *v. l.* 21. 22. *C. d. Procur. l.* 5. *C. d. Temp. in int. restit. l.* 14. *C. d. Decur. l. un. C. d. Capitat. civ.* v. *Freymon.* A. 337. mortuus est, postquam solus imperasset annos 15. in universum annos 30. mens. 9. dies 27. *v. Petav. Ration.* Constitutiones ejus longe plurimæ ubique in Cod. obviæ sunt, ut in *l.* 1. *C. de S. S. Eccles. l.* 2. *C. Quæ sit long. cons. l.* 29. *C. ad L. Jul. d. Adult. l.* 20. 21. 22. 23. *C. d. Adm. tut.* & passim. *v. Freymon.* Hic lege latâ Byzantium, ubi Imperii sedem collocaverat, novam Romam appellari voluit. *v. l.* 6. *d. S. S. Eccl. l. ult. C. In quib. caus. pign. l.* 5. *C. d. Operib. publ.* Sunt qui *Indictionum* originem ad Constantini tempora referunt, quod verum esse negat *Petav. Rationar. part.* 1. *in Constant.*

73. *Fl. Valerius Constantinus Junior, Fl. Julius Constantius Junior, & Fl. Valerius Constans*, Constantini M. filii, divisum Patris testamento Imperium A. 337. adepti & Romanum orbem partiti sunt. Constantinus à fratre oppressus interiit An. Imp. 3. Constans A. Imperii 13. Constantius A. Imperii sui 25. Chr. 361. v. *Petav. Rationar.* Horum Fratrum Constitutiones exstant in *l.* 21. *C. d. Legat. l.* 6. *C. d. Dilat. l.* 15. *C d. Testam. l.* 2. *C. Si advers. vend.* quam tamen Rusard. & Contius adscribunt Constant. Magno ex Cod. Theod. quæ conjectura si vera est, mutandus in subscript. annus 339. Constantii & Constantis, cæso jam Constantino, Constitutiones exstant in *l.* 2. *C. d. Spons. l. ult. C. d. Excus. artif. l.* 31. *C. ad L. Jul. d. adult.* ubi tamen subscriptio non respondet inscriptioni, ut men-

mendum sit in textu. v. *Freymon*. Solius Constantii Junioris Constitutiones sunt in *l.* 5. 6. *C. Qui test. fac.* & alibi.

74. *Imp. Cæsar Fl. Claudius Julianus Aug.* Apostata dictus, A. 355. a Constantio Cæsar appellatus cum eo sex annos imperavit, anno 361 Augustus factus, altero Imperii sui anno, Chr. 363. mensis Junii 26. die interiit, postquam solus imperasset annum unum, menses fere septem. Constitutiones Juliani Cæsaris & Constantii Augusti sunt in *l.* 1. *C. d. Apostat. l. ult. C. d. Inoff. donat.* Solius Juliani Aug. in *l.* 3. *C. d. Collat. fund. Patrim. l.* 12. *C. d. Decur. l.* 1. *C. d. Consort. ejusd. lit.* aliisque.

75. *Imp. Cæsar Fl. Jovianus Aug.* A. Chr 363. quinto Kal. Jul. rerum potitus, imperavit menses septem, mortuus XI. Kal. Martii A. 364. octavo imperii mense. Hujus est unica Constitutio in *l.* 5. *C. d. Episc. & Cler.* quæ mendosè in subscriptione habet Gratianum & Merobaudem. Cum illi non nisi 14. ferè post mortem Joviani annis Coss. fuerint. In Kalendarum quoque numero vitium esse videtur, cum eodem die, sc. XI Kal. Mart. ut vult Petavius, vel 13. ut Panvinio videtur, obierit.

76. *Imp. Cæsar Fl. Valentianus & Valens AA.* fratres, eodem anno 364. imperare cœperunt. Valentinianus 12. Imperii anno interiit, Gratiano filio jam ante Augusto facto, & successore relicto. Unde simul imperasse leguntur *Idem & Gratianus.* Constitutiones Valentiniani & Valentis v. in *l.* 1. *C. d. Commerc. & merc. l.* 5. *C. d. Oper. publ. l.* 2. *C. d. Bon. libert.* & aliis. Valentiniani, Valentis & Gratiani in *l. pen. C. d. Postul. l.* 1. *C. d. Vestib. Holob. & aur.* aliisque. Exstant & Va-

Valentiniani Novellæ quædam, primum à Sichardo, deinde à P. Pithæo editæ.

77. Ad eandem Imperii Societatem A. 375. post patris obitum evectus est Valentinianus Junior sive Secundus. Unde *Valentis*, *Gratiani*, *& Valentiniani* 2. simul imperantium Constitutiones reperiuntur in *l.* 1. *C. d. Spect.* & *Scenic. l.* 2. *C. Ubi Senat. vel clar. l.* 5. *C. Quor. app. non recip.* aliisque.

Valente A. 378. 5. Id Aug. anno Imp. 14. mortuo, unâ imperarunt.

78. *Gratianus & Valentinianus* Junior; Quorum Constitutiones sunt in *l.* 5. *C. d. Fund. Patrim. l.* 3. 4. 5. *C. d. Fund. Rel. priv.*

79. *Gratianus, Valentinianus* 2. *& Fl. Theodosius* A. 379. die 14. Febr. a Gratiano in Imperii societatem adsumptus. Horum Constitutiones sunt in *l.* 6. *C. Quor. app. non recip. l.* 13. *C. d. Accus. l.* 20. *C. d. Pœn.* &c. Gratianus obiit anno Imperii sexto.

80. *Theodosii solius* Constitutiones exstant in *l.* 7. *&* 8. *C. d. Episc. & Cl. l. ult. C. d. d. Off. Pr. urbi.*

81. *Valentiniani* 2. *Theodosii & Arcadii* Constitutiones v. in *l.* 2. *C. Ne rei dom. vel templ. vind. l.* 2. *C. d. Aquæd.* Valentinianus obiit an. Chr. 392.

82. *Theodosius Pater. Fl. Arcadius & Honorius filii ejus.* Horum Constitutiones multas vide in *l.* 5. *C. d. Legation. l.* 9. *C. d. Oper. publ. l.* 33. *C. ad L. Jul. d. Ad.* &c. Theodosii & Arcadii Constitutio est in *l. un. C. d. Off. Pr. vig.* Theodosius mortuus est anno Chr. 395. die 17. Januar. cum imperasset annos 16.

83. *Arcadius & Honorius* a patre Theodosio in

in Imperii societatem & nomen *Augusti* adsciti; quorum Arcadius electus anno ætatis 18. Imperium Orientis obtinuit annos 13. mortuus A. Chr. 408. relicto Theodosio Jun. filio.

84. *Honorius*, quem agentem annum ætatis undecimum (*v. l. pen. C. d. Relig.*) Pater testamento Occidenti præesse jusserat, imperavit annos 28. mortuus A. Chr. 423. Horum Constitutiones occurrunt in *l.* 1. *C. d. Off. Com. Sac. Pal. l.* 27. 28. 29. 30. *C. d. Appellat.* Ab ea Orbis Rom. divisione, inter Arcadium & Honorium, à Theodosio factâ, dicuntur partes Occidentales & Orientales. *l.* 48. *C. Th. d. Hæret. l. ult. C. Th. d. Judæis. l.* 158. *C. Th. d. Decur.* & alibi passim. Eodem sensu dicuntur *Gemini orbes*, & *Gemini axes*, ad designandum utrumque, tam Orientale, quam Occidentale Imperium. Claudian. *d. Belio Gildonico. v.* 3.

Conspirant Gemini frænis communibus orbes.

V. & *lib.* 2. *in Rufin. v.* 6. *Tertium Consulat. Honorii v.* 7. *&* 8. Rutil. Numat. Itin. *lib.* 2. *v.* 47. de Vetere Roma:

Exaudi, Regina, tui Pulcherrima mundi.

& Sidon. Apollin. de Constantinop.

Salve sceptrorum columen, Regina Orientis
Orbis, Roma, tui.

85. *Iidem & Theodosius Junior*, *Arcadii* filius, simul imperarunt, & Constitutiones promulgarunt, ut patet ex. *l. ult. C. Quand. lic. unic. l.* 10. *C. d. Jud. & Cælic.* Theodosius, enim Junior anno 401. decimo die Aprilis natus. & sequenti renunciatus Augustus, post mortem Arcadii patris An. 408. sub tutelâ Persarum Regis, Antiocho curatore, solus in Oriente rerum potiri cœpit, Honorio Occidentem obtinente. Hinc junguntur

86. *Ho-*

86. *Honorius & Theodosius Junior.* Constitutiones eorum exstant passim in *Cod. v. l.* 10. *C. d. Feriis. l.* 2. *&* 3. *C. d. Infirm. pœn. cælib. l.* 1. *C. d. Jure liberor.* &c.

87. *Theodosius Junior & Valentinianus* 3. Mortuo Honorio, Theodosius Valentinianum, jam ante Cæsarem appellatum, anno 424. in Italiam misit, qui mox Romæ Augustus appellatus est. Theodosius imperavit annos 40. Mortuus Ann. Chr. 450. Constitutiones eorum v. in *l. un. C. Ne sine jussu Princ. l.* 1. *C. d. His q. ant. ap. tab.* & alibi. Atque hic Theodosius est auctor. Codicis Theodosiani.

88. *Imp. Cæsar Fl. Valentinianus* 3. *Aug. & Martianus.* Valentinianus A. C. 455. decessit postquam imperasset feré annos 30.
Horum Constitutiones occurrunt in *l.* 7. *C. d. Pagan. & sacrif. l.* 9. *C. d. Legib. l.* 7. *C. d. Inc. & inut. nupt.*

89. *Imp. Cæsar Fl. Martianus Aug.* cum Pulcheriâ uxore, sorore Theodosii Jun. imperavit annos sex, menses sex, opiit A. C. 457. Constitutiones ab ipso solo promulgatæ quædam, sed paucæ supersunt. v. *l.* 25. *C. d. Episc. & Cler. l.* 13. *C. d. Episc. aud. l.* 5. *C. d. His qui ad eccl. l.* 9. *C. d. Hæret.*

90. *Imp. Cæsar Flav. Leo primus, Aug.* imperavit annos 17. menses sex, mortuus an. 474. Constitutiones solius Leonis v. in *l.* 10. *C. d. Contr. & comm. stip. l.* 11. 12. 15. *C. d. Advocat. diverſ. judicum &c.* Constitutiones Leonis & Anthemii v. *l. ult. C. d. Postul. l.* 15. *C. d. Episc. aud. l.* 13. 14. *C. d. Advoc. diverſ. judicior. &c.*

91. *Leo Junior & Zeno Isauricus* simul impeerarunt menses 10. Mortuus est Leo Junior eo-

F dem

dem An. 474. qui ex Zenone, & Ariadna natus, á Leone primo, avo suo, Cæsar erat renunciatus: Zeno decessit Ann. Chr. 491.

Horum Constitutiones 4. in Cod. supersunt, in *l.* 16. *C. d. Advocat. div. judicior. l.* 11. *C. d. Legib. l* 9. *C. d. Numerar. actuar. l.* 8. *C. d. Divers. offic.*

Zenonis Isaurici, dum solus imperavit, Constitutiones complures reliquæ sunt in *l.* 28. *C. d. J. dot. l.* 6. *C. ad SC. Treb.* aliisque.

Ceterum notandum est, hos Leones toto cœlo differre á Leone Isaurico, qui imperare cœpit an. 717. Item á Leone Armenio, cujus imperium incepit á mense Jul. an. 813. & á Leone Copronymi filio, qui Patri successit an. 750. mortuus an 780 denique á Leone Philosopho, Basilii filio. qui imperare cœpit an. 889. cui debemus Novellas, & Basilica.

92. *Imp Cæsar Fl. Anastasius* imperare cœpit aun. 491. Imperavit autem ann. 27. menses 3. Mortuus an. 518. undecimo die Aprilis, anno ætatis 88

Constitutiones ejus sat multæ sunt v. *l.* 1. 2. 3. 4. 5. *C. Advoc. divers. judicum. l.* 4. *C. d. Præscr.* 30. *vel* 40. *ann. l.* 10. *C. d. Hæret. & man.* &c.

93. *Imp Cæsar Fl. Justinus I. Aug.* mortuo Anastasio imperare cœpit ann. 518. 6. Julii. Imparavit Annos 9. mens. 1. mortuus anno Chr. 527. Kal. Augusti ætatis 77.

Hujus Constitutiones passim occurrunt, ut in *l.* 8. *C. d. Testam. l.* 9. *C. d. Sepulchr. viol.*

94. *Imp. Cæsar Fl. Anicius Justinianus*, Justini ex sorore Vigilantia nepos, ut testes sunt Jornandes in *lib.* 9. *Succesf. Regn.* Marcellin. Comes,

mes, Evagrius, & Cyrillus Schytopolitanus; ſcriptores Juſtiniano æquales; item Paul.Diaconus *lib.* 7. *de Geſtis Romanor.* Nec alio ſenſu à Procopio dicitur Juſtini ἀδελφιδοῦς, ut probat Alemannus in Commentar. *ad Procopii Arcan. Hiſtor. pag.* 12. & 45. Taceo Petavium; Hottomannum, Bapt. Egnatium, Bucholcerum, Hofmannum; aliosque recentiores. Ut mirum videatur, fuiſſe Virum Eruditum, qui, contra conſentientem ad unum omnium Hiſtoricorum fidem, magnâ confidentia, nec ſine irriſu aliter & verè exiſtimantium, affirmare auſus eſt, Juſtinianum fuiſſe Juſtini, non ex ſorore, ſed ex fratre nepotem. Hanc autem Juſtiniani matrem, Juſtini ſororem, appellatam fuiſſe Biglinizam, & exinde *Vigilantiam*, probat Theophilus in Vitâ Juſtiniani, & ex eo aliisque Alemannus, Rupertus in *Obſervat.adSynopſ.Beſold.minorem c.* 15. *p.* 518. & in Animadverſion. in Pomponii legem 2. *de Orig. jur. pag.* 23. & 24. Idem *Vigilantiæ* nomen tulit Juſtiniani Soror, Juſtini Junioris, ſeu ſecundi, mater. Patrem habuit *Sabatium*, apud Illyrienſes *Iſtokum* appellatum, ut docent Procopius, Theophanes Theophilus. Ipſe ab Illyriis, popularibus, ſuis, *Upravda* nuncupatus est. Hæc omnia latius probavimus in quâdam *ad Amicum Epiſtolâ de Parentibus Juſtiniani*, editâ an.1688. Plura de vitâ Juſtiniani videri poſſunt apud Procopium, aliosque veteres, & Hottomann. ac Giphan. in *Vitâ Juſtin.* An. 524. ab avunculo Cæſar factus, An. 527. Kal. April. Auguſtus declaratus & in ſpem ſucceſsionis atque imperii conſortium adoptatus, quarto ab inde menſe, ſcilicet Auguſto, ſolus rerum potiri cœpit, quanquam ab ipſis Kal.

Aprilibus annos imperii sui computari voluerit. *Nov.* 47. *c.* 1. Imperavit tum solus, tum cum uxore Theodora annos 38. & octo menses, mortuus An. Chr. 565. 14. Novembr. die. v. *Petav.* Constitutio unica à Justiniano & Justino simul lata exstat in *l. ult. C. d. Offic. Magist. Officior.* Cujus tamen legis vel inscriptio vel subscriptio falsa est, cum ibi imperium Justini & Justiniani referatur ad annum Christi 523. Solius Justiniani tum aliæ plures Constitutiones, tum Decisiones 50. quibus veteris Juris controversias conciliavit, v. §. *ult. Inst. d. Libert.* §. 1. *Const. d. Cod. emend.* tum Novellæ & Institutiones, ac 13. Edicta in Corpore nostro continentur.

95. *Imp. Cæsar Fl. Justinus* 2. *Justiniani* ex sorore Vigilantia (secunda) nepos, imperare cœpit A. 565. Imperavit annos 12. Menses 11. Mortuus A. C. 578. vel, ut alii 582. Tiberio prius Augusto creato.

Hujus est Nov. 140. & quinque aliæ Edictis Justiniani subjectæ.

96. De sexaginta libris Basilicorum, quos à Basilio Macedone inchoatos, (*v. Nov. L.* 71.) Leo Sextus Philosophus, opera Sabbathii Protosphatarii, perfecit, item de Basilii Macedonis Ecloga seu προχείρῳ νομίκῳ, Photii Nomocanone, de Synopsi Basilicorum, aliisque Græcis Juris Civilis monumentis, post tempora Justiniani editis, v. *Jac. Gothofr. Manual. jur. in Biblioth. c.* 6. *Dion. Gothofr. in Not. ad Novell. Leon. in Princ. Cujac.* 6. *Observ. c.* 9. *Fabrot. in Præf. Basilicor.*

97. Tantum de Origine & Pogressu Juris Civilis. Originem Juris Canonici quod attinet, ut

ut & hanc paucis commonstrarem, si ratio instituti non flagitaret, vel ideo necesse erat, ne qui se utriusque Juris Doctores venditant, hujus Juris non modo exactâ peritiâ careant, sed & rationem originis & allegationis ignorent.

98. Jus Canonicum dictum esse constat à canone sive regula, perpendiculo, amussi, secundum quam aliquid fit vel exigitur. Unde Canon definitur, *Regula quæ normam & institutum vivendi præbet, distortum autem pravumque corrigit. c.* 1. 2. *Dist.* 3. Unde quod Lex in Jure Civili, id Canon est in Jure Canonico. *C. Lege.* 1. *Dist.* 10. *c.* 4. *eod.* Ratio diversæ appellationis est, quod primi Juris Canonici conditores, quæ eorum erat modestia & verecundia, legum ferendarum potestatem, solis Principibus competentem, arrogare sibi noluerint.

99. Origo Juris Canonici antiquissima est, quod jam olim Apostoli Christi, eorumque successores non modo de ritibus in Ecclesiâ necessariis multa constituerent, sed & Regulas conderent, ad quarum præscriptum primi Christiani vitam suam moresque componerent. Quo pertinent Canones Apostolici, in Corpore Juris Civilis post libros Feudorum, in Corpore J. Can. post Canones pœnitentiales ante Decretales Gregorii IX. collocati. De quorum tamen Auctoribus, numero, & auctoritate hodieque quæritur.

100. Post Canones Apostolicos varii nati sunt Canones Conciliorum, & Decreta Pontificum, à Dionysio Exiguo collecta, & in unum Codicem relata, qui inde *Codex Canonum* dictus. *Can. si Roman.* 1 *Dist.* 19. *c.* 1. *Dist.* 20. vide *Præfat. Præmiss. Decret.* & Sephani Baluzii Præfatio-

 nem,

nem, ejusdemque, & Viri Clar. Gerardi van Mastrigt. *Notas ad Anton. Augustin. de Emendat. Gratiani.*

101. Hos Canones ita collectos multi, & primo quidem privati, nullaque auctoritate publica præditi viri, in aliquem ordinem redegerunt.

102. Statim enim A. C. 650. ad hoc opus se applicuit Isidorus Hispalensis, Pontificum ordine observato.

103. Deinde A. C. 1060. Burchardus Wormatiensis Episcopus plures collegit, & in 20. partes digessit.

104. Postea Ivo Carnotensis Episcopus ex his canonibus Decretum confecit, in 8. libros divisum, additis tum multis ex Pandectis & Codice ad jus condendum, tum aliis aliunde ad confutandam hæresin Berengarii.

105. Tandem sub Eugenio 3. P. M. Anno 1151. Gratianus, Monachus Bononiensis, ex Edictis, Canonibus Conciliorum, Scriptis Patrum, & Constitutionibus Pontificum, collegit Decretum. Quæ in Gratiani opus irrepserant mendæ, eas primum Pontit. Pius IV. emendare agressus est, qoud deinde perfecit Gregorius XIII. Nec tamen vel Pii vel Gregorii industria tantum potuit, ut non longe plurimi relicti sint errores, & hallucinationes, de quibus v. *A. Augustin in lib. d. Emendation. Grat. Joh. Strauchii Amœnitat. Jur. Can. Baluzium & Mastrigt ad dictum librum Augustini* aliosque. Ut prima & antiquissima Corporis Canonici pars sit Decretum, quod dividitur in tres partes; Quarum prima continet 101. Distinctiones, ita dictas, quod sint quasi conciliationes capitum pugnantium, his distinctionibus comprehensorum.

106. Al-

106. Altera Causas continet 36. quæ sunt summa quasi capita, & quæstionum singularum, quæ inde eliciuntur, argumenta.

107. In Causa 33. quæ agit de Pœnitentia, illud singulare est, quod Quæstio ejus Causæ tertia divisa sit in septem Distinctiones, atque hæ iterum in sua capita.

108. Ratio allegandi in primâ Decreti parte sic instituitur, ut C. notet Canonen vel Capitulum. Vox enim Canonis & Capituli promiscue usurpatur, ut tamen frequentius in Decreto Canones, in Decretalibus Capitula citentur. D. pro distinctione ponitur. Sæpe Distinctio præponitur, & littera Canonem notans, ut & numerus Canonis, omittuntur, ut 3. *Dist. quo jure.* cum alioquin scribendum sit *can. quo jure.* 1. *Dist.* 8.

109. In secundâ Decreti parte sæpe Canon, sine nomine & numero, solo verbo significatur, quo casu prior numerus Causam, secundus Quæstionem notat, ut: *Didici.* 1. *q.* 7. id est, *can. Didici.* 15. *cauf.* 1. *quæst.* 7.

110. In Causa 33. singulare est, quod in ejus allegatione mentio fiat pœnitentiæ, ut *can. Homicidium.* 28. *cauf.* 33. *d. Pœnitent. dist.* 1.

111. Tertia Decreti pars allegatur per canones & distinctiones, facta mentione Consecrationis, ut *can. quia corpus.* 35. *Dist.* 2. *d. Consecrat.*

112. Secunda juris Canonici pars continetur Decretalibus Gregorii IX. qui, opera Raymundi Capellani, hunc librum ex Conciliis, Constitutionibus, & Decretalibus Pontificum Epistolis, quæ vel à Gratiano omisfæ vel postea, maximè sub Alex. III. Pontif. factæ erant, colligi jus-

 sit,

sit, postquam idem jam ante, sed privata auctoritate, fecissent Bernhardus, postea Episcopus; Johannes Wallensis; Bernhardus Compostellanus, Tancredus Archidiaconus Bononiensis. Quibus accessit Collectio Epistolarum Innocentii Pontif. Atque hoc opus Decretalium quinque libris absolvitur, qui ut dividuntur in titulos, ita tituli in capita, hæc in paragraphos.

113. Designantur Decretales per X. vel *Extra*, quasi quod positæ sint extra Decretum. Plerumque præmittitur capitulum, subjuncto titulo. Quod si textus allegetur simpliciter sine signo X. vel *Extra*, perpetuo ex hoc libro allegatus censetur.

114. Tertia juris Canonici pars continetur libro Sexto Decretalium, Clementinis, & Extravagantibus.

115. Sextus decretalium liber 60. propè annis post editionem Gregorii IX. an. 1287. compositus est jussu Bonifacii Octavi, & collectus fere ex Constitutionibus Innocentii IV. Gregorii X. & ipsius Bonifacii, divisus in 5. libros.

116. Textus ex hac parte allegantur eodem modo, ut in reliquis Decretalibus, factâ tamen mentione ipsius libri Sexti, ut *c.* 4. X. *d. Reg. Jur. in* 6.

117. Auctoritas hujus libri Sexti eadem est, quæ aliarum Decretalium, v. Bonifacii *Epistol. Præfix. lib.* 6. *Decret.* quanquam nunquam in Gallia fuerit receptus, sive quod multa jura Regni, & Ecclesiæ Gallicanæ imminueret, sive ob inimicitias inter Gallorum Regem Philippum Pulchrum & Bonifacium Pontif. v. *Duaren. Oper. Tom.* 2. *p.* 348. *Arthur. Duckd. Auctor. jur. Civ. c.* 7. Cæterum in toto Decretalium volumi-

mine multa continentur a priscâ illâ Ecclesiæ disciplinâ, quæ in Decretis est, degenerantia. Unde tritum illud & vulgo jactatum, *Male cum rebus humanis actum esse, ex quo Decretis alæ accesserunt.* v. *Duaren. in Præfat. libri d. Minister. & Benef. Eccles.*

118. Clementinæ sunt Constitutiones Canonicæ, quas Clemens v. Bonifacii 8. successor, colligi jussit, correxit autem, confirmavit, & à nomine Clementis decessoris sui appellavit Johannes 22. Modus allegandi idem est, qui in Sexto Decretalium.

119. Extravagantes sunt Constitutiones Pontificum, ita dictæ, quod, in nullum certum corpus collectæ, extra Decretum & Decretales quasi vagarentur. Ratio allegandi est, ut primo capitulum, deinde nomen Extravagantium, tum ultimo loco titulus scribatur.

120. Institutiones Juris Canonici mandatu Pont. M. a Joh. Paulo Lancelotto, JCto Perusino, collectæ, & in 4. libros partitæ, nondum tamen confirmatæ sunt. Allegantur ut Institutiones Justinianeæ. Editio optima & accuratissima debetur curæ & industriæ Joh. Doujatii, qui eas notis suis illustratas in lucem edidit Paris. an. 1685.

121. Septimus Decretalium liber ex recentioribus Pontificum Constitutionibus, eadem methodo, quâ Decretalium liber Sextus & Clementinæ, collectus est à Petro Mattheo Lugdunensi JCto, sed nondum Pontificis auctoritate confirmatus.

122. Præter has J.Canon.partes in quibusdam Codicibus reperiuntur & Rugulæ Cancellariæ Apostelicæ, tempore Lucii Tertii Pontif. intro-

 ductæ,

ductæ, postea autem à Johanne 22. illustratæ.

123. De Auctoritate juris Canonici consulendus Arthur Duck in *lib.* 1. *de Auctoritate juris Civ. Rom. c.* 7. & Auctores, quos citavi in limine Tractatus postumi Joh. Fred. Bockelmanni, præceptoris quondam nostri, de *Differentiis Juris Civilis, Canonici, & Hodierni*, quem ego recensui, prafatione auxi, & edidi in hac Urbe ann. 1694. Nam non agnosco, utpote à vero alienum, elogium, Viri Clariss. Burcardi Gothelffii Struvii, quod exstat in ejus Bibliotheca Juris Selecta *cap.* 3. §. 70. *pag.* 191. in hæc verba conceptum: *Optimum vero est Scriptum* CORNELII VAN ECK *de Differentiis Juris Civilis, Canonici & Hodierni quod cum adnotationibus eruditis edidit* JOH. FRIDERICUS BOCKELMANNUS. *Trajecti* 1694. *in.* 8. Hactenus Vir Clariss. Sed verum est, non Clar. Bockelmannum cum eruditis adnotationibus edidisse librum meum, sed me sine adnotationibus vulgasse postumum opus Bockelmanni, qui jam 23. Octobr. anno 1681. vitam cum morte commutavit. Non ægre feret, spero, Clarisf. & Eruditiss. Struvius, quod dictum opus suo reddam auctori, nec admittam laudes, quas mihi tribuit nil tale merenti. Sed hæc in transitu.

124. Compositio & Collectio Juris Feudalis incipit ab anno Christi plus minus 1154. quo tempore, ut vulgo creditur, Obertus de orto, & Gerardus Niger, uterque Mediolanensis, vel potius ex ipsorum, aliorumque scriptis alii, incerti nominis compilatores, privata auctoritate ex Constitutionibus Conradi Secundi, Henrici I. & 3. Lotharii 1. & 3. Friderici 1. & 2. Impp. ut &

& ex variis Mediolanensium, Placentinorum, Cremonensium, aliorumque populorum Moribus collegerunt & composuerunt Constitutiones Feudales, illustratas responsis & commentariis JCtorum, ut Uberti Hortensii, Gerardi Capagisti; Philiberti Episcopi. Hæ Constitutiones in quæstionibus Feudalibus vim & potestatem juris obtinent, si excipias capita à *tit.* 73. *lib.* 2. incipientia. Quæ tamen à Cujacio, post Alvarottum & Ardizonem, collecta, eandem cum cæteris; ejusdem Cujacii judicio, fidem merentur & auctoritatem. De origine Feudorum, librorumque Feudalium plura videri possunt apud Marquardum Freherum, Gulielmum Fornerium & Ant. Contium, in *Tractatib. d. Feudis*; in Nicolai Vigelii & Ever. Bronchorstii Methodo Feudorum, aliisque.

TIT. III.

De Legibus, Senatusque Consultis, & longa Consuetudine. *Cod.* 1. 14, 16. 8. 53.

1. Lex hoc loco accipitur vel pro omni Jure, sive scripto, sive non scripto *l.* 1. 2. *h. t. l.* 1. *C. Ne fidei. dot. dentur.* tam naturali, quam civili. *l.* 24. *d. Stat. hom. l.* 7. *de Bon. damn.* vel pro jure civili & positivo, quod naturali opponitur. *l.* 31. *D. l.* 4. *C. h. l.* 29. *C. ad L. Jul. d. adult.* vel pro jure scripto. *l.* 32. 37. *h. t.* vel pro ea parte juris scripti, quam Populus Romanus Senatorio magistratu rogante constituit. §. 4. *l. d. J. Nat. G. & Civ. l.* 7. *d. J. & J. Gell. Noct. Attic.* 10. 20. vel denique pro lege XII. Tabb. Papiâ Poppæa, aliâve singula-

gulari. *l.* 130. *d. V. S. l.* 13. §. *ult. d. Servit. præd. rustic. l.* 21. §. 1. *l.* 24. *ff. de Donat.*

2. Quatenus accipitur pro quolibet jure positivo recte definitur in *l.* 1. & 2. *h. v. Gell. lib.* 10. *c.* 20.

3. Lex est vel Divina vel Humana. Divina est vel innata omnibus, vel à Deo lata, quæ est vel Moralis, vel Ceremonialis, vel Judicialis, sive Forensis aut Politica.

4. Præterea lex dividi solet, quod sit vel Universalis, vel Particularis. *Universalis* est, quæ omnes homines, imperio legislatoris subjectos, obligat ad sui observantiam, ut inter leges divinas naturalis & moralis; inter humanas illæ, quæ conduntur ab eo, qui supremam majestatem habet. *l.* 1. *d. Const. pr. l. ult. C. h. Particularis* est, quæ fertur à potestatibus inferioribus, veluti Civitatibus aliisque universitatibus, non invito eo, penes quem est summa majestas *l.* 9. *d. J.* & *J.* Quæ leges particulares sive municipales non habent obligandi vim, nisi quatenus non sunt juri communi contrariæ *l.* 9. *d. Leg. Rhod. d. Jact. l.* 3. §. 5. *d. Sep. viol.* §. *ult. I. d. Satisd.*

5. Legem condere est Principis, Populi liberi, vel aliorum, qui habent majestatem, jubendique & cogendi potestatem. *l.* 9. *d. J.* & *J. l.* 9. *l.* 32. §. I. *D. l. ult. C. h.*

6. Ad formam modumque ferendæ legis nihil requiritur, præter certam & apertam legislatoris voluntatem. *l.* 32. *h. t. l.* 1. *d. Const. princ. l.* 6. *C. Qui bon. ced. l.* 6. *C. de Usucap. pro emptore* §. 10. *I. d. J. N. g.* & *civ.* Quæ postquam significata & promulgata est, statim obligat eos, in quorum notitiam pervenit. v. *l.* 9. *C. h. l. ult. ff. de*

ff. de Decret. ab ord. fac. Sic tamen ut intra duorum mensium spatium locus sit probandæ justæ ignorantiæ causæ, quo sensu accipienda videtur *Nov.* 66.

7. Legis rite promulgatæ effectus est, *subditos* (i. e. cives & incolas in territorio legislatoris degentes. *l. ult. d. Jurisd. l.* 7. §. 10. *d. Interd. & rel.*) obstringere & obligare ad sui observantiam, imperare, vetare, permittere, punire. *l.* 7. *D. h.* non suadere. v. *Senec. Epist.* 95. licet sæpe leges suadeant & consilium dent. §. 3. *I. d. Pup. subst. l.* 1. §. 3. *D. d. Peric. & comm. l.* 24. *d. R. V. l.* 45. *ad SC. Trebell. l.* 9. *d. Susp. tut.*

8. Sed & hic legis effectus est, quod quidquid fit contra legem, regulariter sit ipso jure nullum. *l.* 5. *C. h. l.* 112. §. 3. *d. Leg.* 1. *l.* 15. *Si serv. vindic.* §. 12. *d. Nupt. l.* 1. *D. d. Inj. rupt. l.* 12. *C. d. Testam. l.* 2. *C. Quand. prov. non est nec. l.* 26. *de Test. tut.* Nisi lex aliquid fieri vetet, & pœnam, si contra factum sit, nominatim constituat. Exempla sunt in SCto Vellajano & Macedoniano, & alibi.

9. Denique huc pertinet, quod leges non modo Divinæ, sed & Humanæ subditos obligent, non tantum ad pœnam & obedientiam, sed & ad conscientiam. *Rom.* 13. 1 *Pet.* 2. nisi voluntas legislatoris manifeste contraria sit auctoritati Legis Divinæ. *Act.* 4. 19. & 5. 29.

10. Atque his Legis effectibus locus est, si feratur, ut ferri debet, in futurum: Neque enim vis & potestas legis extenditur in præteritum. *L.* 22. *D. l.* 7. *C. h. t. l.* 29. *in f. C. d. Testam.*

11. Interpretari leges est vel Legislatoris, vel Consuetudinis, vel Judicum seu Magistratuum,

vel

vel JCtorum. Interpretatio legis, ut ea vel mentem legis latæ egrediatur, vel vim juris habeat, est solius Principis. *l.* 1. *l.* 9. *l. ult. C. h. t. Nov.* 143. *pr.*

12. Sed & si verba legis sint obscura & perplexa, ut dubium sit, an ex mente Legislatoris ad eam, de qua quæritur, facti-speciem applicari possint, soli Principi competit interpretatio. *l.* 11. *D. l.* 9. *l.* 11. *C. h. t. l.* 1. *in f.* & *l. seq. d. Reb. cor. l.* 11. §. 2. *d. Minor. Vinn.* 1. *Sel. Quæst.* 2.

13. A Judicibus tamen & JCtis etiam fieri potest interpretatio, si verba legis nec adeo sint obscura, quin mens ejus argumentando ex præcedentibus & consequentibus educi possit, nec adeo aparta, quin aliquam desiderent ex æquo & bono interpretationem. *l.* 12. & *seq. D. l. ult. in fin. C. h.* sive verba legis sint extendenda & ad similia producenda, ut in *l.* 13. *d. Testib. l.* 32. *ad L. Aquil. l.* 4. *d. Fundo dot. l.* 7. §. 2. *d. Jurisd. l.* 16. *d. Sponf. l.* 13. §. 2. *d. Excus. tut. l.* 64. §. 1. *d. C.* & *D.* sive ex mente legislatoris restringenda, ut in *l.* 40. *d. Pet. her. l.* XI. *d. In jus voc. l.* 25. *D.* & *l.* 6. *C. h. t.*

14. Ut autem has Leges interpretandi partes implere possint Judices, & JCti, ratio & juris auctoritas vult 1. Ut plus æquitati, quam rigori summi & stricti juris tribuant. *l.* 18. *h. l.* 90. 168. & 192. *d. R. J. l.* 8. *C. d. Jud. l* 4. *in f. d. Eo quod cert. loc.* 2. In re dubia benignorem sententiam sequantur *l.* 3. *d. His q. in test. del.* 3. Verbis tamen legis, quantum fieri potest, serviant. *l. l.* §. 20. *d. Exerc. act. l.* 8. *d. Public. act. l.* 1. §. 4. *ad SC. Turpil. l.* 91. §. 3. *de V. O.* 4. Ut verba legis explicent secundum communem usum loquendi. *l.* 7. §. *ult. d. Sup. leg. l.* 69. *d. Leg.* 3. 5. Et quidem cum effe-

effectu, ut aliquid operentur, vetent, puniant, permittant. *l.* 7. *h. l.* 5. §. 2. *Ne quis eum q. in jus voc. l.* 172. §. 1. *de R. J. l.* 12. *de Reb. dub.* 6. Ut æquam & utilem Reip. legem interpretatione juvent potius, quam restringant. *l.* 64. *d. Cond & dem. l.* 18. *l.* 25. *h.* 7. Ne, quod contra rationem juris receptum est, temere producant ad consequentias. *l.* 14. 15. *h. l.* 141. *l.* 162. *d. R. J.* 8. Ne Constitutiones pœnales facile extendant. *l.* 19. *d. Lib. & post. l.* 11. 42. *ff. de Pœn.* 9. Ut prudenter Legislatoris voluntatem, quæ omnes casus comprehendere nequit, *l.* 10. *& seqq. h.* in casibus similibus ob rationes similes, extendant & producant, *l.* 13. *eod. Senec. Controv.* 4. *c.* 27. Nam ubi eadem est ratio, eadem plerumque est juris constitutio. *l.* 32. *ad L. Aq. l.* 4. *d. Fund. dot.* 10. *l.* 7. *C. ad L. Falc.* Ut diligenter semper inquirant in animam legis, rationem; non tamen nimis anxie: ne nimis callida interpretatione leges ludificentur. *l. pen. D. Ad Exh.* Nam non omnium, quæ à majoribus constituta sunt, ratio reddi potest, & ideo in rationes eorum, quæ constituta sunt, sæpe inquiri non oportet: alioquin multa ex his, quæ certa sunt, subverterentur. *l.* 20. *l.* 21. *h.* Multa enim jure civili, contra subtilem & sophisticam rationem disputandi, pro communi utilitate recepta sunt. *l.* 51. §. 2. *ad L. Aquil.* 11. Ne certi apertique, licet forte iniqui, juris auctoritatem cerebrinæ & imaginariæ æquitatis prætextu eludant. *l.* 12. §. 1. *Qui & a quib. man. l.* 91. §. 3. *d. V. O. Tacit.* 14. *Ann. c.* 44. 12. Quanquam, si verba legis non sint extra dubitationis aleam posita, sed sensum absurdum vel iniquum continere videantur, ad præsumptam mentem Legislatoris potius, quam ad corticem verbo-

rum

rum ſit attendendum. *l.* 13. §. 2. *d. Exc. tut. l.* 13. *in f. d. Teſtib. l.* 18. §. 3. *d. Inſtr. legat. l.* 69. *d. Legat.* 3. *l.* 67. *l.* 96. *d. R. Jur. l.* 19. *h. t.* Denique ut alias interpretandi regulas obſervent, quæ cuivis attendenti in ipſis legibus occurrunt. *l.* 24. *h. t. Wiſſemb. ad tit. de aleat.*

15. Præter Principem, Judices, & JCtos, optima quoque Legum interpres est Conſuetudo. *l.* 37. 38. *h. t. l.* 34. *d. R. J.*

16. Est autem Conſuetudo *Jus non ſcriptum, per continuam actuum freqentiam, & diuturnum temporis ſpatium, tacitâ populi voluntate introductum. l.* 32. *l.* 35. *h.* §. 11. *I. d. J. Nat. G. & Civ.* Ad Conſuetudinem nihil deſideratur, niſi conſenſus populi. *d. l.* 32. & in ſtatu quidem Populari, ſolus; in ſtatu Monarchico, ſi certa vel præſumpta Principis voluntas non refragetur.

17. Vis & effectus Conſuetudinis est quod legis vim habeat. *l.* 32. 35. *l.* 36. *l.* 38. *h. t. Liv lib.* 45. *c.* 32. *Gell.* 11. *c.* 18. legem interpretetur. *l.* 37. 38. *h.* &, ſi contraria, & poſterior ſit, abrogare poſſit. *d.* §. 11. *I. l.* 32. §. 1. *in f. h.* Nec movet in contrarium *l.* 2. *C. Quæ ſit long. conſ.*

18. Conſuetudo, quia facti est, probatur præjudiciis, *l.* 34. *h. t.* teſtibus, actis publicis; nam & ipſa conſuetudo, memoriæ causâ, literis conſignari potest & ſolet. Probatio autem incumbit ei, qui conſuetudinem allegat. *l.* 1. *C. Q. ſit log. conſ. l.* 4. *ff. d. Cuſt. & exhib. reor. l.* 3. *C. d. Ædif. priv. l.* 2. *de Prob.*

19. Atque hæc ita, ſi conſuetudo non ſit ratione deſtituta: Nam quod non ratione introductum, ſed errore primum, deinde conſuetu-

tudine obtentum est, vim juris non habet *l.* 39. *h. t. d. l.* 1. *C. Nov.* 134. *c.* 1. *in f.*

20. Sctum est *Jus quod Senatus jubet atque constituit.* §. 5. *I. d. Jur. Nat. Gent. l.* 2. §. 9. *d. O. J.* Quod habet vim legis per se, si majestas sit penes Patres; non nisi permittente Populo aut Principe, si status sit Popularis aut Monarchicus. *l. un. C. d. SCt. l.* 8. *l. ult. C. h.* In Rep. Romanâ Scta non habuere vim legis, nisi sub Cæsaribus. Solebant scilicet post occupatam Rempubl. Romani Principes, ut umbram aliquam & simulacrum pristinæ libertatis reliquum facerent, ea, quæ constituturi essent, in Senatu Orationibus complecti, censendi de his arbitrio Senatui relicto, quas deinde Orationes Scta sequebantur. *l.* 20. §. 6. *d. Pet. her. l.* 16. *d. R. N. l. pen. ad SCt. Tert. Suet. in Claud. c.* 25. Quare quod uno loco Scto, sæpe alio Orationi Principis tribuitur. *l.* 1. *In. quib. caus. pign. junct. l.* 24. *d. Reb. Auct. jud. possid. l.* 52. §. 10. *Pro Soc. l.* 60. *d. R. N. junc l.* 59. *eod. tit. l.* 8. *d. Trans. junct. l.* 23. §. 2. *d. Cond. ind.* Uti sæpe Legi tribuuntur quæ Scto, ad Legem postea adjecto, sunt introducta. *l. un. in f. d. Off. Cos. junct.* §. 4. *I. Qui & ex quib. caus. man.* §. 4. 5. *Inst. d. Publ. jud. v. l.* 13. *D. ad L. Corn. d. Sic. l.* 11. §. 2. *eod. l.* 15. *D. ad. L. Corn d. Fal.*

21. Plebiscitum est *Jus quod Plebs plebejo magistratu, ut Tribuno, rogante, constituit.* §. 4. *I. d. J. Nat. G. & Civ. Gell.* 10. 20. *l.* 2. §. 20. *d. O. J.* Plebiscita autem, postquam Plebs lege Horatiâ & Hortensiâ ferendæ legis postestatem est consecuta, *Gell.* 15. 27. eandem cum lege vim & potestatem habuerunt, & Legis appellatione continentur, ut exemplo L. Falci-

diæ, & Aquiliæ, Furiæ, Voconiæ Maniliæ constat. *v. l.* 1. *ad l. Falc. l.* 1. *ff.* §. 15. *J. ad L. Aquil.*

22. Prætorum Edicta sunt *Jus, quod Prætores. aliique id genus magistratus, supplendi, corrigendique Juris Civilis causâ, constituebant*, ab auctoribus *Honorarium* dictum. §. 7. *I. d. J. Nat. & Civ. l.* 7. *l.* 8. *d. J. & J. l.* 2. §. 10. *d. O. J.* ut tamen Edicta eorum jus constitutum & receptum abrogare nequeant. *l.* 12. §. 4. *d. Publ. act. l.* 12. §. 1. *d. Bon. poss. l.* 1. §. 1. *d. Fer. l.* 14. *de Testib.*

23. Responsa Prudentum sunt *Sententiæ & Opiniones JCtorum, quibus publicâ auctoritate permissum erat de jure respondere.* Quæ potestas postquam illis ab Augusto concessa erat, tanta cœpit esse eorum auctoritas, ut Judicibus à sententiis & opinionibus eorum recedere religio esset. §. 8. *I. d. J. Nat. G. & Civ. l.* 2. §. 5. 12. *d. O. J. l. un. C. Theod. d. Resp. prud. l.* 1. §. 6. *C. d. J. vet. enucl.* Unde plus semel juris Auctores & Conditores dicuntur. *l.* 17. *d. J. Patron. l.* 6. *C. d. Don. int. V. & U. l.* 23. *C. d. Procur. l.* 3. *Si pars hered. pet.* & passim. Quamquam alioquin Jctorum Responsa, Prætorumque Edicta, utpote ab iis auctoribus profecta, qui majestate carent, minus proprie *jus* dicantur. v. §. 7. *J. de Exception*

24. Lex, Sctum, aliæque juris partes tolluntur aut mutantur contraria lege posteriore. *l. ult. d. Const. princ. l.* 6. §. 2. *d. J. Codicill.* vel per *Abrogationem*, vel per, *Derogationem.* vel per *Suprogationem*, vel per *Obrogationem.* v. *Ulp. Fragm. Tit.* 1.

25. *Abrogatur* lex, cum prior lex in totum tol-

tollitur. *Derogatur* legi, cum pars primæ tollitur. *Subrogatur*, cum adjicitur aliquid primæ legi. *Obrogatur*, cum mutatur aliquid ex primâ lege. *Ulp. d. loc. l.* 102. *d. V. S. l.* 45. §. 1. *l.* 80. *de R. J.*

TIT. IV.

De Constitutionibus Principum.

Cod. 1. 14. 15. 19. 20.

1. Constitutio Principis est *Jus*, *quod Princeps quovis modo*, *eo animo constituit*, *ut sit lex*, *& legis habeat vigorem. l.* 1. *h.* §. 6. *I. d. I. Nat.*

2. Postquam enim Populus lege Regiâ omnem suam, & tantum non Regiam potestatem *Principi & in Pricipem* concessisset, Princeps eam consecutus est potestatem, non modo ut leges ferre posset, sed & ut legibus civilibus solutus esset. *l.* 1. *h.* §. 6. *I. d. J. N. G. & C. l.* 31. *d. Legib. l.* 56. *d. Leg.* 2. *l.* 3. 19. *C. d. Testam. l.* 26. *C. d. Donat. int. V. & Ux. l.* 23. *d. Leg.* 3. Dico *Civilibus:* quia, in iis, sive à se ipso, sive à decessoribus latæ sint, superiorem non agnoscit. v. *l. pen. d Rec. arb. l.* 13. §. 4. *ad SC. Treb.* Nam Naturalibus & Divinis, cum in iis agnoscat, vel certe agnoscere debeat, auctorem Deum, ut & regni fundamentalibus, ob fidem promissionis, jurejurando firmari solitam, omnino tenetur. Sed & ipsis legibus civilibus, quibus soluti sunt, boni & generosi Principes submittere solent principatum, & exactam juris observantiam prærogativâ sibi concessa antiquiorem habere. *l.* 4. *C. de Legib d. l.* 3. *C. d. Testam.* §. *ult. Inst. Quib. mod. test. inf. l.* 23. *d. Leg.* 3. v. & *l.* 8. §. 2. *ff. de*

Inoff. Testam. l. 4. *C. ad L. Falcid. l.* 7. *C. Qui testam. fac. poss.*

3. Lex autem Regia dicitur, non ab auctore, quasi lata sit à Rege aliquo, sed à subjecta materia, Regiâ scilicet potestate à populo proroganda in Augustum, ejusque successores, eadem ratione, ut lex Annalis, lex Tabellaria. *Plin.* 3. *Ep.* 20. Prædiatoria. *Suet. in Aug. in Cl. c.* 9. aliæque. Videtur autem nihil aliud fuisse quam rogatio, decretum, instrumentumque sive formula, qua continebantur capita pactorum & conditionum, sub quibus, jussu Populi & auctoritate Senatus, regnum alicui defertur. Quæ rogatio non tempore Augusti, sequutorumque proximè Imperatorum (quo populus ipsique Principes imprimis exsecrabantur Reges & quidquid regium dicebatur) sed posterioribus temporibus, &, ut videtur sub Cæsaribus Antoninis, à Jctis nostris *Lex Regia* appellata est. Quæ quidem verior nobis in re obscurâ & intricatâ videtur opinio, magni Gronovii, aliorumque virorum eruditorum judicio & auctoritate firmata.

4. Modi, quibus Principes aliquid de jure constituebant, fere sunt Decretum, Interlocutio, Oratio, Edictum, Mandatum, Rescriptum.

5. Decretum est *Sententia Principis, causâ cognitâ, inter partes litigantes pronunciata. l.* 1. *ff. l.* 3. *l. ult. pr. C. h.* §. *ult. I. d. Vulg. subst. l.* 3. *d. His q. in test. del.* inscr. *l. ult. d. C. & Dem. l. ult. ad Sc. Treb.*

6. Interlocutio Principis est *Sententia non definitiva, quam de plano interlocutus est sive pronunciavit. l.* 1. §. 1. *h.* quæ vim legis habet, si ita Principi visum sit. *l.* 3. *& ult. C. h.*

7. Edi-

7. Edictum est *Quod Princeps proprio motu, sine Consultatione alterius, ad subditorum utilitatem constituit. d. l. 3. C. h. §. ult. I. d. Usucap. l. 6. C. d. Sec. nupt.*

8. Oratio est *Relatio ad Senatum, quam vel ipse Princeps in Senatu recitabat, vel recitari per Quæstorem jubebat, ut in ejus sententiam fieret Sctum. d. l. 3. l. 8. pr. d Transf. l. 3. l. 32. d. Don. int. V. & U. l. 20. §. 6. d. Her. pet. l. 1. d. Reb. eor. l. un. d. Off. Quest.* v. *Brisson. Selecti. Antiquit. l. 1. c. 16.*

9. Mandatum Principis est *Præceptum Præsidibus provinciarum, aliisve magistratibus in speciali negotio*, velut in suscipiendo magistratu, *datum. t. t. C. d. Mandat. Princ.* mandata autem dabantur vel publicé, quæ *Commonitoria*, vel clam, quæ *Secreta* vocabantur. *l. 2. dict. tit. Cod.*

10. Rescriptum Principis est *Jus, quod Princeps vel ad libellos supplices partium, vel ad consultationes magistratuum constituebat.* Principes enim non modo absentes, sed & præsentes, non modo à magistratibus, sed & á privatis consuli & per libellos adiri solitos fuisse, tralatitium est. *l. 9. §. 4. Loc. cond. l. 17. d. J. Patron. l. 33. d. Re jud. l. ult. d Off. Proc. Cæs. l. 23. d. Us. leg. l. 4. d App. recip. Tacit. Ann. 4. 39. Sueton. in Aug. c. 53.* v. *Brisson. Select. Antiq. lib. 3. c. 7.*

11. Datur autem Rescriptum vel ad libellum privati in causa privata, quod proprié dicitur *Annotatio*, sive *Subscriptio*, vel *Subnotatio*; vel ad Præsidis Relationem de negotio dubio, quod dicitur *Epistola, §. 6. I. d. J. nat.* vel datur de publico negotio ex consilii sententia, vel ad petitionem alicujus Universitatis, quod dicitur *Sanctio, sive Lex Pragmatica. l. 7. & t. t. C. d. Divers. rescr. & Pragm. sanct.*

12. Sunt autem omnes Constitutiones vel Universales seu Generales, vel Singulares sive Personales.

13. Universales, quæ universum populum, Principi subjectum, obstringunt. *l.* 3. 9. 10. *C. d. Legib.*

14. Personales, seu singulares, sunt, quibus jus aliquod singulare in certæ alicujus personæ gratiam aut odium constituitur, quæ & *Privilegia* dicuntur. §. 6. I. *d. J. nat. G. & C. Gell.* 10. 20. v. l. 1. §. 1. *d. J. Immunit. l.* 12. *& seq sol. matr. l.* 16. *d. Re jud. l.* 42. *d. Adm. tut.* Quæ nec ad exemplum trahuntur, nec ad successores transeunt, sed cum personâ extinguuntur. *l.* 1. *h. t. l.* 68. *l.* 196. *d. R. J.* Nisi privilegia causæ vel rei magis, quam personæ, sint concessa. *d. l.* 42. *junc. l.* 33. §. 2. *de Admin tutor. & l.* 19. §. 1. *de Reb. auct. jud. l.* 1. §. 43. *d. Aq. quod. l.* 3. §. 1. *l.* 4. §. 3. *d. Censib. l.* 29. *d. Re jud. l.* 7. §. 1. *de Except. l.* 10. *Cod ad Sc. Vellej.*

TIT. V.

De Statu Hominum.

1. Status hominum hic nihil aliud est, quam *Conditio & qualitas personarum* sive illa sit Naturalis, ut differentia sexus, sive Civilis, quam quisque in Societate Civili tuetur, petita à conditione Libertatis, Civitatis, & Familiæ *l. ult. d. Cap min. l.* 3, *de interd. & releg.*

2. Hinc prima & summa personarum divisio est, quod homines vel Mares sint Feminæ. *v. l.* 152. *d. V. S. Cic.* 4. *ad Fam.* 5.

3. Fo-

3. Feminarum, ut in multis deterior, ita & in quibusdam melior est conditio, quam virorum. v. *l.* 9. *h. l.*12.§.2.*d.Jud.l.*2.*d.R. J l.*1.*ff. de Senator. l.* 12. *C. Qui pot.in pign.t.t D.& C. ad SC.Vellej.l.*15.§.4.5.*D.ad.L.Corn.d.Falf.l.* 5.§. 1. 3. *C. ad L. Jul.maj. Nov.* 134.*c.*9. & 10

4. Hermaphroditus ejus sexus æstimandus est, qui in eo prævalet. *l.* 10. *h. Gell.* 9. 4. *in. f. Ovid. lib.* 4. *Metam. v.* 376. & *seq.*

5. Altera hominum divisio est, quod sint vel Nati vel Nasciturі. Qui in utero sunt, licet nondum sint nati, pro natis tamen habentur, quoties de commodis eorum agitur. *l.*7. 26. *h.l.* 231.*d.V.S.l.*1.§.8.*l* 7.*de suis& legit.hered.*non item cum vertitur commodum alicujus tertii, *l.* 2. §.6.*d.Excus.tutor.* nisi id complectatur per consequentiam utilitatem ipsius partus.*l.*18.*h.l.* 3.*d. Pœn. l.* 1.§. 3. *l.* 5.*l.*7.*d.Vent.in Poss.mitt.* Nati vel Legitimi sunt, vel Illegitimi. Legitimi, qui ex justis nuptiis, justo & legitimo tempore, nascuntur. *l.* 19.*h. l.*5.*de In jus voc.* Justum autem tempus hic est, quod nec brevius est septimestri spatio, sive 182. diebus, nec excedit mensem decimum perfectum. *l.* 12. *h. l.* 3. §. *pen.* & *ult.d.Suis & leg.her. Gell.*3.16.*Nov.*39.*c.*2. ubi v. Gothofr. Illegitimi sunt Spurii, Naturales seu Nothi, & Incestuosi, atque Adulterini. v. *l.* 23. *l.* 24. *h. t. t. C. d. Natur. lib.* §. 12. *J. de Nupt. l.* 9. *ad Municip.*

6. Qui exsecto matris ventre in lucem prodiit, non quidem proprié natus, sed tamen editus filius dicitur. *l.* 132. §. 1. *l.* 141.*d.V.S.l.* 1.§.5.*ad SC.Tertul. l.*6.*in f. princ. d. Inoff. test.l.* 12. *d Lib.* & *post. l.* 2. *de Mortuo infer.*

7. Partus autem, antequam edatur, mulieris

vel viscerum portio habetur. *l.* 1. §. 1. *d. Ventr. Insp. l.* 9. §. 1. *ad L. Falcid. l* 161. *de V. S.*

8. Monstra liberorum aut hominum nomine vel numero non censentur. *l.* 14. *h. pen. C. de post. her. inst.* licet, ad evitandas pœnas orbitatis, pro talibus habeantur. *l.* 38. *l.* 135. *d. V. S Paul. Recept. Sent. lib.* 4. *tit*9. §. 3. *ibique Schulting.*

9. Tertia hominum divisio est, quod sint vel Liberi vel Servi, *pr. I. l.* 3. *D. h.* Libertatis & Servitutis definitio nota est ex §. 1. *I. l.* 4. *D. h.*

10. Servi aut nascuntur, aut fiunt. Nascuntur in nostra potestate ex ancilis nostris. *l.* 5. *l.* 19. *h.* Ratio est in *l.* 25. *d. Usur. l.* 49. *ff. d. R. V. l.* 7. *Cod. eod.*

11. Fiunt aut jure gentium, aut jure civili. Jure gentium per captivitatem ab hostibus, in bello justo factam. *d. l.* 5. §. 3. §. 3. *I. h. v. l.* 118. *d. V. S. l.* 21. §. 1. *l.* 24. *d. Capt. & postl.*

12. Jnre Civili 1. cum mojor 20. annis ad pretium participandum. *d. l* 5. §. 4. *I. h.* vel ad actum gerendum; *l.* 6. §. 5. *d. Iuj. rup.* se venundari patitur, modo, non ignarus conditionis suæ, venditus sit ignoranti conditionem venditi. *l.* 2. *Si ing. esse dic. l.* 7. §. 2. *d. Lib. caus.* &. si venditio fiat ad pretium participandum, venditus partem pretii vere acceperit. *l* 1. *Quib. ad lib. procl* 2. Ob delictum, cum quis, in metallum, vel aliter damnatus, servus pœnæ fieret. *l.* 8. §. 4. 11. 12. 29. *d. Pœn. l.* 24. §. 5. *d. Fid. lib.* quæ tamen servitus abrogata est per Justinianum in *Nov* 22. *c.* 8. 3. Ex SCto Claudiano. *v. t. Inst. d. Success. sublat. Suet. in Vesp. c.* 11. *Tacit.* 12. *Ann. c.* 53. 4 Ob ingratitudinem liberti erga patronum. *t. C. d. Libert. & ecr. lib. Nov.* 78. *c.* 2. 5. In Casu *l.* 4. §. 10. *d. Re mil.* 13. Ser-

13. Servorum, quantum ad ſtatum perſonalem attinet, una eademque conditio, nullaque adeo differentia est. *l.* 5. *ff.* §. *ult.* *I. h.* quanquam varia eorum ſint miniſteria. v. *l.* 15. §. 44. *d. Injur.* *l.* 1. §. 3. *Naut. caup.*

14. Statu liberi ſervi potius ſunt, quam ſui juris. *l.* 9. *l.* 16. *l.* 25. *l.* 29. *d. Statul.* *l.* 12. §. 1. *Fam. erc.* niſi quod, ob inſtantis libertatis ſpem, plus ſemel pro liberis habeantur. *l.* 9. §. *ult. d. Pœn.* *l.* 14. *d. Quæſtion.* *l.* 33. *d. Solut.* *l.* 13. *C. d. Teſtam. man.*

15. Adſcriptitii glebæ, i. e. Homines certo fundo colendo addicti & mancipati, *l. un. C. d. Colon. Thrac.* (11. 51.) licet in ſervili quodammodo ſint conditione, *l.* 7. 21. *ult: C. d. Agric. & Cenſ.* ſervis tamen propriè dictis opponuntur, & multis nominibus ab iis differunt. *v. l.* 2. 4. 23. §. 1. *C. d. Agric. & Cenſ.* (11. 47.) *Nov.* 123. *c.* 17.

16. Vis & effectus ſervitutis jure veteri erat, plena & abſoluta vitæ necisque & bonorum poteſtas. §. *ult. I. d. His qui ſunt ſui vel al. jur. t. j. Per. quas perſ.* Jure novo emendatio & modica coërcitio, cum proprietate bonorum ſervilium conjuncta. *l. un. C. d. Emend. ſerv. d.* §. *ult.*

17. Ab illâ rigida dominorum in ſervos poteſtate est, quod ſervi pro nullis habeantur. *l.* 32. *d. R. l.* 209. *eod.* nullum caput, i. e. ſtatum habeant. §. 4. *I. eod.* & quadrupedibus comparentur. 2. *ad L. Aquil.*

18. Servitus tollitur vel per manumiſſionem de qua in *Inſtit.* & *lib.* 40. *ff.* vel per adoptionem. §. *ult. I. d. Adopt.* vel ipſo legis beneficio, cum ob bene merita, etiam injuſſu domini, ad libertatem pervenirent. *t. D. Qui ſine man. ad lib.*

perv. Taceo servitutem, communi fere Orbis Europei consensu, esse oblitteratam; sed sine ratione: cum nec Divino nec Naturali, nec Gentium juri sit contraria, utilitati autem publicæ convenientissima.

19. Quarta personarum divisio est, respectu status Civitatis, quod sint vel Cives Romani, vel Peregrini. Cives Romani sunt, qui Jus & privilegia Civitatis Romanæ nacti sunt, quod fit vel origine, *l. 6. §. 1. ad Munic.* vel manumissione, *§. ult. I. d. Libert.* vel allectione sive adoptione. *l. 31. 32. d. J. Fisci. Ulp. Fragm. Tit. 3. l. 7. C. d. Incol.* (10. 39.) Jure novo ex Constitutione Ant. Caracallæ non modo omnes ingenui, sed & liberti in Orbe Romano degentes Cives Romani sunt. *l. 17. D. h. §. ult. I. d. Libert. l. 1. C. d. Dedit. Libert. toll.* (7. 5.).

20. Quot autem & quanta olim Civium Romanorum, præ incolis & peregrinis, fuerint privilegia & prærogativæ, nemo ignorat, nisi hospes in historia & Jure Rom. v. *l. 2. §. 23. d. O. J. Actor. 22. v. 25. & 28. l. 6. §. 2. D. l. 1. C. d. Her inst. ubi Gothofr. l. 31. 32. D. d. J. Fisc. l. 1. ad l. Falc. §. 2. I. d. Pat. pot. pr. I. d. Nupt.* B. Brisson. *Sel. antiq.* 1. 13. Sigon. *de Antiquo Jure Civium Roman. Goth. ad. d. l.* 32.

21. Cives Romani sunt vel Patresf. vel Filiifam. Patres fam. dicuntur omnes, qui sunt sui juris, licet nec patres sint, nec familiam habeant, *l. 4. tit. seq.* Quamquam alias, strictiore significatione, hac appellatione illi duntaxat veniant, qui principatum & dominium, cui ceteri suo quisque ordine subsunt, in familiâ obtinent. *l. 195. §. 2. l. 196. d. V. S*

22. Filiifam. sunt qui subsunt imperio pâtris quem

quem justæ nuptiæ demonstrant. *l.* 19. *h. l.* 3 *tit. seq. l.* 5. *de In jus voc.*

23. Cives Romani erant vel Patricii, vel Nobiles, vel Plebei; vel Pagani, vel Milites; vel Majores, vel Minores; Et hi iterum ve Infantes, vel infantiam egressi; iique vel infantiæ, vel pubertati proximi, vel puberes, vel minus plenam, vel plenam pubertatem adepti; denique vel sanæ mentis, vel mente capti, iique vel tales in specie, vel furiosi. De quibus suo loco & tempore plura.

TIT. VI.

De His qui sunt sui vel alieni Juris. *Cod.* 8. 47. 49. & 5. 19.

1. Sequitur altera personarum divisio, quod quædam personæ sint sui juris, quædam alieno juri subjectæ. Sui juris sunt, quæ, neque patriæ neque dominicæ potestati obnoxiæ, suo vote & arbitrio vivunt. Alieni juris sunt, quæ sunt vel in Servitute, de quâ suprâ, vel in Patria Potestate, quæ est *Jus, quod pater habet in liberos, eorumque bona, partim jure gentium, partim moribus P. R. introductum.* Cujus vis & effectus tam late olim patebat, ut pater in liberos absolutum jus vitæ necisque, & plenam bonorum, ab ipsis quæsitorum, proprietatem & dominium consequeretur, nullo fine modove circumscriptum. § 2. *I d. Patr. Pot. l.* 11. *inf. d. Lib & Post. her. l. ult. C. d. Patr. Pot.* Id quod postea mutatum est, sic ut patri sola emendatio & modica coërcitio salva sit *l.* 2. *D. ad Corn. d. sic l. un. C. d. Emend.*

Emend.Prop.l.3.C. d.Patr. Pot.l. un.C.de His q. par.vel. lib. occid.l.5. ad l. Pomp. 1. §. *ult d.lib. exhib.*

2. Quamquam hodieque umbræ quædam & simulacra ex pristino jure reliqua sint; ut constat ex *l.* 2. *C.d. Patrib. q. fil. distr.l.*20. *& seq.Ad.L. Jul.d.adult.pr.I. d. Nupt. pr.I.Quib. non est. perm. test.* §. 3. *I. d. Tutel.pr .I. d. Pup. subst. l.* 17. §. 10. *& seq. d. Injur.T. ff. de Sc. Meced.*

3. Adquiritur patria potestas. 1. Per justas nuptias.*pr.I.d.Nupt.* 2.Per liberorum emancipatorum ingratorum revocationem in pristinum statum.*l.un.C.d.Ingrat. lib.* 3. Per legitimationem. §. *ult. I. d. Nupt.* 4. Per adoptionem.

4. est autem legitimatio *Actus, Jure Civili introductus* (non autem *actus legitimus*) *quo liberi naturales, vel ab initio, vel postea per ratihabitionem consentientes, fiunt legitimi.* §. *ult. I. d.Nupt.l.ult.h.Nov.*89.*c.*1.*Nov.*18.*c.ult.N.*74.

5. Modi legitimationis sunt. 1. Subsequens matrimonium. *d.* §. *ult. l.* 5. 6. 10. 11. *C. d. Lib. nat.* quocunque tempore modòque rité contractum. *d.* §. *ult.* 2. Rescriptum Principis. *Nov.* 89. *c.*9. *Nov.*74. *c.*2. 3. Oblatio Curiæ. *l.* 3. 4. *l.* 9. §. *ult.C.d. Nat. lib. Nov.* 89. *c.*2. *& seq.* 4. Adoptio.. 6. *C.de Nat lib.* qui modus sublatus est per *l.* 7. *C. eod.* Huc referri solet & Nominatio filii filiæve instrumento publico, sine adjectione, quod sint nothi seu naturales. Quo tamen casu pater magis præcedens matrimonium agnovisse, quam veré legitimasse videtur. *Nov.* 117. *c.*2. *arg. l. un.* §. 10. *C.d.Lat.lib.toll.v.l.* 5. *C.de Testam.*

TIT. VII.

De Adoptionibus, Emancipationibus, & aliis modis, quibus patria poteſtas ſolvitur.

Cod. 8. 48. 49.

1. Sequitur quartus conſtituendæ patriæ poteſtatis modus, Adoptio, quæ nihil aliud eſt quam *Actus legitimus*, *l.* 4. *D. l. ult. C. h. l.* 3. *d. Off. Proc. Gell.* 5. 19. *quo liberos alienos*, *l.* 7. §. *ult. C. d. Natur. lib non invitos*, *l. ult. ti. præc. d. l. pen. C. h. l.* 5. 6. *D. h. in jus liberorum noſtrorum adſciscimus. l.* 2. *l.* 44. *h. t.*

2. Atque hæc eſt vel Adoptio in ſpecie dicta, vel Arrogatio. §. 1. *I. l.* 2. *D. h. Gell. d. loc.*

3. Adoptio in ſpecie dicta eſt *Qua liberos in poteſtate patris, ſive naturalis, ſive adoptivi, poſitos auctoritate magiſtratus adoptamus.* §. 1. *I. l.* 4. *D. l.* 1. *C. h. t.*

4. Hæc olim, etſi ab extraneo facta, indiſtinctè tribuebat patriam poteſtatem. *l.* 2. 32. 34. 37. §. 1. *h.* Exceptis tamen tribus caſibus, quos v. in §. 10. & *ult. Inſt. h. t. Suet. Cæſ.* 83. *Aug. c.* 101. Jure novo non niſi ab aliquo adſcendentium facta ſit; nam ab extraneo facta tantum tribuit jus educandi, alendique, & patri adoptivo ab inteſtato ſuccedendi. §. 2. *I. l. pen. C. h.* §. 14. *I. d. Hered. quæ ab inteſt.*

5. Arrogatio eſt *Qua perſona ſui juris conſentiens, cauſa cognita, olim populi, poſtea Principis auctoritate, ab eo, cui patriæ poteſtatis habendæ jus eſt, in filium famil. adſumitur.* §. 1. 11. *I. l.* 2. *l.* 15. *D. l.* 2. 6. *C. h. Gell.* 5. 19. *Ulpian. tit.* 8.

6. Ar-

6. Arrogari possunt personæ sui juris, etiam liberi emancipati à patre naturali. *l.* 12. *h. l.* 23. *de Liber. & post.* sive majores 25. annis, sive minores; modo minores adhibeant auctoritatem curatoris. *l.* 8. *h. l. ult. C. d. Auct. præst.* Licet autem etiam infantem in adoptionem dare possimus. *l.* 42. *h. t.* Impuberes tamen ex Constitutione Antonini arrogari non possunt, nisi 1. Præmittatur accuratior causæ cognitio. *l.* 17. §. 1. *& seqq. l.* 18. *h.* 2. Propinqui eorum in consilium adhibeantur. *l.* 2. *C. h.* 3. Nisi arrogator datis fidejussoribus caveat personæ publicæ, se, si pupillus intra pubertatem decedat, bona restituturum proximis agnatis. §. 3. *I. h. d. l.* 18. *h. t.* 4. Nisi adhibeatur auctoritas Tutorum. *l. ult. C. de Auctor. præst.*

7. Effectus arrogationis in genere est, quod arrogatus cum liberis, si quos habet, & omnibus bonis transeat in potestatem arrogatoris. §. 11. *I. l.* 15. 40. *D. h. l. pen.* §. *ult. d. Bon. poss. sec. tab.* Arrogationis verò impuberis effectus singularis est. 1. Quod pater filio ex justâ causâ emancipato vel exheredato sua bona reddat. §. 3. *I. h. l. ult. inf. Si quid in fr. patr.* 2. Quod impubes citra justam causam sive emancipatus, sive exheredatus, non modò bona propria recipiat, sed & quartam bonorum paternorum partem lucretur *d.* §. 3. *d. l. ult.* Quam quartam omnium bonorum potius, quam portionis ab intestato esse, verius est. *d.* §. 3. *l.* 2. *C. h. t. l.* 8. §. 15. *d. Inof. test. l. ult. Si quid in fraud. patr. l.* 1. §. 21. *d. Collat. l.* 22. *D. h.*

8. Communis arrogationis & adoptionis effectus est, quod non quidem jus sanguinis, *l.* 23. *h.* sed consanguinitatis, & agnationis, *d. l.* 23.

l. 44.

l. 44. *h. l.* 1. §. 4. *Und. cogn.* omniaque familiæ jura, *l.*11. §. 2. *d. Bon. pos. sec tab.* ut & nomen patris adoptantis transferat in filium adoptivum. *Suet. in Cæs.* 84. adeoque & jus nobilitati paternæ. *arg. l.* 13. *l.* 35. *l.* 44. *h. l.* 6. *de Senat. Tacit.* 4. *Annal. c.* 1. *&* 1. *Histor. c.* 15.

9. Ætas, personæ, quæque alia requisita adoptioni cum arrogatione communia sunt, ex Institutionibus, nota sunt.

10. Solvitur patria Potestas 1. Emancipatione, quæ est *Legitima filii f. è patria potestate dimissio.* Quæ olim ex L. XII. Tabb. variis ambagibus & solemnitatibus, v. *Brisson. lib* 1. *Select. Antiquit. c.* 11. §. 6. *J. Quib. mod. patr. pot.* jure novo vel coram Principe ex Constitutione Anastasii, vel coram competente Magistratu ex Constit. Justiniani fieri potest, atque inde est vel Legitima, vel Anastasiana, vel Justinianea. *l. pen. & ult. C. d. Emanc.* Hæc plerumque fit à patre volente. §. *ult. I. Quib. mod. pat. l.* 31. *h. l.* 4. *l. pen. C. d. Emanc.* Aliquando ab invito, ut in casibus expressis in *l. ult D. Si a par. man. l* 12. *C. d. Episc. Aud. l.* 92. *d. Cond. & Dem. l.* 3. §. 6. *d. Min. l.* 32. *& seqq. h.* Sed nec liberi inviti emancipantur. *l. pen. C. d. Em. Nov.* 89. *c.* XI. nisi se delinquendo patria potestate indignos reddant. *d.* §. *ult. I. h. l.* 132. *d. V. O.* Idque per modum abdicationis. v. *l.* 6. *C. d. Pat. pot. Corn. Nep. in Themist, c.* 1. *Val. Max.* 5 9.

11. Cum autem emancipatio jurisdictionis sit voluntariæ, *l.* 1. 2. *d. Off. Proc.* consequitur eam quocunque loco & tempore expediri posse. *l* 36. *h l. pen. C. d Emancip. l.* 8. *C. d. Fer. arg.* §. 2. *J. d. Libert.* Solvitur 2. Patria Potestas morte naturali. *pr. I. Quib. mod. pat.* 3. Morte civili. §. 1. 2.

1. 2. 3. *eod.* 4. Dignitate, olim quiden solâ Patriciatus. §. 4. *I. eod. l. ult. C. d. Consul.* Jure novissimo, quavis, quæ a Curiâ liberat. *Nov.* 81. *c.* 1. *Nov.* 38. *v. l. ult. C. d. Decur.* 5. Captivitate. *l.* 1 §. 1. *Ad SC. Mac. l.* 16. *d. Interr. injur.* quanquam, habito respectu ad fictionem postliminii & Legis Corneliæ, patris potestas per captivitatem non exstinguatur, sed tantum suspendatur. v. 5 §. *Inst. Quib. mod. pat. pot.* 6. Expositione infantis. *l.* 2. *C. d. Infant. expos.* 7. Secundis patris nuptiis cum incestu conjunctis *Nov.* 12. *c.* 2.

12. Patientia patris, filii res ut Patrisfam. vel per se vel per tutorem aut curatorem administrari permittentis, inducit tantum præsumtionem emancipationis. *l.* 1. *C. d. pat. pot. l.* 3. *d. SC. Maced.* v. *& l.* 2. §. 1. *Quod cum eo. l.* 1. §. 4. *Quand. de pecul. l.* 5. §. 1. *de Agn. lib.*

TIT. VIII.

De Divisione Rerum & Qualitate.

1. Summa Rerum divisio Justiniano est, quod sint vel In patrimonio vel Extra patrimonium. *pr. Inst. h. t.* Gajo autem, quod aliæ sint Divini, aliæ Humani juris. *l.* 1. *h.* Divini juris sunt, quæ nec sunt, nec esse possunt in privatorum bonis aut commercio, *Ovid.* 1. *Fast.* 609. *& seqq.* quo sensu dicuntur nullius. *d. l.* 1. §. 7. *I. h. t.* quales sunt res Sacræ, & Religiosæ, & *quodammodo* res Sanctæ. *d. l.* 1. §. 10. *I. h. t*

2. Res sacræ sunt *Quæ ritè, per Pontificem aut Principem, cultui divino sunt dedicatæ ac consecratæ.* §. 8. 1. *l.* 1. 9. §. 1. *h.*

3. Un-

3. Unde consequitur, res sacras non fieri privata auctoritate. *l.* 6. §. 3. *h.* licet Veteres etiam sacra privata habuerint. v. *l.*9. §. 1. *D. ad L. Jul. pecul. l.* 9. §. 2. *h. t. l.* 1. *d. Rit. Nupt. l.* 4. *Cod. de crim. exp. her.* v. & *l.* 20. *C. d. Nupt. l.* 12. *C. d. Collat. bon. Cicer. pro Domo sua.* 41.

4. Res sacras, cum sint commercio exemtæ, alienari non posse, nisi paucis casibus, notum est ex *l.* 9. §. *ult. h. t.* §. 8. *I. h. l.* 21. & *Auth. seq. C. d. SS. Eccl.*

5. Accedit hæc ratio, quod res semel consecratæ nunquam sacræ esse desinant. §. 8. *I. l.* 6. §. 3. *h. l.* 83. §. 5. *d. Verb. obl. Cic. pro Domo. c.* 40. *Plin.* 10. *Ep.* 76. nisi res sacræ captæ sint ex hostibus. *l.* 36. *d. Relig. l.* 4. *de Sep. viol.*

6. Adeo ut ne quidem res sacræ ab hæreticis consecratæ in usus profanos converti possint. arg. *l.* 16. *D. d. Usf. leg.* nisi sint consecratæ Diis fallis. *l.* 5. *C. d. Pagan.*

7. A rebus sacris differunt fundi Ecclesiastici, usibus piis & sacris destinati, qui non modo cogente necessitate, sed etiam suadente utilitate, vendi & permutari possunt. *l.* 14. *C. d. SS. Eccl. Nov.* 120. *c.* 7.

8. Res sanctæ sunt. *Quæ* proprié nec Sacræ nec Profanæ, sed *sanctione seu pœnali constitutione contra injurias hominum defensæ sunt. l.* 8. *l.* 9. §. 3. *h. t.* §. 10. *I. eod.* quales sunt portæ & muri civitatum. *d. l.* 8. *d.* §. 10. In quorum violatores capitis pœna statuta est. *d.* §. 10. *l. ult. h.*

9. Quæ pœna non modo ad portas & muros Urbis Romæ, sed & Municipalium civitatum pertinere vedetur. *d.* §. 29. *junct. l.* 8. §. *ult. h. l. ult. eod. l.* 3. §. 17. *de Re mil. Diff. alii.*

10. Præter muros & portas civitatum sanctæ

H quo

quoque erant & dicebantur Arces. *v. Ryck. d. Capitol. c.* 6. sed & Leges erant sanctæ. *v. l.* 41. *d. Pœn.* §. 5. *I. de J. N. G.* & *C. Horat.* 2. *Sat.* 1. *v.* 81.

11. Cæterum Res sacras, sanctasque, licet toto cœlo diversas, quandoque tamen populari usu loquendi promiscue insurpari, multis argumentis probare in proclivi est, & é Pontificio Jure docet. Macrobius 3. *Saturnal. c.* 3.

De Rebus Religiosis abunde dicetur infra *ad Tit.* 7. *lib.* 11.

12. Res humani juris sunt, *Quæ in Dominio, ac potestate hominum sunt, vel esse possunt.* Suntque vel Publicæ vel Privatæ. *l.* 1. *pr. h.* Res publicæ sunt, *Quarum proprietas alicujus populi, usus omnium hominum communis est. pr.* §. 2. *I. h. t. l.* 15. *d. V. S.* Atque hæ sunt res publicæ propriè dictæ, à quibus differunt 1. Res Communes. *l.* 14. *d. A. R. D. l.* 24. *de Damno inf. l. pen. h. t. l.* 112. *d. V. S.* 2. Res Universitatis. §. 2. *I. d. Inut. Stip. l.* 6. *d. Contr. emt.* 3. Res, quæ tum proprietate, tum usu sunt totius populi, non singulorum membrorum. ut res fisci, vectigalia, atque id. genus alia *d. l.* 14. *l.* 17. *d. V. S. l.* 2. §. 4. *Ne quid in loc. publ. l.* 72. §. *ult. de Contr. emt.* quæ tamen omnes etiam Publicæ dicuntur. *dd. ll.*

13. Res communes sunt, *Quarum proprietas nullius, usus omnium hominum communis est.* §. 1. 2. *I. l.* 2. *D. h.* ut aër, aqua profluens, mare, ejusque littora, feræ bestiæ. §. 2. 12. *I. h. d. l.* 2. §. 1.

14. Unde consequitur, rerum communium communem omnibus mortalibus esse usum, ut in mari navigare, piscari. *l.* 4. *l.* 5. §. 1. *h. t. l.* 14. *d. A. R. D* partem ejus, molem seu pilam jaciendo occupare. *l.* 30. §. *ult. d A. R. D. l.* 52. §. *ult. d. Act. emt.* in littore ædificare *l.* 4. *Ne quid in*

loc.

loc. publ. Modo hæc ita fiant, ut nec cuiquam noceatur, nec usus publicus deterior fiat, aut impediatur. *l.* 3. *l. ult. D. eod. l.* 50. *d. A. R. D. l.* 1. §. 18. *de Oper. nov. nunc. l.* 24. *d. Damn. inf.*

15. Rerum publicarum in specie dictarum etiam communis est usus, licet proprietas sit populi, ut sunt flumina, & portus. §. 2. *I. l.* 4. §. 1. *l.* 5. *h. l.* 13. §. *ult. d. Injur. l.* 54. *de V. S.* Sic tamen ut jus piscandi in diverticulo fluminis longo tempore præscribi possit. *l.* 7. *d. Divers. temp. præscr.* junc. *l.* 45. *ff. d. Usurp.*

16. Moribus autem & jure feudali res publicæ inter Regalia referuntur. *lib.* 2. *Feud. tit.* 56.

17. Res Universitatis sunt, *Quarum proprietas est alicujus Universitatis, usus autem eorum, qui sunt membra universitatis*, ut fora, theatra, stadia, pascua, sylvæ, porticus &c. §. 6. *I. l.* 6. §. 1. *ff. h. t.* §. 2. *I. d. Inut. Stipul.* v. *Tit. ff. Quod cuj. univers. nom.*

18. Res privatorum sunt, *Quæ in privatorum bonis seu patrimonio sunt. l.* 1. *pr. ff.* §. 11. *I. h.*

19. Secunda rerum divisio est, quod res sint vel in patrimonio, v. *l.* 52. *d. Acq. rer. dom.* vel extra patrimonium nostrum. *pr. I. l.* 1. *h.* idque vel *absolute*, ut nec sint, nec esse possint alicujus, ut sunt res divini juris. *l.* 1. *h.* vel *secundum quid*, quæ, licet in privatorum bonis non sint, ab illis tamen acquiri possunt, sive usu & proprietate, ut res Communes, sive solo usu, ut Publicæ & Universitatis.

20. Tertiò res sunt vel Corporales vel Incorporales, v. *t. Inst. d. Reb. Corp. & Inc. l.* 1. §. 1. *h. t.* Ad incorporales pertinet non modo Servitus, Obligatio, & Actio, sed & Hereditas. *l.* 50. *d.*

Pet. her. l. 3. §. 1. d. Bon. poss. l. 4. Comm. divid l. 119. d. V. S. tit. Instit. de Reb. Corp. & incorp.

21. Res corparales sunt vel Mobiles, vel Immobiles. *pr. Inst. d. Usucap. l. 7. C. d. Bon. q. lib. l. 13. C. d. Servit. & aq.* Mobiles sunt, *Quæ integræ, & salvâ formâ suâ de loco in locum moveri possunt.*

22. Res immobiles sunt, *Quæ ita moveri non possunt.* Suntque vel res soli, ut passim appellantur, vel solo cohærentes, ut arbores stantes. *l. 7. §. 5. l. 19. Quod vi aut clam.* fructus pendentes. *l. 44. d. R. V. l. 13. §. 10. de Act. emt.* ut & fictione atque interpretatione juris, quæ cum rebus immobilibus ita sunt conjunctæ, ut quasi partem earum constituant. *d. l. 13. §. ult. & ll. seq. ff. d. Act. emt.*

23. Nomina, Actiones, & Servitutes aliasque res incorporales, nec mobiles esse, nec immobiles, sed tertium genus constituere, res ipsa loquitur. *l. 7. §. 4. D. Pecul. l. 15. §. 2. junct. §. 8. & 11 D. de Re judic. l. unic. §. 7. C. d. Rei Ux. act.* Quanquam & hæ, interpretatione juris, vel mobilium vel immobilium naturâ & jure censeantur, prout vel ad has, vel ad illas competunt. arg. *l. 49. l. 143. l. 14. §. 1. d V. S. l. 15. d. R. J. l. 2. §. 3. d. Her. vel. act. vend.*

TIT. IX.

De Senatoribus.

Cod. 3. 24. & 12. 1. Nov. 62.

1. Magistratus Romani alii erant sub liberâ, alii sub occupata Republ. de quibus antiquitatis studiosis consulendi J. Lipsius, Andr. Alcia-

Alciatus, Raph. Volaterranus, Cujacius in Paratitlis, aliique de meliore notâ auctores. Hoc & sequentib titulis Magistratuum officia, qualia usque ad Alexandri Severi feré tempora fuere, breviter pertractantur.

2. Horum omnium veluti seminarium quoddam fuit Senatus, ex quo ordine (tres enim Pop. Rom. fuisse ordines, Senatorium, Equestrem, & Plebejum, tralatitium est. v. *l.* 238. *d.V.S.l.*10. *C. d.Nupt.*) plerique omnes sumebantur. Erant autem Senatores (ita ab ætate, ab auctoritate autem *Patres* dicti. v. *Ovid.* 5. *Fast.v.*63. *& seq. Fest.inVoce:Senatores. Flor.lib.*1.*c.*1.*Gell.lib.*2. *c.*15.) *Cives Romani per legitimam electionem in summo ordine ad consilium de Reip. salute & incremento dandum, constituti, vel ad sententiam dicendam ob honores gestos, seu bene merita admissi Gell.* 3. 18. *v. l. ult. in f. h. t.*

3. Atque hic Ordo olim tantum Reip. consulendi causâ constitutus, successu temporis & jus dicendi potestatem consecutus est. *l.* 1. §. 10. *d. Postul. l.*1.§.2.*A.quib.app.nonlic.l.*14.*D.adL. Corn. d. Fals.* Quin & leges ferendi potestas ipsis tributa est *l.* 9. *d. Legib.l.*2.§.9.*d.O.J.* Quanquam sub Imperatoribus vix precariam potestatem & amissæ auctcritatis umbram ac simulacrum obtinuerint. v. *l.* 8. *C. d.* Legib. *l. un.C. d. SCtis.Tacit.*1.*Ann. c.* 12.*& seqq.* Quanta autem sub ipsis etiam Imperatoribus fuerint Senatorum commoda & privilegia, colligere est ex *l.*4. 5. 8. 14. 16. *C. d. Dignit. l.* 5.*C.ad L. Jul.maj.l.*12. *C. Ubi Senat.l.* 11. *D.h. t.l.*8.*C.d. Incol.l.*15 §. 2. *d. Excus. tut.*

4. Extenditur dignitas Senatoria etiam ad uxores eorum & viduas. *l.* 1. 8. *l. ult. h. l.* 1. *C. d.*

Dignit. N. 105. *c.* 2. *pr.* ut & ad liberos. *l* 9. 10. *l.* 5. 6. *h.* five ante five poſt Senatoriam dignitatem natos aut conceptos. *d. l.* 5. 7. §. 1. *h. l.* 11. *C. d. Dignit. l.* 9. §. 14. *d. Pœn. l.* 22. §. 5. *ad Munic.*

5. Ordinem ſedendi & ſententiam dicendi in Senatu quod attinet, conſtat, Præfectum Urbi poſterioribus temporibus ſententiam dixiſſe ante Coſſ. & Præfectum Prætorio, quanquam hi dignitate pracellerent. *l. ult. C. d. Off. Pr. Præt. Nov.* 62. Alioquin dignitatem ordo accurate ſervandus eſt. v. *Gell.* 14. *c.* 7. *&* 2. *c.* 15. *t. C. Ut Dignit. ord. ſervet.* (12. 8.)

6. Inter collegas in Senatorum ipſorumque Magiſtratuum ordine, habenda ratio temporis, quo quisque dignitatem ſortitus, & in Album relatus. eſt. *l.* 1. *D. d. Alb. ſcrib. l.* 1. *D. de Coſſ. l.* 1. *C. d. Off. Mag. Off. l.* 2. *C. d. Off. Præf. Præt. l.* 10. *C. d. Prof. & Med. Gell.* 14. 7.

7. Ætas capiendis honoribus & dignitatibus idonea eſt 25. annorum *l.* 8. *D. d. Muner. & Hon.* Quæ tamen regula quandoque fallit. v. *l.* 20 *inf. d. Man. vind. ult. C. d. Teſt. mil. l. pen. inf. C. d. Relig. l.* 57. *d. Re Jud. l.* 2. *de Minor. l.* 1. *&* 2. *C. qui ætat. vel. profeſſ. excuſ. Tacit.* XI. *Ann. c.* 22 *Suet. in. Aug. c.* 26. 38. *Lipſ. d. Magiſtr. c.* 4.

8. Amittitur Senatoria dignitas, ſi quis, ob turpitudinem, Senatu Moveatur. *l.* 2. 3. 4. *h. l.* 12. 17. *C. d. Dignit.* v. *Plin.* 2. *Ep.* 12. vel ſi vidua aut filia Senatoris inferioris ordinis viro, aut homini plebejo nubat. *l.* 8. *in. f. l.* 9. *l. ult. h. l.* 10. *C. de Nupt.*

TIT. X.

De Officio Consulis.

Cod. 12. 3. *Nov.* 105.

Magistratus (de quo nomine v. *l.* 57. *d. verb. sign.* & ibi DD.) sunt vel Majores vel Minores, *l.* 2. *d. In jus voc. l.* 32. *d. Injur. l.* 2. §. 14. 33. *d. O. J. l.* 17. §. 4. *ff. d. Excus. l.* 131. *inf. d. V. S.* Iique vel Urbani, vel Provinciales, vel Municipales. Inter Urbanos principem locum obtinebant Coss. *Ovid.* 4. *de Pont.* 2. Horum potestas olim summa, post occupatam Rempubl. adeo exigua fuit, ut vix quidquam iis permitteretur, quam consilium præbere manumittere volentibus, & alios voluntariæ Jurisdictionis actus expedire, nec non jus dicere, judices dare &c. *l.* 57. *d. Re jud. l.* 1. §. 3. *d. Appell. l.* 50. *d. Cond. & dem. l.* 5. *l.* 20. §. *ult. de Manum. vind.*

TIT. XI.

De Officio Præfecti Prætorio.

Cod. 1. 26. 27. 7. 42. 12. 4.

Prætorium hoc loco videtur esse cohors Prætoria, quod à Prætore, h. e. Consule (Festo teste) ob custodiam corporis ejus, nunquam discederet. Deinde Augustus Præfectum Prætorio constituit, eumque cohortibus præfecit, a quo tempore idem fere præstitit Principi, quod olim Magistri Equitum Dictatori. *l. un h. l.* 2. §. 19. *d. O. J.* Horum, succedente tempore, crevit tum numerus, tum potestas. Adeo ut, non

 mo-

Dignit. N. 105. *c.* 2. *pr.* ut & ad liberos. *l.* 9. 10. *l.* 5. 6. *h.* sive ante sive post Senatoriam dignitatem natos aut conceptos. *d. l.* 5. 7. §. 1. *h. l.* 11. *C. d. Dignit. l.* 9. §. 14. *d. Pæn. l.* 22. §. 5. *ad Munic.*

5. Ordinem sedendi & sententiam dicendi in Senatu quod attinet, constat, Præfectum Urbi posterioribus temporibus sententiam dixisse ante Coss. & Præfectum Prætorio, quanquam hi dignitate praecellerent. *l. ult. C. d. Off. Pr. Præt. Nov.* 62. Alioquin dignitatem ordo accurate servandus est. v. *Gell.* 14. *c.* 7. & 2. *c.* 15. *t. C. Ut Dignit. ord. servet.* (12. 8.)

6. Inter collegas in Senatorum ipsorumque Magistratuum ordine, habenda ratio temporis, quo quisque dignitatem sortitus, & in Album relatus. est. *l.* 1. *D. d. Alb. scrib. l.* 1. *D. de Coss. l.* 1. *C. d. Off. Mag. Off. l.* 2. *C. d. Off. Præf. Præt. l.* 10. *C. d. Prof. & Med. Gell.* 14. 7.

7. Ætas capiendis honoribus & dignitatibus idonea est 25. annorum *l.* 8. *D. d. Muner. & Hon.* Quæ tamen regula quandoque fallit. v. *l.* 20 *inf. d. Man. vind. ult. C. d. Test. mil. l. pen. inf. C. d. Relig. l.* 57. *d. Re Jud. l.* 2. *de Minor. l.* 1. & 2. *C. qui ætat. vel. profess. excus. Tacit.* XI. *Ann. c.* 22 *Suet. in. Aug. c.* 26. 38. *Lips. d. Magistr. c.* 4.

8. Amittitur Senatoria dignitas, si quis, ob turpitudinem, Senatu Moveatur. *l.* 2. 3. 4. *h. l.* 12. 17. *C. d. Dignit. v. Plin.* 2. *Ep.* 12. vel si vidua aut filia Senatoris inferioris ordinis viro, aut homini plebejo nubat. *l.* 8. *in. f. l.* 9. *l. ult. h. l.* 10. *C. de Nupt.*

TIT.

TIT. X.

De Officio Consulis.

Cod. 12. 3. *Nov.* 105.

Magistratus (de quo nomine v. *l.* 57. *d. verb. sign.* & ibi DD.) sunt vel Majores vel Minores, *l.* 2. *d. In jus voc. l.* 32. *d. Injur. l.* 2. §. 14. 33. *d. O. J. l.* 17. §. 4. *ff. d. Excus. l.* 131. *inf. d. V. S.* iique vel Urbani, vel Provinciales, vel Municipales. Inter Urbanos principem locum obtinebant Coss. *Ovid.* 4. *de Pont.* 2. Horum potestas olim summa, post occupatam Rempubl. adeo exigua fuit, ut vix quidquam iis permitteretur, quam consilium præbere manumittere volentibus, & alios voluntariæ Jurisdictionis actus expedire, nec non jus dicere, judices dare &c. *l.* 57. *d. Re jud. l.* 1. §. 3. *d. Appell. l.* 50. *d. Cond. & dem. l.* 5. *l.* 20. §. *ult. de Manum. vind.*

TIT. XI.

De Officio Præfecti Prætorio.

Cod. 1. 26. 27. 7. 42. 12. 4.

Prætorium hoc loco videtur esse cohors Prætoria, quod à Prætore, h. e. Consule (Festo teste) ob custodiam corporis ejus, nunquam discederet. Deinde Augustus Præfectum Prætorio constituit, eumque cohortibus præfecit, a quo tempore idem fere præstitit Principi, quod olim Magistri Equitum Dictatori. *l. un h. l.* 2. §. 19. *d. O. J.* Horum, succedente tempore, crevit tum numerus, tum potestas. Adeo ut, non

modo publicæ disciplinæ emendationem, *d. l. un.* sed & jus condendi Edicta, & sententias ferendi, à quibus appellari non poterat, consecuti sint. *l. un. C. d. Sent. Pr. Præt. l. 2. C. d. Off. Præf. Præt. Or. l. 17. de minor.*

TIT. XII.

De Officio Præfecti Urbi. Cod. I. 28. 12. 4.

Præfectus Urbi sub Regibus & Consulibus sæpe ad bella proficiscentibus, ne Urbs sine Imperio esset, creari solebat, ut quietem populi & salutem Urbis per milites stationarios tueretur. *l. 2. §. 33. d. O. J. l. 1 §. 12. D. l. 2 C. h.* De omne genus criminibus in Urbe, & intra centesimum ab Urbe lapidem, cognosceret. *l. 1. pr. & §. 4. l. ult. h.* de nocentibus supplicium sumeret. *l. 1. pr. & §. 3. 4. 7. h. l. 7. C. ad l. Fab. d. Plag. l. 3. §. 15. a. Susp. tut. §. 10. & 11. I. de Susp. tut.* v. *Juven. Sat. 13. v. 157. & seqq.* vel ad tempus. vel in perpetuum negotiatione, professione, foro advocatione, spectaculis interdiceret, annonam curaret. *l. 1. §. 11. 12. 13. h.* atque id genus alia expidiret.

TIT. XIII.

De Officio Quæstoris. Cod. 1. 30. 12. 6.

Aucto ærario Populi, ut essent, qui pecuniæ publicæ quærendæ administrandæque curam gererent, creati sunt Quæstores. *v. l. un. h. t. l. 2. §. 22. D. de Or. jur. Tacit. Ann.* XI. 22. quanquam curam ærarii iis abstulit Augustus. *Sueton. in Aug. c. 39.* reddidit Claudius. *Suet. in Claud. c. 24.* ademit

mit Nero, & ad præfectos tranſtulit. *Gell.* 13. 24. *Tacit.* 13. 28. Horum erat, non modo pecuniam, curæ ſuæ commiſſam, cogere & diſpenſare, ſed & Provincias ſortiri, rem militarem ſequi, prædasque& manubias in rationes publicas referre. *d. l. un. h.* Exceptis candidatis Principum, qui epiſtolis & libellis Principum in ſenatu legendis vacabant. *d.l.un.§.2.h.Tac.ult.Ann. c.* 27. *Seut. in Ner. c.* 15. *in. Aug. c.* 65. Deinde omnem juſtitiæ in aula curandæ potestatem ſunt conſecuti. *l* 1. 2. 3. *C. h. l.* 32. *C. d. Appell.*

Ab his, multum differunt Quæſtores Parricidii, de quibus in *l.* 2. §. 23. *d. O. J.*

TIT. XIV.

De Officio Prætorum. Cod. 1. 39. 12 2.

1. Prætorum nomen olum proprium erat magiſtratibus militaribus, deinde commune omnibus magiſtratibus, v. *Nov.* 24. 25. poſtea proprium factum eſt ejus magiſtratus, qui dicendi reddendive juris cauſa conſtitutus erat *l.* 2. §. 27. *d.O.J.* Ita tamen, ut Prætoris appellatio non modo Prætorem proprie ſic dictum ſignificet, ſed & Procons. Præſidem, Præfectum Vigilum, & Ædilem. v. *Clar. Noodt. lib.* 1. *Probab c.* 6. Creatus autem primo ex Patriciis Prætor Urbanus, qui inter cives, deinde & Peregrinus, qui inter peregrinos, vel inter cives & peregrinos jus diceret. *d. l.* 2. §. 27. 28. *l.* 9. §. 4. *de Dol.* v. *Tacit.* 1. *Annal. c.* 15. *Liv.* 39. *c.* 8. Denique ſucceſſu temporis, tum ad provincias gubernandas, tum publicorum judiciorum cauſâ, alii ac plures creati ſunt. *d. l.* 2. §. 32. *l.* 3. *de Accuſ. Liv.* 40. 44.

 .2.Mu-

2. Munus Prætorum erat, ut *Darent* actionem, Judicem pedaneum, tutorum, bonorum possessionem, restitutionem in integrum; ut *Dicerent* jus, cum ipsi de causis gravioribus cognoscebant; ut *Addicerent* res in cessionibus, auctionibus & in executione rerum judicatarum, in primis autem ut jus civile supplerent, emendarent, cum ratione æqui bonique conciliarent, non verò tollerent. v. *l.* 7. §. *ult. & seq. d. J. & J. l.* 12. §. 4. *d. Publ. act. pr. I. d. Bon. poss.* §. 3. *I. d. Leg. agn. succ.*

3. Præturâ fungi poterant homines liberi, cives Romani, non servi; v. *l.* 12. §. 2. *de Jud. l.* 175. *l. ult. d. R. jur.* Qui tamen si, communi errore liberi habiti, hunc honorem adepti essent, eaque ut Prætores, gesserant, detecto errore, ex æquo & bono sustinentur: non quod communis error faciat jus, *l.* 39. *d. Legib. l.* 6. §. 1. *d. Off. præs.* sed ne quid Resp. detrimenti capiat, rescissis tot Sententiis, Decretis, Edictis à Prætore inhabili latis. Qui sensus est celebris, & decantatæ legis *Barbarius Philippus. h. t.* ad quam v. *Cujac.* 18. *Observ. c.* 33. *& Jac. Gothofr. Differt. ad l.* 3.

TIT. XV.

De Officio Præfecti Vigilum. Cod. 1. 43.

Hujus magistratus officium erat, pro diurnâ nocturnâque Urbis securitate cum cohortibus vigilare, incendia ac tumultus avertere, de raptoribus ac furibus cognoscere, eosque fustibus & flagellis coërcere. *l.* 1. 3. *ult. h. l.* 56. §. 1. *de Furt.* quanquam jus gladii non habuerit. *d. l.* 3. *d. l. ult.* nisi in servos. *l. pen. d Cond. caus. dat.* v. *l.* 2. §. 33. *d. O. J. Suet in Aug. c.* 25. 30.

TIT.

TIT. XVI.

De Officio Proconfulis & Legati. *Cod.* 1. 35. 12. 55.

1. Proconfules, hoc loco, funt, qui, poft provincias inter Auguftum & Pop. divifas, mittebantur in Provincias populi, cum pleniffimâ poteftate. *l.* 7. §. 2. *l.* 8. *l.* 9. *pr. h. Suet. in Aug.* 47. *Tacit.* 1. *Ann.* 2. & jurisdictione voluntaria ac contentiofâ. *l.* 2. *l.* 9. §. 1. *l. ult. h.* mero imperio. *l.* 6. *l.* 11. *h.* auctoritate Jus Provinciale condendi & Edicta Provincialia promulgandi. *l.* 1. *d. Alien. jud. mut. l.* 57. *d. Adq. vel am. her. l.* 26. *d. Dol.* difciplinam militarem adminiftrandi. *Nov.* 30. Ut autem fuâ dignitate integre & honefte fungantur Procoff. aliique magiftratus, neceffe eft, ut abftineant à muneribus, & fordibus. Xenia tamen permiffa funt. *l.* 6. §. 3. *h. l.* 18. *d. Off. praf.* Ut fine uxore proficantur melius eft, fed tamen cum uxore proficifci poterant. *l.* 4. §. 2. *h. Suet. in Aug. c.* 24. *Tacit.* 3. *Ann.* 33. Ut in ipfa adminiftratione, quæ caufæ cognitionem defiderant, pro tribunali, cætera per libellum expediant. *l.* 2. *l.* 9. §. 1. 3. *h. l.* 71. *l.* 105. *d. R. Jur.*

2. Legatus Procof. eft qui Proconfuli, in provincias eunti, publico nomine adjungebatur, tum ut actiones ejus obfervaret, tum ut ei operâ fuâ præfto effet, quem in finem Procof. ei. jurisdictionem fæpe mandabat. *l.* 6. §. 1. *l.* 4. §. *ult. l.* 13. *h.* Quæ tamen jurisdictio Legati magis eft ejus propria, quam vere mandata arg. *l.* 4. §. 6. *l.* 6. §. 1. *d. l.* 13. *h. t. l.* 2. *Quis & à quo app. l.* 4. *d. Off. ej.* Cæterum hæc Legati Jurisdictio civilis fuit,

fuit, non criminalis. *l.6.pr.l.*xi.*h.t. l.* 1. *d. Off. ej. cui mand.* contentiosa, non voluntaria *l.* 2. §. 1. *l.* 3. *h.* nisi quod tutorem dare potuerit. *l.pen. h. t. l.* 1. *d. Tutor. & cur. dat.*

TIT. XVII.

De Officio Præfecti Augustalis. Cod. 1. 37.

Præfectus Augustalis erat magistratus, Ægypto, provinciæ longè maximi momenti, ab Augusto, cum imperio, potestati proconsulari simili, præpositus. *l. un. h. t. Dio lib.* 53. *c.* 11. *Sueton. in Vespas. c.* 7. *Tacit.* 3. *Hist. c.* 8. & 48. *Annal.* 12. *c.* 43. *Suet. in Claud. c.* 12. Hinc tutorem dare, *l.* 1. *d. Tut. & cur. dat.* de manumissionibus cognoscere, *l.* 21. *d. Manum. vind.* postulationibus interdicere, *l.* 1. *C. d. Postul.* aliosque voluntariæ & contentiosæ jurisdictionis actus exercere poterat.

TIT. XVIII.

De Officio Præsidis. Cod. 1. 40.

1. Præsidis nomen vel generale est, & Procoss. & Legatos Cæsaris, imo & ipsum quandoque Cæsarem continens, *l.* 1. 20. *D. h. l.* 9. §. *ult. d. Off. proc. Flor.* 4. *c.* 3. *Papin. Stat.* 5. *Sylv. infin.* vel speciale, Legatum ab Imp. in provinciam missum significans. v. *l.* 20. *h. l.* 14. *d. SC. Syl. l.* 12. *d. Accus. l.* 4. *d. Assess. l.* 17. *d. Man. vind.* Hujus imperium, in provincia, curæ suæ commissa, longè maximum erat. *l.* 4. *h.* Unde non modo jurisdictionem voluntariam & contentiosam,

l. 2.

l. 2. 3. 4. *& seq. h.* & merum Imperium habeat, *l.* 6. §. 8. 14. 19. *h. l.* 5. *pr. l.* 6. *pr. &* §. *ult. D. d. Pœn. d. l.* 14. *de SC. Syl. junct. l.* 12. *d. accus.* sed & de omnibus causis, quæ Romæ diversos habebant judices, cognoscebat. *l.* 10. 11. *h.*

2. Non poterat tamen deportationis pœnam statuere, sive esset Præses singularis alicujus provinciæ, sive plurium. *l.* 2. §. 1. *D. d. Pœn. junct. l.* 6. §. 8. *h. t. l.* 1. §. 3. *d. Leg.* 3. *l.* 6. §. 1. *l.* 15. §. 1. *d. Interd. & rel. l.* 6. §. 7. *de Inj. rupt. test. l.* 6. §. *ult. de Pœn.* ex quibus explicanda *l.* 8. *ad L. Corn. d. Sicar.* De relegatione vide *l.* 13. §. 7. *d. His q. not. infam.*

TIT. XIX.

De Officio Procuratoris Cæsaris vel Rationalis.

Hic magistratus ab Augusto institutus & in provincias missus, ut ea, quæ ad fiscum Principis pertinebant, curaret, v. *l.* 12. *h. l.* 9. *d. Off. Proc.* etsi ab initio nullam videatur habuisse Jurisdictionem, postea tamen civilem inter quasdam personas accepit judicandi potestatem. *l.* 1. *C. d. Jurisd. l.* 1. 2. 5. *C. Ubi. caus. fisc. l.* 25. *C. Ubi. caus. stat. Suet. in Claud. c.* 12. non criminalem, nisi vice Præsidis fungeretur. *l.* 2. *C. d. Pœn. l. ult. h. l.* 4. *C. ad L. Fab. d. Plag. l.* 2. *C. Ubi caus. stat.* quanquam post dictam ab alio magistratu sententiam, quæstio de bonis damnatorum, fisco vindicandis, ad eum pertineat. *l.* 1. 2. *C. Ubi caus. fisc. l.* 6. *d. Publ. jud.*

TIT

TIT. XX.

De Officio Juridici. Cod. 1. 57.

Ne Præfectus Auguſtalis, occupatâ forte opulentisſimâ Ægypti provinciâ, Italiam fame premeret, v. *Tacit.* 3. *Ann. c.* 8. 48. & 12. *c.* 43. *Juſtin. lib.* 2. *Hiſt. c.* 1. Imp. Auguſtus ei *Juridicum* adjunxit, tum ut videret, ne quid Præfectus conſilii in detrimentum Reip. capetet, tum etiam, ut in Alexandrina civitate jus diceret, & legis actiones exerceret. *l.* 1. 2. *h.*

TIT. XXI.

De Officio Ejus, cui mandata est jurisdictio.

1. Ut melius civibus & Reip. conſulatur, placuit Urbanos & Provinciales magiſtratus, negotiorum mole ſæpe occupatos, Jurisdictionem ſuam aliis poſſe mandare. *l.* 1. *pr. h. l.* 16. *d. Jurisd.* modo 1. Jurisdictionem habeant ſuo jure, non alieno beneficio. *l. ult. p. h. l.* 5. *d. Jurisd.* Eamque 2. Ipſo tempore mandati, actu exerceant. *l.* 4. §. *ult. d. Off. Proc.* & *leg.* 3 Mandentur ea, quæ jure magiſtratus competunt, ut Jurisdictio & mixtum imperium. *l.* 1. *pr.* & §. *ult. l.* 4. *pr. l. ult.* §. 1. *h. d. l.* 5. *d. Jurisd.*

2. Unde mandari prohibentur, quæ non jure magiſtratus, ſed vi ſpecialis conceſſionis competunt, ut tutoris datio, decreti ſuper prædiis minorum alienandis interpoſitio, arbitrium ſuper transactione de alimentis futuris teſtamento relictis, conſilii excercitio. v. *l.* 8. *de Tut. dat. l.* 6. §. 2. *d. Tutel. l.* 5. §. 9. *l.* 11. *d. Reb. eor. l.* 8. *pr.* & §. 1. & 18. *d. Tranſ. l.* 2. *h.* §. 4. *J. Qui* & *a quib. cauſ. man.*

non poss. Ulp. Fragm. tit. 1. §. 13. *Suet. in Tib. c.* 33.

3. Ex quibus consequitur, merum imperium, quia non jure magistratus, *l.* 2. §. 16. 23. *d.* §. 1. sed vi specialis confessionis competit, *l.* 1. *pr.* & §. 1. *h. l.* 6. *pr. d. Off. Proc. l.* 1. §. 8. *ad SC. Turp.* non posse mandari. *d. l.* 1. *h. d. l.* 6. *l.* 11. *d. Off. proc. l.* 70. *d. R. J.* nisi in casu necessariæ absentiæ, ut constat ex *l.* 1. *h.* & in casu infirmitatis & afflictæ valetudinis, ut ratio juris vult, arg. *l.* 209. *l. ult. d. V. S. l.* 1. 14. *d. Auct. tut.*

4. Jus autem mittendi in bonorum possessionem mandari potest. *l.* 4. §. 1. *h.* quia Jure magistratus competit, etsi magistratibus municipalibus negetur. *l.* 26. *Ad Municip.*

5. Mandari potest Jurisdictio vel in totum, vel pro parte, *l.* 4. *h. l.* 16. *d. Jurisd.* tam privatis quam Magistratibus. *l. ult.* §. 1. *h.* tam ex causâ voluntariâ, quam necessariâ. *l.* 16 17. *d. Jurisd.*

6. Vis & effectus mandatæ Jurisdictionis est, quod mandatarius, licet ipse nihil proprium habeat, *l.* 5. *h. l.* 5. *d. Jurisd.* adeoque mandatam sibi potestatem alteri mandare nequeat, *d. l.* 5. secundum formam modumque præscriptum, vicemandantis fuugatur. *l.* 1. §. 1. *l.* 3. *h. d. l.* 16. *l.* 1. §. 4. *d. Susp. tut.*

7. A mandatario Jurisdictionis, quantum dationem & effectum attinet, multis nominibus differt is, qui, ex voluntate Principis vel Præfecti Prætorio, vicem alicujus Judicis, seu Rectoris Provinciæ obtinet, de quo in *lib.* 1. *Cod. Tit.* 38. & 50. Ut & Judex Pedaneus v. *tit. C. d. Pedan. jud.*

8. Extinguitur mandata Jurisdictio 1. Revocatione mandantis. *l.* 6. §. 1. *d. Off. Proc. arg. l.* 53. *d. Jud.* §. 9. *I. Mand.* 2. Finito per mortem vel aliter officio mandantis. *l.* 6. *d. Jurisd. arg.* §. 10. *I. Mand.* 3. Morte mandatarii. *d.* §. 10. *d. l.* 6.

TIT.

TIT. XXII.

De Officio Adsessorum. Cod. 1. 51.

1. Adsessores (qui dicuntur & Consiliarii, *l.* 3. *l.* 10. *C. h.* & Comites, *l.* 4. *h. t. l.* 12. §. 1. *d. Vacat mun.* & Juris studiosi. *l.* 1. *h. l.* 9. §. 4. *d. Pœn. l.* 4. *d. Extr. cogn. Suet. in Ner. c.* 32.) sunt JCti, qui a Magistratibus, sæpe parum Juris peritis, in consilium adhibebantur, ut illis præsto essent in Cognitionibus, Postulationibus, & Libellis. *l.* 1. *h. Auth. ad hæc. C. d. Jud.* v. *Brisson. lib.* 1. *Select. Antiquit. c.* 12. Quod si perperam judicibus de jure respondissent, litem suam faciebant. *l.* 2. *ff. Quod quisque jur.*

2. Adsessorum munere funguntur Juris periti. Qui eodem tempore Advocati & Adsessoris partes, sive in eodem, sive in diversis auditoriis, sustinere nequeunt *l.* 17. *d. Jurisd. l.* 6. *pr.* & §. *ult. C. d. Post. l. ult. C. h.* v. *Plin. I. Epist.* 23. licet causæ eorum in alio auditorio, per alios advocatos expediri possint, qui sensus est *l. pen. D. h. t.*

3. Pro navatâ operâ Adsessoribus præstatur salarium, olim ab ipsis Præsidibus definiri & solvi solitum, *l.* 4. *h.* posteâ ab Alexandro Severo constitutum, teste Lampridio in *Alex. Severo. l.* 32. *Ex quib. caus. maj.*

4. Debetur autem Adsessoribus salarium integrum, etsi Præses ante præstitutum tempus in fata concesserit *l.* 4. *h. l.* 38. *pr.* & §. 1. *Locat. l.* 1. §. 13. *D. d. Extr. cogn.* nisi residuo tempore aliis Præsidibus operam suam addixerint. *l.* 19. §. *ult. Locat.*

D I-

DIGESTORUM

LIBER II.

TIT. I.

De Jurisdictione. Cod. 3. 13.

Jurisdictionis genus est *Notio*, quæ est *De causis cognoscendi judicandique potestas.* Quæ, latiore sensu accepta, complectitur etiam jurisdictionem proprie dictam. *l.* 99. *d. V. S. l.* 5. *d. Re jud. l.* 8. §. 1. *d. Transf. l. ult. in f. d. O. & A. l.* 1. §. 4. *d. Off. Pr. urb. l.* 10. *d. Off. Præf.* Est vel Nuda Notio, vel Jurisdictio proprie & in specie sic dicta. Nuda Notio est *Causas cognoscendi, de iisque judicandi potestas, etiam pedaneis judicibus, sine executione, competens. l.* 5. *in pr. l.* 15. *de Re jud.* v. *l.* 27. *de Obl. & Act.* Ut tamen contineat potestatem deferendi jusjurandum, reum pro confesso habendi, & excludendi à jure probandi, æstimandi res, quarum incertum est pretium, condemnandi, absolvendi, & si quæ sunt id genus alia. v. *l.* 31. *d. Jurej. l.* 4. §. 1. *& ult. d. In lit. jur l. pen. d. Confess. l.* 7. §. *ult. Qui sat. cog. l.* 5. *Fam. erc.* Jurisdictio proprié dicta est *Jus dicendi, Judicandi, judicatique exequendi potestas, solis Magistratibus competens. l.* 1. 2. *h. l. ult. d. Off ej. cui mand. est jur. l. un. D. Si quis jus dic.*

2. Quanquam Jurisdictio sæpe etiam alio sensu accipiatur. v. *l.* 5. *d. Judic l.* 16. §. *ult. d. Minor.*

§. 4. *l. d. Attil. tut.* §. 3. *l. d. Act. l.* 1. *C. Ubi in rem act. l.* 2. *C. d. Condit. insert. l.* 11. *D. d. In jus voc. l.* 36. *d. Admin. tut.*

3. Est autem Jurisdictio vel Civilis, vel Criminalis. v. *l.* 1. *d. Off. ej. l.* 7. §. *ult. d. Off. proc. l.* 31. *de L. Corn. d. fals.* Civilis est *De civilibus causis judicandi judicatique exequendi potestas.* Quæ subdividitur in *Legitimam.* & *Nec Legitimam-*

4. Legitima est, *Quæ expresso Legis, SCti vel Constitutionis Imperatoriæ beneficio conceditur*, ut datio tutoris, venditio prædiorum minoris, cognitio super transactione de alimentis futuris testamento relictis. *l.* 6. §. 2. *d. Tut. l.* 8. *pr.* & §. 18. *d. Trans. l.* 2. §. 1. *d. off. ej.* ut & legis actiones proprie dictæ. *l.* 2. 3. *d. off. proc. l.* 4. *D. l.* 1. *C. d. Adopt.*

5. Nec legitima est, *Quam quis aliunde, quam speciali legis vel Principis beneficio habet.* Eaque vel *Ordinaria* est, vel *extraordinaria. l.* 7. §. *ult. de Offic. proc. l.* 6. §. 2. *d. Tutel.* Ordinaria, sive *Propria* est, *Quam quis Jure Magistratus habet. l.* 5. *h.* Extraordinaria, *Quam quis alieno beneficio habet*, quæ iterum est vel *Mandata* vel *Prorogata.* Mandata, *Quam quis exercet mandatu propriam habentis. l.* 5. 16. 17. *h.* De quâ *lib.* 1. *Tit. pen.*

6. Prorogata est. *Quam quis habet ex voluntate litigatorum in judicis, alioquin non competentis, jurisdictionem consentientium. l.* 1. *C. h. t l.* 14. *l.* 18. *h. l.* 1. 2. *d. Jud. l. pen. C. d. Pact. l.* 13. §. *pen. ad SC. Treb.*

7. Prorogatio est vel *Expressa* vel *Tacita.* Expressa, *Quæ fit expresso apertoque consensu partium. d. l.* 18. *h. d. l. pen.* Tacita, *Quæ ex aliquo facto Actoris* vel *Rei præsumitur.* Sic actor, si in

in conventione agnoverit Jurisdictionem judicis non competentis, non potest eandem recusare in reconventione. *l.* 14. *& Auth. seq. C. d. Sent. & intel. jud. l.* 11. §. 1. *h.* De reo, qui omissâ, quam habebat, fori præscriptione, litem coram judice non competente contestatus est, vide *l.* 1. & 4. *C. h. t.*

8. Vulgo quatuor statuuntur modi prorogandæ jurisdictionis, 1. De personâ ad personam. *l.* 15. 18. *h. t. l.* 1. 2. *de Jud.* 2. De causâ ad causam *l.* 74. §. 1. *d. Judic. l.* 28. *ad Municip.* 3. De loco ad locum. 4. De tempore ad tempus. *arg. l.* 13. §. 1. *D. & l.* 3. *C. h. t.* Ex quibus duos priores tantum agnoscit ratio juris.

9. Cæterum J. Civ. cuilibet integrum est prorogare jurisdictionem, & privilegio fori renunciare, *l. pen. C. d. Pact. l.* 51. *C. d. Ep. & Cl.* Quæ tamen regula non est omni exceptione major.

10. Jurisdictionis prorogatio propriè locum habet in causis Civilibus, non Criminalibus. *arg. l.* 3. *l.* 13 *d. Off. Præs. l.* 1. *C. Ubi de Crimin. l.* 7. *l.* 11. §. 1. *d. Custod. & Exhib. reor. l.* 1. *C. Ubi Senat.*

11. Effectus factæ prorogationis est, quod partes teneantur obtemperare sententiæ à judice, alias incompetente, latæ; ita tamen ut pœnitentiæ locus sit, si nudo pacto facta sit prorogatio, & judex, in quem facta est, nondum sit aditus. *l.* 18. *D. h.* secus si prorogatio facta sit stipulatione, vel pacto contractui adjecto. v. *l. pen. C. d. Pact. l.* 51. *C. d. Episc. & Cler.*

12. Ad vim & effectum Jurisdictionis Civilis pertinet *Mixtum Imperium*, quod est *Potestas coërcendi contumaces, potestatemque jurisdictionis, cui cohæret, sartam tectam sarvandi, & explicandi. l.* 1. §. *ult. l. ult.* §. 1. *d. Off. ej. l.* 3. *h.*

 13. Un-

13. Unde constat, Mixtum Imperium, licet nemini tribuatur, nisi cui competit jurisdictio, non esse speciem jurisdictionis, sed potestatem ab ea diversam, nec in cognoscendo, sed potissimum in coërcendo consistere. v. *l.* 3. 4. *h. l.* 26 *ad Munic. l.* 6. §. 2. *d. Tut. l.* 1. §. *ult. l. ult.* §. 1. *ff. de Offic. ejus.* Quanquam hæc potestas non merâ aut modicâ coërcitione circumscripta, sed & ad alia negotia, in legibus expressa extensa videtur.

14. Quare Mixtum Imperium non modo consistit in mulctæ dictione, pignoris capione, cogendo arbitro, ut sententiam dicat, sed & in dandâ bonorum possessione, & restituendo in integrum. *l.* 3. 4. *h. l.* 26. *ad Munic. l.* 9. *inf. ad L. Jul. pecul.* Diss. alii, *dict. legem* 3. sine ullâ necessitate, varie emendantes, vel potius corrumpentes.

15. Judicis Pedanei datio, ut videtur, nec misti imperii, nec legitimæ, sed ordinariæ jurisdictionis est. *l.* 3. *h. t.* nihil obstante *l.* 12 §. 1. *d. Judic.*

16. Jurisdictio competit Magistratibus, tam Municipalibus, quam Majoribus. *l.* 26. *l.* 29. *ad Munic. l.* 3. 19. §. 1. *d. Tut. dat.*

17. Mixtum Imperium competit Magistratibus, non modo Mojoribus, sed & Minoribus ac Municipalibus. *l.* 12. *h. l.* 29. §. 7. *ad L. Aquil.* licet ea, quæ magis mixti imperii sunt, quam Jurisdictionis, non habuerint. *d. l.* 26. *l. un. pr. Si quis jus dic. l.* 4. §. 3. 4. *d. Damn. infect. l.* 32. *de Injur.* nec unquam eos merum imperium habuisse constet. v. *Euangel. Joh. c.* 18. *v.* 31.

18. A Mixto Imperio differt vox Imperii, auctoritatem & dignitatem Magistratibus competen

rentem significans, quo sensu accipitur in *l.* 3. 4.*d. Off. ej.cui mand.l.*8.*l.ult. d.Off Proc.& Leg. l.* 12.§.1.*d.Jud.l.*2.*d. Adopt. l.pen.de Just.& J. l.*215.*d. Verb. Sign.*

19. Tantum de Jurisdictione Civili, quodque ei inest, mixto Imperio Jurisdictio Criminalis, seu Merum Imperium, ut Veteribus vocatur, est, *Crimina cognoscendi, judicandique, & gladio in reos animadvertendi potestas .l.*3.*h. t.* 6. *pr. d. Off. Proc.* & *Leg. l.* 70. *d. R. Jur. l.* 6. §. 8. *d. Offic. Præf.*

20. Dicitur Imperium hoc *Merum*, ad differentiam Imperii Mixti designandam; non quia ab eo excluditur omnis causæ cognitio, quo nihil esset absurdius, sed quia est purum, simplex, nec jurisdictioni civili cohærens, aut commixtum. v.*l.*31.*Dep.l.*82.*d.Cond. & dem.l.un.in f. Si quis jus dic.non obtemp.* Vocatur autem potestas Gladii. 1. Quia eo plerumque telo uti solebant Veteres ad homines, ultimum supplicium meritos, de medio tollendos. *l.*8.§. 1. *d. Pœn. Senec.d Ira lib.*1.*c.*16.*Spartian.inCaracall.c.*4.2. Quod Magistratus merum imperium ab Impp. accipientes gladio accingi solerent. *Papin.Stat.l.*5.*Silv.*2. *in f. Lucan.lib.* 5. *v.* 312. *Paul. Apost Rom.* 13.4. *Capitol.in Gord.c.*9.*Lamprid in Alex.Sev.cap.*49.

21. Hanc autem potestatem exercere possunt Magistratus, etiam nullo accusatore crimen deferente. *l.*3.13.*d.Offic.Præf.l.* 2. §.6. *ad L. Jul. d. Ad. l.*6.*ff.l.*1.*C. d. Custod. reor. l.*7. *C.de Accus. l.* 3. §. 4. *de susp. tut.*

22 Gradus meri imperii sunt tres. 1. Quo vita naturalis adimitur. *l.* 6. *in.f. l.* 28.*pr.* & §.1 *l.*21.*d. Pœn.l.*103.*d.V. S.* 2. Quo vita civilis seu Libertas, vel jus Civitatis Romanæ tollitur, ut

Servitus pœnæ & Deportatio. *d. l.* 28. *v. l.* 63. §. 10. *Pro soc. l.* 209. *d. R. J.* 3. Quo nec naturalis nec civilis vita adimitur, sed alia levior pœna de nocentibus sumitur. *l.* 6. §. *ult. l.* 8. *d. l.* 28. *d. Pæn. l.* 2. *d. Publ. jud. l.* 70. *de R. jur.*

23. Jurisdictio Civilis est vel *Voluntaria* vel *Contentiosa. l.* 2. 3. *d. Off. proc. & leg.* Voluntaria est, *Quæ exercetur inter volentes & consentientes, & quidem plerumque de plano, citra cognitionem & tribunal, quo spectant legis actiones, ut manumissio, adoptio, emancipatio. d. l.* 2.

24. Contentiosa est, *Quæ, cum causæ cognitione, coram tribunali, etiam inter invitos, judicio civili seu pecuniario contendentes, exercetur. l.* 1. 2. 3. *h. t. l.* 37. *d. O. & A.*

25. Nec à ratione juris aliena est divisio, qua Jurisdictio dispertitur in *Civilem*, & *Militarem*, *Civilis* hic est, *Quæ inter paganos, vel militem actorem, & paganum reum;* Militaris, *Quæ inter milites, vel militem reum, & paganum actorem, exercetur. l.* 2. *Cod. d. Offic. Civ. & milit. jud. l.* 2. *C. Ubi quis de Cur. vel cohort. l. un C. in quib. caus. mil. for. præs. l.* 6. *C. h.*

26. Sed &, ex usu juris Canonici, jurisdictio est vel *Secularis* vel *Ecclesiastica. Auth. Statuimus. C. d. Episc. & Cler.* Secularis, *Quæ Judici Seculari seu Laico competit in negotiis secularibus;* Ecclesiastica, *Quæ Judici Ecclesiastico competit in causis Ecclesiasticis. d. Auth. t. t. X. de For. Compet.* Quanquam tempore Justiniani & ante, nullam jurisdictonem, sed nudam tantum audientiam inter Clericos, sine executione & territorio, habuerint Episcopi. *l.* 25. *pr. C. d. Episc. & Cler. t. t. C. d. Episc. Aud. l,* 7. 8. *C. eod.*

27. Denique dividitur Jurisdictio à DD. in

Se-

Separatam, *Concurrentem*, & *Simultaneam*. Separata est, *Quam quis solus in certis causis habet*. *l. ult. C. h. t.* Concurrens, *Quæ diversis Judicibus vel magistratibus in eâdem causâ, æquali jure, competit*, sic ut præventione, quam vocant, locus sic. *l. pen. h. l.* 7. 30. *d. Judic. l.* 14. & *Auth. seq. C. d. Sent. & Interl. jud.* Simultanea, *Quam plures in eâdem causâ simul exercere. de eaque judicare oportet.* Sic tamen ut omnes simul adesse & sententiam ferré non sit necessarium. Secus ac in arbitris & judicibus pedaneis. *l.* 17. §. *ult. d. Rec. arb. l.* 36. 37. *d. Rejud.* Cæterum semper pluribus suffragiis standum est. *d. l.* 36. *l.* 160. §. 1. *d. Reg. jur. l.* 19. *ad Munic. Plin.* 2. *Epist.* 12. *Gell.* 9. *c.* 15. *Symmach.* 4. *Epist.* 27.

28. Jurisdictionem concedere solius est Majestatis; non privatorum. *l.* 3. *C. h. l.* 3. *d. off. Præt. l.* 3. *inf. Ad L. Jul, maj*, Unde consequitur, eam nec per præscriptionem temporis acquiri, vel amitti posse. *arg. l.* 2. & *l.* 6. *C. d. Præscr.* 30. *vel* 40. *ann.* Quanquam præscriptione termini jurisdictionis, semel legitimé quæsitæ, latius extendi possint. *l.* 8. *C. d. Div. offic.* (12. 60.)

29. Ad effectum jurisdictionis pertinet in jus vocatio, de quâ *tit.* 4. Dilationum concessiones, de quibus *tit.* 12. Sententiæ pronunciatio & executio, de quibus in *lib.* 42. *tit.* 1. *l.* 53. §. *ult. de Re jud.* Modò judex intra terminos suæ jurisdictionis officio fungatur; nam extra territorium jus decenti impuné non paretur. *l. ult. D. h. l.* 2. *C. d. Interd. l.* 1. *D. Si quis in jus voc.* Ratio est in *l.* 3. *d. Off. Præf. l.* 1. §. 4. *l. ult. d. Off. Pr. urb.* Quanquam in dubio vocatos ad judicem non competentem venire oportet, ut hoc ipsum sciatur, an ejus sit jurisdictio. *l.* 2. *Si quis in jus voc. non iver. l.* 5. *d. Judic.*

I 4 30. Fr

30. Finitur jurisdictio finito Magistratus officio, sive per mortem, sive per abdicationem, sive quod successorem acceperit. *l.* 6. *h.l.* 49. §. 1. *d. Jud. l.* 10. *d. Off. Proc. l.* 17. *l.* 20. *d. Off. Præf.* vel tempore. *pr. I. d. Perp. & temp. act.*

31. Tuendæ & stabiliendæ Jurisdictionis ergo hoc & sequentibus. Tit. tria proponuntur Edicta; quorum primum in *l.* 7. 8. 9. *h.* tribuit cuilibet ex populo actionem popularem de *Albo corrupto*, contra eos, qui vel per se, vel per alium dolo malo corruperunt id, quod jurisdictionis perpetuæ causâ in Albo Prætoris (v. *Pollet Hist. For. Rom. lib.* 3. *c.* 8.) Propositum est, ad pœnam quingentorum aureorum, *d. l.* 7. ex veriore opinione, actori applicandorum. *arg. l.* 12. *d. V. S. l.* 3. §. 1. *d. Pop. Act. l.* 3. *pr. d. Sep. viol.*

32. Si plures corruperint, omnes, tenentur in solidum, sic ut unius solutio alium non liberet. *l.* 7. *in f. l.* 8. *h.* & qui non habet in ære, luat in corpore. *d. l.* 7. *l.* 1. §. *ult. D. d. Pœn.* Quin & dominus, cujus familia corrupit, in singulos servos tenetur ad integram pœnam. *l.* 9. *h.* eâdem ratione, ut in actione injuriarum. *l.* 34. *d. Inj.* & L. Aquiliæ. *d. l.* 9. *l.* 11. §. 2. *ad L. Aquil.* licet furtum familiæ ut unius hominis censeatur, & pro totâ familiâ semel pœnam præstare sufficiat. *l.* 1. *Si fam. furt. fec. l. un.* §. 5. *Furti adver s. naut. l.* 46. §. *ult. d. J. Fisci.* Quod ex æquitate, contra summum jus legis. 9. *h.* productum est. ad damnum injuriâ datum. *l.* 32. *D. ad L Aquil.*

TIT.

TIT. II.

Quod quisque juris in alterum statuerit, ut ipse eodem jure utatur.

1. Secundi Edicti, ad Justitiæ, & Jurisdictionis tutelam pertinentis, duo sunt capita. Primo coërcetur licentia Magistratuum, in gratiam aut odium ailcujus novum (i. e. iniquum, *Tac. lib.* 2. *Ann. c.*30.v. *l.* 1. §. 1. *junct. l.* 3. *h. t.*) jus dolo malo statuentium, ut jure à se constituto, quandoque privati facti, adversario postulante, utantur. *l.* 1. §. 1. *h.* Quo nihil est æquius aut rationi naturali magis consentaneum. v. *Phædr.* 1. *Fab.* 26. *Flor* 3. *c.* 1. *Gell.* 20. *c.* 1. Atque ita juris est, si dolo suo, non si imprudentiâ adcessoris jus dixerint *l.* 2. *h.*

2. Altero hujus Edicti capite, eâdem Talionis pœnâ tenentur Litigatores, qui iniquum jus, sive actionem sive exceptionem, impetrarunt. *d. l.* 1. §. 1. *l.* 3. *h. l.* 7. *C. d. Resc. vend.* Modo jus vere a magistratu constitutum, vel a litigatoribus impetratum sit. *l.* 1. §. *ult. h. l.* 18. *d. Pœn.* licet jure impetrato usi non sint. *l.* 2. *inf. pr. h.*

3. Ex utroque Edicti capite datur actio pœnalis, competens tum illi, contra quem jus novum dictum, vel impetratum est, tum alteri cuicunque. *l.* 3. §. 2. *h.* Contra magistratum constituentem, vel litigatores impetrantes jus novum, ut & fidejussores, tutores, procuratores in rem suam. *d. l.* 3. §. 1. 2. 3. *h.* ad id ut idem illis jus dicatur. *dd. ll.*

3. Quæ pœna etiam extenditur ad heredem. Licet nec lis cum defuncto contestata sit, nec

quicquam ex dolo defuncti ad heredem pervenerit. *d. l.* 3. §. 5.

5. Cessat hæc actio in casibus legis 1. *in f. ult. l.* 3. §. *ult. h. t.*

TIT. III.

Si quis jus dicenti non obtemperavit.

1. Tertium Edictum concedit adversario actionem pœnalem, contra eum, qui Magistratui Jus dicenti non obtemperavit, id est, id quod est extremum in jurisdictione, non fecit. *l. un.* §. 1. *h.* ubi post verba *passus est* addenda hæc; *hoc Edicto non tenetur*, quæ per ellipsin sunt omissa.

2. Datur ad id *quanti ea res est*, id est, ad pœnam arbitrariam. *l. un.* §. *ult. h.* actori applicandam. *arg. d. l.* Unde nec popularis esse, nec cuilibet ex populo competere, nec pœnam fisco cessuram persequi videtur. *arg. l.* 12. *d. in Jus voc. l. pen.* §. 1. *Ne quis eum qui in jus. l.* 1. §. *ult. Ne vis fiat ei.*

3. Modo quis non obtemperavit Jurisdictioni Magistratus Majoris. Ad Duumviros enim, seu Magistratus Municipales hujus Edicti pœna non pertinet. *lun pr. h.* ubi nihil mutandum.

TIT. IV

De in Jus Vocando. Cod. 2. 2.

1. In jus vocare est, *Advarsarium vocare ad eum, qui Jurisdictioni prest, juris experiundi causâ. l.* 1. *h.* In jus vocatio prima est Ordinis judicia-

ciarii pars, à quâ omnium actionum instituendarum initium proficiscitur. §.3.*I.d.Pœn.tem.litig.*

2. Quæ olim ex L. XII. Tabb. privatâ auctoritate, &, si reus actorem sequi detrectaret, nec satis daret, se certo die affuturum. cum violentiâ & obtorto collo fieri poterat, si non in cujusvis generis homines, at certe in viliores, ut & vadimonii desertores, aut latitantes, si in publico occurrissent. *Horat. lib.* 1. *Sat.* 9. *inf. Gell, Noct. Att.* 13. *c.* 12. *v. Rævard.c.* 5. *ad LL.* 12. *Tabb. Cujac.* 10. *Obs.* 10. Cujus juris vestigia supersunt in *l.* 18. 21. *h. l.* 5. §. 1. *Qui sat cog. l.* 103. *de R. J. Suet. in Aug.* 38. *Act. Apost.* 16. 19. & 19. 29.

3. Quæ violentia cum aliena esset a sanctitate fori Romani, in Jus vocatio successu temporis per viatorem seu accensum fieri cœpit. §. 24. *I. d. Act. l.* 3. *C. d. pr.* 30. *vel* 40. *ann. Nov.* 53. *c.* 3.

4. Sed &, Jure veteri ac novo puriter, hæc sive violenta, sive legitima in jus vocatio fieri nequit, nisi habitâ ratione Loci, Temporis, & Personarum. *Loci*: quia nemo de domo suâ in jus vocari & abduci *poterat. l.* 18. 19. *l.* 21. *h. l.* 103. *d. R. J.* quia percendum est illis, qui, ob loci religionem, inde se movere non possunt. *l.* 2. *h. Wissenb. ad h. t. th.* 9.

5. *Temporis*: quia prohibitum est vocare Pontificem sacris peragendis, vel judicem cognitionibus occupatum; cives quoslibet vel uxori ducendæ, vel funeri prosequendo intentos; vel quos se in jure coram judice Majore, aut certo loco sistere oportet; 54. *de Rejud.* vel qui equo publico in causâ publicâ transvehebantur. *d. l.* 2. 3. 4. id quod haud dubie de solenni Equitum Romanorum transvectione accipiendum est. *v. Sueton. in Aug. c.* 38. *Liv.* 39. *c.* 9. & *lib.* 9. *inf. Ræverd.* 2.

Varior.

Varior. 15. Quanquam & ad alios casus similes extendi possit & debeat.

6. *Personarum:* Neque enim in Jus vocari possunt Magistratus Majores. *d. l. 2. l. 48. d. Jud. l. 32. de Injur. Gell.* 13. *c.* 13. Infantes & furiosi. *l. pr. eod.*

7. Sed nec Parentes, nec Patroni, nec Patronorum liberi, aut uxores, aliique similes, quibus singularis reverentia debetur, injussu & sine veniâ Prætoris in jus vocari possunt. *d. l.* 4. §. 1. *l.* 5. 6. 7. 8. 10. 13. *D. l.* 2. *C. h.*

8. Si quis secus fecerit, competit vocato contra vocantem actio pœnalis ad 50. aureos actori adplicandos. *l.* 12. *l. pen. h.* §. 12. *I. d. Action.* §. *ult. I. d. Pœn. tem. litig.* Vel, si inopiâ laboret, extra ordinem castigatur. *l. ult. h. l.* 1. §. *ult. de Pœn. l.* 7. *de jurisd.*

9. *Jus* autem hic nihil aliud est quam locus, seu tribunal, in quo Magistratus, salvâ Mejestate Imperii sui, salvoque more majorum, Jus dicit, *l. pen. d. J. & J. l.* 2. *Si quis in jus voc. l.* 4. *d. Interrog.* A quo differt Judicium, in quo Judices Pedanei, sine potestate imperii, & executionis, de quæstionibus facti cognoscebant & judicabant. *l.* 15. *Rem. rat. hab. l.* 2. *Si quis caution.*

10. In jus non tantum fiebat vocatio, sed & in eodem summaria causæ expositio, litis contestatio, cautio, dilatio, postulatio, formulæ & judicis petitio, aliaque præmittebantur, antequam formula, seu actio, vel exceptio negaretur, aut daretur, ac res coram judice pedaneo disceptaretur.

11. Quæ quidem Juris ac Judicii, Magistratuum Majorum & Judicum Pedaneorum differentia, & formularum scrupulosa subtilitas, cum variis ambagibus conjuncta, posterioribus tempo-

poribus maximam partem sublata est. *l. 2. C. d. Pedan. jud. l. 1. C. d. Form. & Imp. subl.*

12. In jus vocationem, ex ratione Juris veteris, sequitur *Citatio*, quæ, ut olim ab in jus vocatione differebat, ita Jure novo cum eâdem fere per omnia confusa est. Definitur autem *Vocatio ejus, quem coram sisti oportet, auctoritate Magistratus, ad petitionem partium, rite & solenniter facta.* Est vel *Publica* vel *Privata*. Publica, quæ fit vel per Edictum, ædibus rei, seu celebrioribus & frequentoribus locis affixum. *v. l. 1. §. 1. d. Agr. lib. l. 4. §. 5. 6. d. Damn. inf. l. ult. §. 2. Quod vi aut clam.* vel per *Proclamationem, voce præconis, legitimo tempore publice factam. v. l. 7. d. In integr. rest. l. 68. & seq. d. Jud. Nov. 112. c. 3.* Vel per *Campanam*, tubam, similemve modum.

13. Privata est vel *Verbalis*, vel *Realis*. *Verbalis*, quæ fit vel *Voce*, factâ denunciatione in faciem, vel ad domum vocati. *d. l. 1. d. l. 4. §. 5. 6. l. 13. §. 1. d. Excus. tut.* vel *Scripto*, seu denunciatione litteris consignatâ, & reo oblatâ, cum libello peculiari, ut reus intra 20 dierum spatium deliberare possit, utrum cedere an contendere velit. *Auth. Offeratur. C. d. litiscont. Realis* est, quâ vel reus vel res controversa, auctoritate Magistratus, apprehenditur ac detinetur, qualis fere est *Arrestum hodiernum*, id est, *Personæ vel rerum debitoris à creditore. auctoritate Magistratus, facta detentio, cum in jus vocatione conjuncta.* Cujus ut moribus frequens est usus, ita in J. Civ. nonnulla exstant vestigia. *v. l. 10. §. 16. Quæ in fraud. l. ult. d. L. Commiss. l. 3. §. 8. d. J. F. t. t. C. Quando fisc. vel privat. debit. sui debit. Auth. Quâ in Provinc. C. Ubi de Crimin.* Quia autem Arre-

stum

ſtum quandam executionis ſpeciem præ ſe fert, à quâ initium litis fieri ratio æquitatis non patitur. *l.* 58. *D. d. Re jud. l.* 1. *C. d. Exec. rei jud l* 9. *C. d. O. & A.* non permittitur, niſi in cauſis gravioribus & nullam moram ferentibus, veluti Criminalibus, aut Civilibus, in quibus reus vel poſt trinam citationem contumax eſt, vel de fugâ ſuſpectus. *l.* 68. *& ſeq. de judic. d. l.* 10. §. 16. *ff. Quæ in fraud. cred. l.* 8. *C. Quom. & quando.*

14. Sed & alia Citatio eſt Generalis, vel ratione rerum, vel ratione perſonarum; alia, eâdem ratione, Specialis.

15. Denique alia eſt Simplex & Dilatoria. alia Peremptoria. *v. l.* 55. 68. *& ſeq. d. Jud l.* 8. 9. *C. Quom. & quand. l.* 53. *de Re Jud.*

16. Partes & Requiſita Citationis ſunt 1. Nomen & cognomen judicis citantis. *arg. l.* 80. *d. Jud.* 2. Nomen & cognomen citati. *c. cum in multis.* x. *d. Reſcript. in* 6. 3. Nomen & cognomen partis, ad cujus petitionem citatio decreta factaque eſt. *c. ult.* x. *d. Reſcript. l.* 68. *d. Jud. l.* 4. §. 8. *de Damn. inf.* 4. Cauſæ, ob quam citatio conceditur, ſignificatio. *c. Præterea.* x. *d. Dilat.* Sic ut ex unâ cauſâ vocatus, non teneatur reſpondere ad aliam. *arg. l.* 2. §. 3. *d. Judic.* 5. Dies ſeu terminus certus, quo citatum ſe ſiſtere oportet. *c.* 6. x. *d. Dol. & contum. arg. l. pen. C. Ubi in rem act. l.* 5. §. 1. *D. Quod vi aut clam.* Quod tempus in citatione ſimplici eſt 10. in peremptoriâ 30. dierum. *l.* 68. *& ſeq. d. Jud. l.* 10. *d. Publ. jud.* 6. Locus judicii. *l.* 59. *d. Jud. c.* 47. x. *d. Appell.*

17. Citationem concedere poſſunt & ſolent judices. *l.* 29. §. *ult. de Minor. l. ult. C. d. Exhib. & tranſm. reis.* non modo ordinarii, ſed & delegati. *arg. l* 2. *d. Juriſd. l.* 57. *inf. de Re jud.*

18. Ci-

18. Citandi sunt omnes, ad quos controversia pertinet. *l. 39. d. Adopt. l. 47. d. Re Jua. l. ult. C. d. Auct. tut.*

19. Vis & effectus rité factæ citationis est 1. Quod inchoet judicium. *§. ult. I. d. Pœn. tem. litig.* 2. In actionibus realibus rem faciat litigiosam. *Auth. litigiosa. C. d. Litig.* 3. Reum obliget ad comparendum, actorem vero ad judicium ad finem perducendum. *l. 2. Si quis in jus voc. l. 5. d. Jud.* 4. Locum faciat præventioni Jurisdictionis. *l. 7. d. Judic. l. pen. d. Jurisd.* 5. Perpetuet Jurisdictionem, & inducat litis pendentiam. *l. 30. de Judic. t. t. Cod. Ut lite pend. nulli lic. Imp. supplic. d. l. pen. l. ult. C. h.* 6. Interrumpat Præscriptionem. *l. 3. 7. §. 5. C. d. Præs. 30. vel. 40. ann. l. 2. l. 3. C. d. Ann. Except.* 7. Omnem actionem temporalem faciat perpetuam. *arg. l. 1. C. Quand. libell. Princ. l. 7. §. 5. l. ult. C. d. Præs. 30. vel 20. ann.*

TIT. V.

Si quis in Jus vocatus non iverit, sive quis eum vocaverit, quem ex Edicto non debuerit.

1. Hujus Edicti duo sunt capita. 1. Ut is, qui in jus vocatus non comparet, ad pœnam extraordinariam, arbitrio Judicis infligendam, teneatur. *l. 2. §. 1. h.* quem in finem vocanti datur actio personalis, contra contumacem ad privatum interesse actoris. *d. l. 2. §. 1. l. ult. h. l. 5. §. 1. Ne quis eum qui in Jus voc.* licet incertum sit, an magistratus sit competens. *d. l. 2. l. 5. d. Jud. supr. tit. de Jurisd. th. 39.*

2. Ces-

2. Cessat hæc actio. 1. Si quis vocatus sit ad judicem pedaneum. *arg. d. l.* 2. *h. t.* 2. Si non intersit actoris, vocatum non venisse. *d. l.* 2. §. 1. 3. Si vocatus, sine dolo, ex rusticitate, non venerit. *d. l.* 2. 4. Si quis vocaverit eum, quem ex Edicto Prætoris vocari non oportet. *v tit. præced. thes.* 7. 5. Si constet judicem esse incompetentem *l. ult d. Jurisd.*

De secundo hujus Edicti capite dictum suprà.

TIT VI.

In Jus vocati, ut eant, aut satis, vel cautum dent.

1. In jus vocatus tum à comparendi, tum à pœnæ solvendæ necessitate excusatur, si satis, vel cautum dederit. *l.* 22. §. 1. *d. in jus voc. Inscr. huj. tit l.* 48. *l.* 188. *d. V. S.*

2. Fidejussorem autem dare oportet idoneum facultatibus simul & conveniendi facilitate. *l.* 1. *tit. præc.* quem qui accipere recusat, reo, & ipsi fidejussori injuriarum tenetur. *l.* 5. §. 1. *Qui sat. cog.* Personæ necessariæ & conjunctæ qualemcunqne accipere tenentur. *l.* 1. 2. *h.*

TIT. VII.

Ne quis eum, qui in Jus vocatur, vi eximat

1. Qui in Jus vocatum vi exemerit, tenetur actione in factum pœnali, competente illi, qui exemptum in Jus vocavit, contra eximentem, ad id quod interest vocantis *l.*

licet per calumniam vocaverit. *l.* 4. §. 1. *l.* 5. §. 1. *h.* non datur heredibus, nisi quatenus eorum interest, nec ultra annnm. *l.* 5. §. *ult. h.*

2. *Eximere* hic dicitur, qui quovis modo facit, ne vocatus in Jus veniat. *l.* 1. *pr. l.* 4. *l.* 5. *h.* modo vi eximat, licet dolus specialis absit. *l.* 3. §. 2. *h.*

3. Si plures exemerint, singuli in solidum teneantur, nec unius præstatione ceteri liberantur. *l.* 5. §. 3. *h.* nec exempti obligatio tollitur, licet eximens pœnam præstiterit. *l.* 5. §. 3. *l. ult. h.*

4. Casus, quibus cessat hæc pœna, v. in *l.* 1. §. 2. *l.* 2. 3. 5. §. 2. *h.*

TIT. VIII.

Qui satisdare cogantur, vel jurato promittant, vel suæ promissioni committantur. Cod. 2. 57.

1. Cautio judicio sisti fit vel satisdatione, vel aliis modis. Satisdatio, generalius accepta, est quælibet cautio, quâ adversarium securum facimus, *l.* 1. *h. l.* 61. & 188. §. 1. *d. V. S. l.* 21. § *ult. d. Const. pec. l.* 49. *d. Solut. l.* 1. §. 9. *d. Collat.* vel strictius, cautio, quæ fit datis fidejussoribus. *l.* 1. *h. l.* 7. *d. Præt. stipul. l.* 6. §. *ult Quib. mod pign.*

2. Cautio de sistendo ab omnibus in jus vocatis præstanda est, datis idoneis fidejussoribus. *l.* 1. *h. d. l.* 7. qui quales sint, constat ex *l.* 2. 7. 8. 10. *h. l.* 1. *Si quis in Jus voc.* Nisi cui vel Nudâ promissione, vel Jurejurando, vel Pignoribus cavere permittatur; Sic immobilium possessores

nudæ promisſioni relinquuntur. *l.* 15. *h.* Juratò cavent Viri Illuſtres. *l.* 17. *C. d. Dignit.* & alii probatæ vitæ, jurantes ſe fidejusſores idoneos invenire non posſe. *Nov.* 112. *c.* 2. *Auth. Generaliter. C. d. Ep. & Cler.*

3. Nudâ repromisſione cavent etiam Fiſcus & Reſp. *l.* 1. §. 18. *l.* 6. §. 1. *Ut legat. vel fideic. ſerv. cauſ. cav.*

4. Cavet autem Reus non modò in lite ſe ſtiturum,, *l.* 8. *pr. h.* ſed & ad terminum litis in eâ permanſurum. §. 2. *I. d. Satisd.* Diem, quo ſiſtere oporteat, ipſæ partes definiunt; quas inter ſi non conveniat, actor diem ſtatuit, qui ſi reo minus commodus ſit, adhibetur arbitrium Prætoris. *l.* 8. *h. t. l.* 7. & 13. *C. de Jud.*

5. Si negetur ſatisdatio in lite ſuper re mobili, res auctoritate Prætoris aufertur; ſi autem ſuper re immobili, in eam fit misſio. *l.* 7. §. *ult. h. l.* 52. §. *ult. d. Jud. t. Ut in poſſ. legat.*

6. Effectus hujus ſatisdationis eſt, quod reus excuſetur à violentâ in jus ductione, *l.* 5. §. 1. *h.* quodque fidejusſor, ſi reus ſe non ſtiterit, convenire posſit. *l.* 2. §. *ult. h.* ut tamen pœnam evitet, ſi reum defendere posſit & velit. *l.* 20. *l.* 27. *C. d. Fidej.*

7. Præter Reum, cavet quoque Actor, ſe, ſub pœnâ dupli, intra duos menſes, a tempore exhibiti libelli numerandos, litem conteſtaturum, eamque ad exitum perſecuturum, &, ſi cauſâ ceciderit, ſe expenſarum nomine decimam quantitatis, libello comprehenſæ, partem ſoluturum. *Nov.* 96. *c.* 1. *Auth. Generaliter. C. d. Epiſc. & Cler. poſt l.* 25. §. 1. *de Pœn. tem. litig.*

8. Procurator Actoris, de cujus mandato dubiatur, cavet de rato. §. 3. *I. h. l.* 1. *C. d. Procur.*

ſi

si de eo constet, non item. *l.* 65. *d. Proc. l. un. C h.* Si certum sit, illum omni prorsus mandato carere, ne quidem cum cautione de rato admittitur, nisi sit actori conjuncta persona. *l.* 35. *junct. l.* 40. §. *ult. ff. l.* 21. *C. de Proc.*

9. Procurator rei absentis præstat cautionem judicatum solvi, etsi mandatum habeat. §. 5. *I. h. l.* 46. §. 2. *d. Proc.* si ipse reus præsens sit, pro suo procuratore satisdare tenetur. §. 4. *I. h. t.*

10. Sed & sine mandato admittitur Defensor. *l.* 76. *d. Proc.* modo satisdet judicatum solvi: Nemo enim alienæ rei defensor idoneus sine satisdatione intelligitur. §. 5. *I. eod. l.* 110. *l.* 166. *d. R. J. l.* 14 *h. t.*

TIT. IX.

Si ex noxali causa agatur.

1. Cautionis, *Judicio sisti*, effectus est, ut res controversa in eodem statu sistatur, quo tempore satisdationis erat. *l.* 11. 12. *Si quis caut.* §. 1. *I. d. Div. Stip. l.* 4. §. 8. *de Re mil. l.* 2. *d. Usur.*

2. Hinc dominus in noxali judicio, ne servo in potentiorem, vel aliter alienato, aut manumisso vel corrupto, actoris conditio fiat deterior, cavere tenetur, se servum in eâdem causâ, in quâ tempore satisdationis erat, exhibiturum. *l.* 1. *pr.* & §. 1. *l. pen. h.* cui non est contraria *l.* 1. §. 1. *d. Pœn.* vid. *Wisemb. Voet.* & *Huber. ad h. t.*

TIT. X.

De Eo, per quem factum erit, quo minus quis in judicio sistat.

1. Si is, qui se stiturum caverat, alterius dolo impediatur, quo minus se sistat, datur tum vocanti, tum vocato, quorum interest, actio in factum, *l. 1. pr.* §. 3. *l.* 3. *pr.* & §. 2. 3. *h.* intra annum, *l.* 1. §. *ult. h.* contra eum, qui vel per se, vel per alium fecit, quo minus citatus se in judicio sisteret. *d. l.* 1. §. 3. *d. l.* 3. *pr.* & §. 2. *h.* ejusque heredes, quatenus ad eos pervenit. *d. l.* 1. §. *ult.* ad id, quod interest, citatum dolo non fuisse impeditum. *d. l.* 3. *pr. l. ult.* §. *ult. h.* Datur contra plures in solidum, ut tamen unius solutio cæteros liberet. *l.* §. 4. *h.*

2. Si partes se mutuo impediverint, dolus cum dolo compensatur. *l. ult.* §. 3. *h.* v. *l.* 57. *inf. d. Cont. Empt. l.* 39. *Sol. matr.* Quod si reus dolo actoris non venerit, cessat hæc actio, cum sufficiat exceptio. *l.* 1. §. 3. *l.* 2. *h.*

TIT. XI.

Si quis cautionibus, in judicio sistendi causa factis, non obtemperaverit.

1. Si reus vadimonium deserat, id est, contra quam caverat, ante litem contestatam, sponte & per contumaciam se non sistat, & ipse & fidejussor tenetur. *l. ult. Si quis in jus voc. non iver. l.* 2. § *ult. Qui sat. cog.* idque ad certam quantitatem, si ea promissa sit. *d. l.* 2. §. *ult. l. ult. d. Prætor. stipul.* sin minus, ad id quod verè interest. *d. l.*

d. l. §. ult. d. l. ult. Si quis in jus voc. l. 81. d. V. O. habitâ ratione temporis, quo sisti debuit, non quo agitur. *l.* 12. §. 1. *h.* quem in finem actor in bona rei, quasi latitantis, mittitur. *l.* 2. 7. *Quib. ex caus. in poss. eat. l. 19. d. In jus voc. l. 2. C. Ubi in rem act.* Si fidejussor duos sisti promiserit, unum sistendo non liberatur, *l. ult. ff. in jus. voc. ut eant.* ita tamen, ut, oppositâ exceptione doli, tantum partem pœnæ præstare teneatur. *l. 9. §. 1. h. t.*

2. Cessant tamen vadimonii deserti pœnæ ob sonticas causas, *l. ult. de Ædil. edict. l. 113. de V. S.* veluti morbum, tempestatem, vim fluminis. *l. 53. §. 2. l. 60. d. Red. jud. l. 2. §. 3. 4. 5. 6. h.* captivitatem aut custodiam. *l. 4. §. 1. 3. h.* munus publicum. *d. l. 2. §. 1.* prohibitionem magistratus majoris. *l. 54. d. Re jud. l. 2. §. ult. h.* mortem rei ante diem sistendi contingentem. *l. 4. Qui sat. cog.* vel ejusdem capite diminutionem. *l. 4. h.* ob transactionem interim factam. *d. l. 2. l. 22. d. In jus voc. l. 47. de Re jud. l. 2. Jud. solv.* denique si per moram rei, post diem se sistentis, jus actoris non sit factum deterius. *l. 8. h.*

3. Quod si ipse Actor, (vel ex *Nov. Leon.* 108. etiam Reus) tribus Edictis, singulis interposito 30 dierum spatio, citatus se non stiterit, datur Reo post annum sententiam obtinendi facultas. *Nov.* 112. *c.* 3. *Auth. Qui semel. C. Quom. & quand. jud.*

4. Si vel Actor vel Reus eremodicium contrahat, id est, litem cæptam & contestatam deserat, damno litis, id est, impensarum coërcetur, & causa, licet ipso absente, peragitur. *v. l. 53. d. Re Jud. l. 73. ff. l. 13. §. 2. 3. 4. C. d. Jud. l. ult. ad SC. Treb. l. 13. Jud. solvi. Nov. 69. c. 3. d. N. 112. c. 3. §. ult.*

TIT. XII.

De Feriis & Dilationibus.
Cod. 3. 11. 12.

1. Assistendi in judicio necessitate excusant & Feriæ, quæ sunt *Dies ab actibus juridicis exempti, quibus nec jus dicitur, nec magistratus sui potestatem facit. v. l.* 5. *h.* Sunt vel *Ordinariæ & Solennes*, vel *Repentinæ & Extraordinariæ.* Ordinariæ, *Quæ certis & statis temporibus redeunt*, Extraordinariæ. *Quæ ob res prospere gestas, similemve causam, extra ordinem indicuntur. l.* 3. *C. d. Dilat. l.* 26. §. 7. *Ex quib. caus. maj. v. Suet. in Jul. c.* 79. *in Calig.* 23.

2. Utræque sunt vel *Divinæ*, vel *Humanæ*, Divinæ, *Quæ divini cultus & religionis causa observantur, ut dies dominica, nativitatis Christi, aliæque* . de quibus v. *l.* 2. 3. 6. 7. *ult. C. h.* Humanæ, *Quæ ob hominum utilitatem & actus humano generi necessarios constitutæ sunt*, ut feriæ messium & vindemiarum. *l.* 2. *C. h. Suet. in Jul. c.* 40. Natalis utriusque Romæ, tam veteris, quam novæ. *l.* 7. *C. h.* ut & Natalis Principis. *Hor.* 1. *epist* 5. 9. *Suet. in Aug. c.* 57. *Tiber. c.* 26. & Imperii, ipsi delati, *Plin.* x. *Epist.* 60. 61. 103. dies magistratibus creandis destinati, & similes. *l.* 5. *D. l.* 7. *C. h.*

3. Ferias olim constituebant Pontifices, Dictator, Consul, Prætor, aliique magistratus majores. *l.* 26. §. 7. *Ex quib. caus* post occupatam Rempubl. solus Princeps. *l.* 4. *C. h.* ut tamen magistratus ferias, a Principe indictas, secundum regionis naturam dirigere & moderari possint. *l.* 4. *D. h. l.* 7. *d. Off. Proc. & Leg.*

4. Fi-

4. Finis feriarum humanarum, velut Messium, & Vindemiarum, est, ut agricolæ à litium persequendarum molestia liberati, beneficio *Justitii* diligentiorem fructibus colligendis operam impendere possint *l.* 1. *ff*, *l.* 2. 5. 7. *C. h. Plin.* 8. *Epist.* 21. Sic tamen ut partes his aliisque humanis feriis renunciare possint. *l.* 1 §. 1. *l.* 6. *h. l.* 36. *d. Rec. arbit.* sed &, hoc amplius, etiam absque renunciatione, iisdem possunt disceptari publicæ, fiscales, aliæque magni momenti causæ, ut & quæ moram non patiuntur, & quæ per libellum expediri possunt. *l.* 71. 105. *de R. J. l.* 1. 2. *l.* 3. *l. ult. D. l.* 5. *C. h. l.* 11. §. 6. *ad L. Jul. d. adult.*

5. *Divinarum* finis est, ut homines, missâ rerum profanarum curâ, Deum O. M. debito cultu & religione venerentur. *l.* 2. 3. 6. 7. *l. ult. C. h.* adeo ut actus judiciarii, publici privatique, his diebus expediti, sint ipso jure nulli. *l.* 1. *l.* 6 *D. l.* 2. *l.* 8. *C. h. l.* 4. *C. Quom. & quand.* sic tamen ut interpositio appellationis, *l.* 1. *C. h.* transactiones, *l. ult. C. h.* & quidam actus voluntariæ jurisdictionis, ut emancipatio, manumissio, his diebus recte peragi possint. *l.* 2. *D. l.* 8. *C. h.* ut & investigatio latronum, & cognitio causarum criminalium, disciplina militaris, *l. pen. D. h. l.* 6. *l. pen. C. h. l.* 12. *ff. de Publ. jud. l.* 3. *de Episc. aud.* aliæque causæ, quas publica utilitas differri patitur. *l.* 1. *inf. l.* 2. *D. l.* 3. *C. h. Virgil.* 1. *Georg.* 268. *Macrob.* 1. *Sat.* 16.

6. Citatio die feriato, si sit juris humani, facta valet *l.* 2. *l. ult. C. h.* in diem feriatum facta indistincte inutilis est. *dd. ll. l.* 2. §. 1. *Si quis in jus voc. non iver.*

7. *Dilatio* est *Rei, in judicio agendæ, ad alium diem vel terminum rejectio seu prolatio.* Conceditur

tur dilatio vel a lege, quæ *Legalis*, ut decem dies ad appellandum & similes, *v. N.* 23. *c.* 1. *Auth. offeratur. C. d. Lit. cont. l. ult. C. d. Usur. rei Jud.* vel a judice, quæ *Judicialis* seu *arbitraria* vocatur, quam judex, summariâ causæ cognitione adhibitâ, ad petitionem partis concedit. *l.* 2. *C. Ut intra cert. temp. crim. quæst. term.* (9.44.) *l.* 4. *C. d. Dilat.* v. *l.* 36. *d. judic.* §. 2. 3. *l. d. Off. Jud.* vel a partibus, quæ *Conventionalis* dicitur, & parti à parte ex pacto permittitur.

8 Conceditur à judice dilatio in omnibus tam civilibus, quam capitalibus causis. In Civilibus quidem seu pecuniariis una, in capitalibus actori duæ, reo tres. *l. fin. h.* nisi causâ cognitâ plures vel pauciores concedendæ videantur. *l.* 7. *h. t. v. l.* 41. *ad L. Jul. de adult.*

9. Effectus dilationis est, quod, pendente eâ, nihil novi fieri possit. *l.* 3. *C. h* sic ut dilatio ab una parte impetrata prosit & alteri. *d. l.* 3. *l.* 6. *inf. C. d. Tempor. in integr. rest.* Tempus autem dilationum est continuum, continens etiam dies feriatos. *d. l.* 3. *C l.* 2. §. *pen. C. d. Temp. appell. l.* 1. *C. h. infr. th.* 14.

10. *Diversa tempora* in *Inscript. hujus Tit.* sunt dilationes, feriæ, aliaque tempora excusantia eum, qui se judicio non sistit. Quæ vel à lege, vel à judice, vel a partibus definiuntur. Potissimæ temporis partes sunt Annus, Mensis, Dies. Annus intelligitur, qui ex continuis diebus trecentis sexaginta quinque, vel aliquando pluribus, constat. *l.* 3. §. 3. *de Minor. Wissemb. ad l.* 98. *de V. S. & Gothofr. Ovid.* 1. *Fast.* 27 *& seqq l.* 4. §. 5. *d. Statulib. l.* 98. 134. *d. V. S. l.* 51. §. 2. *ad L. Aquil.* Annus constat ex hieme, & æstate v. *l.* 1. §. 32. *d. aqua quotid. l. un.* §. 8. *Ne quid in flum. publ.*

publ. fiat. Mensis est series continua 30. dierum. *l.* 101. *d. R. J.* & 12. *de Stat. Hom. junct. l.* 3. §. *ult d. Suis & leg.*

11. Dies vel naturaliter consideratur vel civiliter. *Dies naturalis* est tempus decurrens abortu solis usque ad occasum, incrementum & decrementum recipiens, prout lux augetur vel decrescit, unde nocti semper opponiter. v. *l.* 7. *de Usurp l.* 5. *Qui test. l.* 2. §. 1. *l.* 124. *l.* 134. *d. V. S.* Sic in judiciis ex L. XII. Tab. sol occasus suprema tempestaserat. *Gell.* 17. *c.* 2. *Suet. in. Aug. c.* 33. *Plin.* 2. *Epist.* 11. & 4. *Ep.* 9. *v. Nov.* 82 *c.* 3. Dies Civilis, More Romano, est 24 horarum, à mediâ nocte ad insequentem mediam noctem decurrentium. *Gell.* 3. *c.* 2. *l.* 1. *de Manum. l.* 1. 8. *h. l.* 5. *Qui test. fac. l.* 6. 7. *d. Usuc.* unde lucem fœnerantur *l.* 132. *d. V. S. l.* 56. §. 5. *l.* 13. *d. V. O. Wissenb. ad. l.* 132. *de V. S.*

12. Tempus computatur aut *civiliter*, ut dies vel annus cœptus habeatur pro completo, *v. l.* 8. *d. Munerib Hol. l.* 5. *Qui test. fac. l.* 6. 7. *d. Usuc. l.* 1. *d. Manum.* 134. *d. V. S.* aut *naturaliter* de momento in momentum. v. *l.* 3. §. 3. *d. Minor.* §. 13. 1. *l.* 2. *D d. Excus. l.* 3. *de Jur. Immun. pr. l. de Nupt pr. l Quib Mod. tut.*

13. Tempus denique est vel *Continuum* vel *Utile*. Continuum est, cujus omnes partes sine interruptione. conputatis diebus tam nefastis, quam fastis, se mutuo successive sequuntur, ita ut etiam ignorantibus currat. v. *l.* 8. *d. His qui not. l.* 31. *D l.* 5. *C. ad L. Jul. d. adult.* Atque hoc tempus in dubio intelligitur. v. *l. ult C. d. Dol. l. ult C d. Tempor. in integr. rest.*

14. Tempus utile est, quo experiundi potestas est & jus dicitur *l.* 10. §. *ult ad SC. Turp. l.* 55. *d.*

tur dilatio vel a lege, quæ *Legalis*, ut decem dies ad appellandum & similes, *v. N.* 23. *c.* 1. *Auth. offeratur. C. d. Lit. cont. l. ult. C. d. Usur. rei Jud.* vel a judice, quæ *Judicialis* seu *arbitraria* vocatur. quam judex, summariâ causæ cognitione adhibitâ, ad petitionem partis concedit. *l.* 2. *C. Ut intra cert. temp. crim. quæst. term.* (9. 44.) *l.* 4. *C. d. Dilat.* v. *l.* 36. *d. judic.* §. 2. 3. *l. d. Off. Jud.* vel a partibus, quæ *Conventionalis* dicitur, & parti à parte ex pacto permittitur.

8 Conceditur à judice dilatio in omnibus tam civilibus, quam capitalibus causis. In Civilibus quidem seu pecuniariis una, in capitalibus actori duæ, reo tres. *l. fin. h.* nisi causâ cognitâ plures vel pauciores concedendæ videantur. *l.* 7. *h. t. v. l.* 41. *ad L. Jul. de adult.*

9. Effectus dilationis est, quod, pendente eâ, nihil novi fieri possit. *l.* 3. *C. h* sic ut dilatio ab una parte impetrata prosit & alteri. *d. l.* 3. *l.* 6. *inf. C. d. Tempor. in integr. rest.* Tempus autem dilationum est continuum, continens etiam dies feriatos. *d. l.* 3. *C l.* 2. §. *pen. C. d. Temp. appell. l.* 1. *C. h. infr. th.* 14.

10. *Diversa tempora* in *Inscript. hujus Tit.* sunt dilationes, feriæ, aliaque tempora excusantia eum, qui se judicio non stitit. Quæ vel à lege, vel à judice, vel a partibus definiuntur. Potissimæ temporis partes sunt Annus, Mensis, Dies. Annus intelligitur, qui ex continuis diebus trecentis sexaginta quinque, vel aliquando pluribus, constat. *l.* 3. §. 3. *de Minor. Wissemb. ad l.* 98. *de V. S. & Gothofr. Ovid.* 1. *Fast.* 27 *& seqq l.* 4. §. 5. *d. Statulib. l.* 98. 134. *d. V. S. l.* 51. §. 2. *ad L. Aquil.* Annus constat ex hieme, & æstate v. *l.* 1. §. 32. *d. aqua quotid. l. un.* §. 8. *Ne quid in flum. publ.*

publ. fiat. Mensis est feries continua 30. dierum. *l.* 101. *d. R. J.* *l.* 12. *de Stat. Hom. junct. l.* 3. §. *ult d. Suis & leg.*

11. Dies vel naturaliter consideratur vel civiliter. *Dies naturalis* est tempus decurrens abortu solis usque ad occasum, incrementum & decrementum recipiens, prout lux augetur vel decrescit, unde nocti semper opponitur. v. *l.* 7. *de Usurp l.* 5. *Qui test. l.* 2. §. 1. *l.* 134. *l.* 134. *d. V. S.* Sic in judiciis ex L. XII. Tab. sol occasus suprema tempestas erat. *Gell.* 17. *c.* 2. *Suet. in. Aug. c.* 33. *Plin.* 2. *Epist.* 11. & 4. *Ep.* 9. *v. Nov.* 82 *c.* 3. Dies Civilis, More Romano, est 24 horarum, à media nocte ad insequentem mediam noctem decurrentium. *Gell.* 3. *c.* 2. *l.* 1. *de Manum. l.* 1. 8. *h. l.* 5. *Qui test. fac. l.* 6. 7. *d. Usuc.* unde lucem fœnerantur *l.* 132. *d. V. S. l.* 56. §. 5. *l.* 13. *d. V. O. Wissenb. ad. l.* 132. *de V. S.*

12. Tempus computatur aut *civiliter*, ut dies vel annus cœptus habeatur pro completo, *v. l.* 8. *d. Munerib Hol. l.* 5. *Qui test. fac. l.* 6. 7. *d. Usuc. l.* 1. *d. Manum.* 134. *d. V. S.* aut *naturaliter* de momento in momentum. v. *l.* 3. §. 3. *d. Minor.* §. 13. 1. *l.* 2. *D d. Excus. l.* 3. *de Jur. Immun. pr. I. de Nupt pr. I Quib Mod. tut.*

13. Tempus denique est vel *Continuum* vel *Utile*. Continuum est, cujus omnes partes sine interruptione, conputatis diebus tam nefastis, quam fastis, se mutuo successive sequuntur, ita ut etiam ignorantibus currat. v. *l.* 8. *d. His qui not. l.* 31. *D l.* 5. *C. ad L. Jul. d. adult.* Atque hoc tempus in dubio intelligitur. v. *l. ult C. d. Dol. l. ult C d. Tempor. in integr. rest.*

14. Tempus utile est, quo experiundi potestas est & jus dicitur *l.* 10. §. *ult ad SC. Turp. l.* 55. *d.*

Ædil. Ed. l. 1. *d. Div. & temp præs. l.* 1. §. 1. *Quis ordo in bon. poss.* quodque non currit nisi diebus fastis, & a die scientiæ. *l.* 6. *d. Calumn. l.* 2. *C. Qui admitt. ad bon poss.* Atque hoc tempus non intelligitur, nisi exprimatur, exceptis actionibus Prætoriis, ubi annus simpliciter positus plerumque intelligitur Utilis. *l.* 38. *junct.* 19. §. *ult d. Æd. Ed. l.* 1. *junct. l.* 6. *d. Calumn. l.* 1 *pr.* & §. 39. *de Vi arm. l.* §. 13. *de Vi bon rapt.*

15. Ingentem festorum dierum numerum primus minuit Augustus, qui *triginta amplius dies actuirerum accommodavit. Suet. in Aug. c.* 32. deinde Antonius Philosophus, qui *fastis dies judiciarios addidit, ita ut ducentos triginta dies annuos rebus agendis, litibusque disceptandis constituerit. Capitol in Anton. Philos. c.* 10.

TIT. XIII.

De Edendo. Cod. 2. 1.

1. Edere est copiam alicujus rei facere, ut describendi actiones, instrumenta, vel rationes. *l.* 1. §. 1. *l.* 6. 7. *h.* Editio actionis est *Futuræ litis demonstratio, ut is, unde petitur, sive reus, sive debitor, deliberare, & secum statuere possit, utrum cedere an contendere velit, & si contendendum putet, veniat instructus, cognitâ actione, quâ convenitur. l.* 1. *d. l.* 6. §. 7. *D. l.* 3. *C. h.* Quanquam jure novo Reo statim libellus offerendus, vel ejus argumenta supplicationi ad petendam citationem inserenta, eaque postea loco libelli repetenda sint. *Nov.* 53. *c.* 3. *Nov.* 112. *c.* 2. *Auth Offeratur. C. d. lit. contest.*

2. Est autem Libellus *Scriptura actoris intentionem*

nem complectens. d. l. 1. §. 1. *l.* 6. §. 7. *h.* §. 24. *l. d. Act. l.* 7. *d. Inoff. test.* Quem cum oporteat esse clarum, & certum, sublatis jure novo formulis, ut partes necesſarias, requirit Exordium, Narrationem & Concuſionem. *l.* 1. *de O. J.*

3. In Exordio requiritur nomen Judicis, Actoris, & Rei. In Narratione, perſpicua & aperta cauſæ expoſitio, unde conſtare poſſit, quid, quale, quantumque ſit id, quod petitur. *Quintil.* 3. *c.* 8. v. *l.* 6. *d. R. V. l.* 1. §. 40. *Depoſ.* Unde & cauſa petendi. *l.* 11. 12. 13. 14. *pr.* & §. 2. *d Exc. rei. jud. l. ult. C. de ann. act.* & nomen actionis inferenda ſunt. *d. l.* 14. §. 2. *l.* 33. *d. Judic. l.* 3 *C. h. l. ult. C. d. Interd.* In cauſis criminalibus temporis quoque ratio habenda eſt. *l.* 16. *d. Dol. l.* 3. *d Accuſ. l.* 16. *C. eod.* In Concluſione requiritur apta & negotii naturæ conveniens petitio. *v.* §. 1. 14. *I. d. Act. l.* 6. *d. R. V.* Impenſarum petitio necesſaria non eſt, ad quarum condemnationem judex ex officio tenetur. *l.* 79. *D. l.* 13. §. 6. *C. d. Jud. l.* 15. *C. de judic. l.* 4. *C. de Fruct. & lit. expenſ.*

4. Ob eandem vitandæ obſcuritatis & confuſionis cauſam, prohibita eſt in libello plurium actionum, ſive ejusdem, ſive plurium rerum nomine competentium, cumulatio. *l.* 6. *d. Except. rei jud. l.* 76. §. *pen. d. Leg.* 2. *l.* 16. *l.* 18. *d. Except. l.* 3. *C. d. Interd.* Diff, alii.

5. Excuſatur tamen libelli incertitudo 1. Ob juſtam actoris ignorantiam. *l.* 76. §. 1. *d. R. V. l.* 1. 3. *Si pars her. l.* 42. & 177. §. 1. *d. R. J.* 2. In petitione fructuum. *l.* 35. §. 1. *d. R. V.* 3. Si quis dubitet de remedio ſibi competente. *l.* 1. §. 4. *Quod legat.* 4. Si alternativa petitio conveniat naturæ actionis. *l.* 16. §. 3. *d. Pignor. l.* 2. *C. d. Reſc. vend.* 5. In petitione ejus quod intereſt *l.* 24. *d. R. J. l. ult. d. Præt. Stip.* 6. Sed

6. Sed & si quis vel incertitudine, vel alia ratione in libello concipiendo peccaverit, verior & rationi juris convenientior opinio est, libellum non modo ante, sed & post litem contestatam, tum emendari, tum mutari posse. §. 34. 35. *l. d. Act. l.* 3. *C. h. t. l.* 4. §. *ult. d. Nox. Act. l.* 18. §. *ult. d. Vi & arm.* Diss. alii.

7. Altera hujus Edicti parte Actor jubetur Reo edere instrumenta litis, quibus, ad faciendam fidem petitionis suæ, usurus est. *l.* 1. §. 3. *D. l.* 5. *C. h.* non autem Reus Actori. *l.* 1. 4. *ult. C. h. l.* 10. §. 4. *d. Quæst. l.* 7. *C. d. Testib.* nisi 1. Reus excipiendo fiat actor, *l.* 1. *d. Except. l.* 19. *d. Prob.* 2. Nisi incertum sit, quantum debeat reus. arg. *l.* 48. *d. Act. empt. l.* 91. §. 3. *de Legat.* 3. vel alia justa causa suadeat, ut actori instrumenta edantur. *l.* 1. *C. h. l.* 95. §. *ult. ad L. Falc. l.* 5. *d. Jur. delib.* 3. Nisi in causa fisci, aliâque favorabili. *l.* 3. *D. h. l.* 2. §. 1. 2. *d. J. Fisc.* 4. Nisi instrumenta sint actori cum reo communia. *l.* 5. 6. 7. *C. h. l.* 5. *Fam. erc.* 5. Nisi in casu *l.* 10. *pr. h. t.*

8. Eduntur autem instrumenta sine die & consule, exceptis rationibus. *l.* 1. §. 2. *l.* 4. *pr. l.* 6. §. 6. *h. t.*

9. Hactenus de Editione instrumentorum privatorum. Publica edenda sunt omnibus, quorum interest. *l. pen. Ad exhib. l.* 3. 4. *D. l.* 2. *C. h.* Quo pertinent libri Nummulariorum & Argentariorum, qui rationes suas edere coguntur. *l.* 9. §. 2. *l.* 20. *h. t.* Ratio est in *l.* 4. §. 1. *l.* 10. §. 1. *h. t.* licet argentariam facere desierint. *l.* 4. §. 1. *h.* tenentur & eorum successores. *l.* 6. §. 1. *l.* 9. §. 1. *h.* præstito tamen, si desideretur, a petitore jurejurando calumniæ, suâ interesse. *l.* 6. §. 3. *h. l. ult. C. de fid. Instr.*

10. Sun

10. Sunt autem *Argentarii & Nummularii*, qui rei nummariæ negotiationem excercebant, vel ut pecunias penes se sine fœnore depositas custodirent, *l.* 24. §. 2. *d. Reb. auct.* vel sub usuris sibi creditas fœnori collocarent. *d. l.* 24. *N.* 136. Sic tamen ut differant *Nummularii & Argentarii. l.* 9. §. 2. *h.* argentariorum enim officium latius patebat, ita ut & auctiones apud tabernas suas facerent. *l.* 18. *d. Pet. Her. l.* 88. *d. Solut.* Dicuntur & *Mensularii. l.* 47. §. 1. *d. Pact. v. Suet. in Aug. c.* 3. 4. *in Ner. c.* 5. *in Vesp. c.* 1. *Horat.* 1. *Sat.* 6. *Cic. ad Attic.* 2. *Epist.* 1.

11. Hi omnes actus sui rationes diligenter conficere tenentur, cum eorum officium publicam causam habeat. *l.* 4. *l.* 10. *h. l.* 32. *de Contr. emt.*

12. Ad petendam instrumentorum Editionem datur vel actio pro socio, mandati, aut similis. *l.* 8. *pr. Mand. l.* 9. *h.* vel actio propria in factum ad editionem, aut ad id quod interest. *l.* 6. §. 4. *l.* 8. §. 1. *l.* 10. §. 3. *h. t.* competens ei, cujus interest. *l.* 6. §. 5. *d. l.* 10. *h. t.* ejusque heredibus, contra Argentarios, qui dolo vel latâ culpâ non edunt instrumenta. *l.* 1. *h.* non contra heredes, nisi ex proprio facto *l. ult. l.* 9. §. 1. *h. t.* nec post annum. *d. l. ult. h. t.*

TIT. XIV.

De Pactis. Cod. 2. 3.

1. Pactum, sive Conventio, est *Duorum pluriumve in idem placitum consensus, de aliquo dando. faciendo, vel præstando. l.* 1. §. 2. *h. l.* 3. *d. Pollicit.* Quod generaliter acceptum etiam contractus nominatos atque innominatos continet. *l.* 1.

l. 1. §. 3. *h. l.* 27. §. 3. *h. t. junct. l.* 72. *d. Contr. emt. l.* 71. *D. Pro. soc. l.* 20. *C. h. t.*

2. Est vel Pactum Nudum, vel Contractus. *v. l.* 7. §. 1. *& seqq. h. l.* 19. *d. Novat. l.* 10. *C. h. l.* 8. 15. *D. d. Præs. Verb. l.* 6. *C. d. J. dot.*

3. Pactum nudum est *Conventio in nudis placiti finibus consistens, & certo nomine ac causâ, aa agendum efficati, destituta. d. l.* 7. *pr. &* §. 4. *l.* 27. *C. d. Loc. cond. l.* 15. *C. Fam. erc.*

4. Noluerunt enim Romani Legislatores cives suos ex quolibet, sæpe minus deliberato promisso, & simplici ac vagâ conventione tam efficaciter obligari, ut inde actio contra promittentem daretur. *l.* 13. *de Rec. arb. d. l.* 7. *pr. &* §. 4. *D. l.* 10. *l.* 28. *h. l.* 28. *C. h. t. l.* 15. *Præs. verb. l.* 3. *C. d. Rer. Perm. Sen. d. Benef.* 3. *c.* 21. ne quidem si pactum nudum maxime sit serium & deliberatum. *l.* 45. *D. l.* 28. *C. h.* Diss. alii.

5. Adeo ut pacta servari maxime quidem humanæ Romanæque fidei conveniat, latiusque hic pateat officiorum quam juris regula, *l.* 1. *h. l.* 1. *d. Const. pec. l.* 84. §. 1. *d. R. J.* adeoque inde naturalis obligatio & exceptio nascatur, *d. l.* 7. *l.* 5. §. 2. *l.* 95. §. 4. *d. Solut.* sed ut, qui se seriò, cum effectu actionis, obligare vellent, eum in finem contractuum, inprimisque stipulationum vinculis, promissionem suam obstringerent & firmarent. *dd. ll. Senec.* 2. *de ira.* 27.

6. Hæc tamen Regula locum non habet. 1. Si pactum nudum vel stipulatione, vel traditione, aut facto ab unâ parte confirmetur. *l.* 15 *d. Pr. verb. l.* 6. *C. d. Transf. l.* 10. §. 1. *h.* 2. Si pactum nudum aliquâ lege speciatim confirmetur, fiatque *Legitimum. l.* 6. *h.* 3. Si in continenti adjiciatur contractibus bonæ fidei. *l.* 7. §. 5. *h.* 4. Jure gen-

gentium, jure Canonico & moribus, *v. C.* 1. 3. x. *h. t.*

7. Sunt autem Pacta Legitima *Nudæ conventiones à lege ita firmatæ, ut actionem, vi legis confirmantis, vel producant, vel aliunde productam tollant. d. l. 6. h.* ut 1. Pactum hypothecæ. *l.* 17. §. 2. *h. l.* 23. *C. d. Pign. & hyp.* 2. Constitutum *l.* 1. *d. Const. pec.* §. 9. *I. d. A.* 3. Pacta, quibus usuræ promittuntur vel ex mutuo civitatis. *l.* 30. *d. Usur.* vel 4. rerum fungibilium, *l.* 12. *C. eod.* vel 5. pecuniæ trajectitiæ, *l.* 5. 7. *d. Naut. fœn.* vel 6. pecuniæ ab argentariis creditæ. *Nov.* 136. c. 4. 7. Pactum donationis. §. 2. *I. d. Don.* 8. Pactum Dotis. *l.* 6. *C. d. Dot. prom.*

8. Primus Pacti Legitimi effectus est, quod producat condictionem ex lege *l. un. d. Cond. ex Leg.* nisi lex confirmans certam actionem exprimat, ut in Constituto. v. infra *Lib.* 13. *Tit.* 5.

9. Alter effectus est, quod priorem obligationem civilem & actionem tollat, & quidem *ipso jure*, *l.* 6. *h. t.* cum pactum non legitimum obligationem naturalem quidem ipso jure, sed civilem non nisi ope exceptionis tollat. *l.* 95. §. 4. *d. Solut. l.* 5. *C. h.* §. 3. *J. d. Exept. l.* 27. *de R. J.* Sic tamen ut obligatio civilis ex solo consensu orta, nec ullâ rei traditione confirmata, nudo pacto, etiam ipso jure, tollatur. §. *ult. I. Quib. mod. toll. oblig. l.* 7. §. 6. *l.* 58. *h. t. l.* 6. §. *ult. d. Contr. emt. l.* 1. 2. *C. Quand. lic.* Idem juris est in obligatione furti & injuriarum. *l.* 17. §. 1. *l.* 27. §. 4. *h. t.* & in hypothecâ nudo consensu initâ. *l.* 1. *l.* 9. §. 3. *d. Pign. act. l.* 4. *D. junct. l.* 23. *C. d. Pign. & Hyp.*

10. Pacta adjecta sunt Nudæ conventiones, alteri negotio adjectæ, quæ, licet non pariant novam actionem, formant tamen actionem, ex ne-

negotio, cui adjiciuntur, ratam, *l.* 27. *de R. J.* (*ubi pro* infirmare *legendum* informare: *vel delenda particula* non *ante* informare) & quasi partem ac membrum contractus constituunt. *l.* 7. §. 5. *h.* modo 1. Adjiciantur in continenti. *l.* 7. §. 5. 2. Contractibus bonæ fidei. *d. l.* 7. *l.* 13. *C. h.* 3. Non sint contra bonos mores aut leges. *l.* 28. *pr. D. l.* 6. *C. h. l.* 26. *de V. O.* 4. Nec contra naturam contractus. v. infra *th.* 15.

11. In continenti autem adjici dicuntur pacta, quæ sine intermissione in ingressu seu initio contractus adponuntur. *d. l.* 7. § 5. *h l.* 5. *C. d. Pact. int. emt.* & *vend. l.* 23. & 27. *de R. J. l.* 5. §. 2. *Commod. l.* 24. *in f. Depos.* vel statim post perfectum negotium. *d. l.* 7. *l.* 3. *C. d. Æd. act. l.* 72. *d. Contr. empt.*

12. Ex intervallo adjecta non insunt, nisi sint pacta *Detrahentia*, secus si sint *Adjicientia*; quæ non insunt, sed tantum prosunt reo ad exceptionem. *d. l.* 7. §. 5. 6 *l.* 72. *d. Contr. Empt.* *Detrahentia* autem sunt, quæ mutant, id est, vel augent vel detrahunt aliquid ex prioris contractus substantialibus, sic ut e. g. in emptione vel de alio pretio, vel de merce alia conveniat. *Adjicienta*, quæ non mutant contractus substantiam, sed circa adminicula, seu naturalia ejus versantur, quæ, salvâ contractus naturâ, abesse vel adesse possunt, veluti de cautione duplæ, de fidejussore, vel pignore dando aut non dando, *vid. infr. tit. de Evict. th.* 17. & 18.

13. Atque hæc ita, si pactum adjiciatur contractibus bonæ fidei. Nam pacta stricti juris negotiis sive in continenti, sive ex intervallo adjecta non formant actionem, sed tantum prosunt ad exceptionem. *d. l.* 7. *D. l.* 13. *C. h. l.* 3. *C. d. Usur.*

ut

ut in Mutuo *l.* 17. *pr. h. l.* 11. §. 1. *d. Reb. Cred.* Diff. Hottom. Duar. Fab. aliique per *l.* 10. *D. eod.* *l.* 48. *h. l.* 6. *d. Eo quod certo loco.* & alias. v. *Vinn. in Tract. de Pact. c.* 10. *Voet. ad h. t. num.* 7.

14. Stipulationi autem pacta in continenti adjecta inesse & formare actionem videntur. *l.* 4. §. *ult. h. l.* 40. *d. Reb. Cred.* idque ob summam affinitatem & similitudinem, quæ est inter pactum nudum & stipulationem, scilicet quoad formam & modum. *l.* 7. §. 12. *h.* Diff. alii.

15. Pacta naturam contractus, cui adjiciuntur, evertentia, adeo non insunt, ut nec actionem forment, nec exceptionem producant *l.* 14. *l.* 29. §. 2. *l.* 70. *Pro Soc.* *l.* 12. *de Precar.* *l.* 17. *pr. h.* *l.* 11. *d. Reb. Cred.* *l.* 1. §. 45. *Depos.* Quanquam fieri possit, ut natura contractus leviter alteretur, aut mutetur, vel ut contractus reformetur in aliud genus negotii. v. §. 2. *I. Quib. mod. re contr. obl.* §. *ult. I Mand.* *l.* 6. §. 1. *de Act. empt.* *l.* 80. *in f. de Contr. empt.* *l.* 24. *l.* 26. *Depos.* *l.* 34. *Mand.* *l.* 31. *Loc. cond.*

16. Effectus pacti in continenti adjecti est, quod insit contractui, formetque actionem inde competentem, i. e. ei modum ponat, ut vel in plus, vel in minus competat, quam si absque pacto fuisset: non autem ut novam actionem pariat. *d. l.* 7. §. 5. *ff.* *l.* 13. *C. h. t.* *l.* 10. *C. de J. Dot.* *l.* 69. *Pro Soc.* *l.* 79. *de Contr. empt.* *l.* 4. *de L. Comm.* *l.* 24. *l.* 26. *Depos.* quanquam in causa dubia cum actione præscriptis verbis concurrere possit, & soleat. *l.* 2. *C. de Pact. int. empt. v.* *l.* 50. *de Contr. empt.* *l.* 11. §. 6. *de Act. empt.* *l.* 6. *de Resc. vend. d. l.* 4. *l.* 16. *de Addict. in diem.* *l.* 12. *Præs. verb.* *l.* 1. §. 4. *Quod legator.*

17. Contractus proprie est *Conventio, habens*

negotio, cui adjiciuntur, ratam, *l.27.de R.J.* (*ubi pro* infirmare *legendum* informare: *vel delenda particula* non *ante* informare) & quasi partem ac membrum contractus constituunt. *l.7.* §. 5. *h.* modo 1. Adjiciantur in continenti. *l.* 7. §. 5. 2. Contractibus bonæ fidei. *d. l.* 7. *l.* 13. *C.h.* 3. Non sint contra bonos mores aut leges. *l.28.pr. D.l.6. C. h. l.* 26. *de V.O.* 4. Nec contra naturam contractus. v. infra *th.* 15.

11. In continenti autem adjici dicuntur pacta, quæ sine intermissione in ingressu seu initio contractus apponuntur. *d. l.* 7. § 5. *h l.* 5. *C. d. Pact. int. emt. & vend. l.* 23. & 27. *de R. J. l.* 5. §. 2. *Commod. l.* 24. *in f. Depos.* vel statim post perfectum negotium. *d. l.* 7. *l.* 3. *C.d.Æd. act. l.* 72 *d. Contr. empt.*

12. Ex intervallo adjecta non insunt, nisi sint pacta *Detrahentia*, secus si sint *Adjicientia*; quæ non insunt, sed tantum prosunt reo ad exceptionem. *d. l.* 7. §. 5. 6 *l.* 72. *d. Contr. Empt.* *Detrahentia* autem sunt, quæ mutant, id est, vel augent vel detrahunt aliquid ex prioris contractus substantialibus, sic ut e. g. in emptione vel de alio pretio, vel de merce aliâ conveniat. *Adjicienta*, quæ non mutant contractus substantiam, sed circa adminicula, seu naturalia ejus versantur, quæ, salvâ contractus naturâ, abesse vel adesse possunt, veluti de cautione duplæ, de fidejussore, vel pignore dando aut non dando, *vid. infr. tit. de Evict. th.* 17. & 18.

13. Atque hæc ita, si pactum adjiciatur contractibus bonæ fidei. Nam pacta stricti juris negotiis sive in continenti, sive ex intervallo adjecta non formant actionem, sed tantum prosunt ad exceptionem. *d. l.* 7. *D. l.* 13. *C. h. l.* 3. *C. d. Usur.*

ut

ut in Mutuo *l. 17. pr. h. l. 11. §. 1. d. Reb. Cred.* Diff. Hottom. Duar. Fab. aliique per *l. 10. D. eod. l. 48. h. l. 6. d. Eo quod certo loco.* & alias. v. *Vinn. in Tract. de Pact. c. 10. Voet. ad h. t. num. 7.*

14. Stipulationi autem pacta in continenti adjecta inesse & formare actionem videntur. *l. 4. §. ult. h. l. 40. d. Reb. Cred.* idque ob summam affinitatem & similitudinem, quæ est inter pactum nudum & stipulationem, scilicet quoad formam & modum. *l. 7. §. 12. h.* Diff. alii.

15. Pacta naturam contractus, cui adjiciuntur, evertentia, adeo non insunt, ut nec actionem forment, nec exceptionem producant *l. 14. l. 29. §. 2. l. 70. Pro Soc. l. 12. de Precar. l. 17. pr. h. l. 11. d. Reb. Cred. l. 1. §. 45. Depos.* Quanquam fieri possit, ut natura contractus leviter alteretur, aut mutetur, vel ut contractus reformetur in aliud genus negotii. v. §. 2. *I. Quib. mod. re contr. obl. §. ult. I Mand. l. 6. §. 1. de Act. empt. l. 80. in f. de Contr. empt. l. 24. l. 26. Depos. l. 34. Mand. l. 31. Loc. cond.*

16. Effectus pacti in continenti adjecti est, quod insit contractui, formetque actionem inde competentem, i. e. ei modum ponat, ut vel in plus, vel in minus competat, quam si absque pacto fuisset: non autem ut novam actionem pariat. *d. l. 7. §. 5. ff. l. 13. C. h. t. l. 10. C. de J. Dot. l. 69. Pro Soc. l. 79. de Contr. empt. l. 4. de L. Comm. l. 24. l. 26. Depos.* quanquam in causa dubia cum actione præscriptis verbis concurrere possit, & soleat. *l. 2. C. de Pact. int. empt. v. l. 50. de Contr. empt. l. 11. §. 6. de Act. empt. l. 6. de Resc. vend. d. l. 4. l. 16. de Addict. in diem. l. 12. Præs. verb. l. 1. §. 4. Quod legator.*

17. Contractus proprie est *Conventio, habens*

certum nomen, vel causam, suâ naturâ obligationem, ad agendum Jure Civili efficacem, producens. l. 1. §. 3. *l.* 7. §. 1. 2. *h.* Quanquam latissimo sensu aliquando accipiatur pro omni facto, unde nascitur obligatio, ut delicto, pacto legitimo, donatione, matrimonio, v. *l.* 52. *de Re jud. l.* 20. *de Jud. l.* 7. *C. de His q. vi met. l.* 17. *C. de Fid. instr. l. ult. C. de Repud. l.* 1. & 2. *de Legib. l. ult. de Accus.*

18. Contractus est vel Verus, vel Quasi. Verus est, *Qui constat vero & manifesto consensu.* Quasi contractus est, *Negotium omne non turpe, unde, ob æquitatem & utilitatem publicam, Jure Civili, etiam inter invitos & ignorantes, nascitur obligatio.* Species & exempla, v. *in tit. Inst. de Oblig. q. quas. ex contr. l.* 13. *in f. Commod. l.* 32. *de Reb. cred. & alibi.*

19. Verus contractus est vel Nominatus vel Nec nominatus. Nominatus est, *Qui habet certum nomen, tamquam signum certæ formæ & actionis.* Nec nominatus est, *Qui nec nomen, nec formam aut actionem certam habet, sed propter causam,* i. e. *dationem, vel factum, ab alterâ parte impletum, producit obligationem efficacem.* unde generalis actio, *Præscriptis Verbis* nascitur *l.* 7. §. 4. *l.* 1. §. 2. *D. l.* 3. *C. de Rer. perm. l.* 5. *l.* 8. *in f. l.* 15. *de Præs. Verb. l.* 45. *h. l.* 6. 33. *C. de Transf. l.* 1. *de Æstim.* de qua ad *tit. D. de Præs. Verb. th.* 8.

20. Differentia utriusque est, 1. Quod in contractu nominato actionem pariat ipsa forma contractus, & vis obligationis, etiamsi nulla datio, vel factum accesserit, *l.* 7. §. 1. *h. l.* 1. *D. de Rer. perm.* in nec nominato non forma, sed datio vel factum. *dd. ll. l.* 5. *de Præs. verb.* 2. Quod in contractu nec nominato pœnitentiæ locus sit, quamdiu pars altera obligationi nondum satisfecit.

cit. *l.* 3. §. 1. 2. *l.* 5. *de Cond. cauf. dat. l.* 65. §. 4. *D. de Cond. ind.* nisi subjecta stipulatio pœnitentiæ locum ademerit. *l.* 3. *C. de Rer. perm.* In nominato statim tam efficax nascitur obligatio, ut nulli contrahentium integrum sit à pactis conventis recedere. *l.* 5. *C. a. O. & A. l.* 3. 7. 14. *C. de Resc. vend. l.* 16. *C. de Transact.*

21. Nec nominati contractus sunt, Do ut Des, Do ut Facias: Facio ut Des: Facio ut Facias. *l.* 5. *de Præf. verb.*

22. Contractus Nominati constant vel Re vel. Verbis, vel Litteris, vel Consensu. *d.* §. *ult. Inst. de Oblig. v. tit. Inst. Quib. mod, re contr. obl. t. de Obl. ex conj. tit. de V. Obl. t. de Liter. obl. l.* 1. *h. l.* 1. §. 1. *de O. & A. l.* 8. *de Fidej.*

23. Contractus porrò sunt vel Juris Gentium, vel Juris Civilis. *v.* §. 2. *I. de Jur. Nat. Gent. & Civ.* vel Bonæ fidei, vel Stricti Juris, de quibus ad *tit. Inst. & D. de Oblig. & Actionib.*

24. Denique vel ab unâ parte obligatorii, ut Mutuum & Stipulatio, vel ab utrâque, ut Emptio, Locatio, Mandatum, Societas, aliique. *l.* 1. §. 3. *D. h. l.* 1. *de O & A.* §. *ult. Inst. de Obl. pr. I. de Auct. tut.* Diff. alii per malè intellectam *l.* 19. *D. de V. S. vid. infr. tit. de Reb. Cred. th.* 11.

25. Tantum de primâ & summâ divisione in Pactum nudum & Contractum. Secunda est, quod pacta sunt vel Expressa. vel Tacita.

26. Expressa, *Quæ certo & aperto consensu, quâcunque ratione significato, constant. l.* 2. *h. l.* 52. §. *ult. de O. & A. l.* 17. *de Novat. l.* 18. *Mandat.*

27. Tacita sunt, *In quibus lex. ex facto aliquo, animum paciscendi arguente, præsumit consensum intervenisse, licet revera non intervenerit. l.* 2. *h.* quale est pactum pignoris ex facto inqui-

lini bona in prædium Urbanum inferentis. *l. 4. pr. h. l. 2. 4. 6. In quib. cauf. pign.* Remiffionis debiti & acceffionum, ex redditione chirographi. *l. 2. §. 1. h. l. 3. §. 1. de Liber. leg. l. 59. de Leg. 3. l. 43. de Solut. l. 7. C. de Remiff. pign.* licet unum ex pluribus ejusdem debiti chirographis fit redditum. *arg. l. 2. §. 1. l. 39. h. l. 47. de O. & A. l. 24. Qui teft. fac.* modo aliquid ad nudam redditionem accedat, unde animus remittendi præfumi poffit, veluti donatio, vel legatum. *arg. l. 25. de Prob. l. 7. 22. de Donat. l. ult. de His q. in teft. del. l. 27. §. 1. de furt. l. 44. §. 5. de Legat. I. l. 1. C. de Donat.* Pignoris redditio inducit tacitum Pactum de remiffo pignore. *l. 3. h. arg. l. 1. §. 1. de Lib. leg. l. 9. C. de Remiff. Pign.* nifi debitori petenti ad certum ufum vel precario concedatur. *l. 35. §. 1. de Pign. act. l. 36. de Adq. pof.*

28. Tertio Pacta funt vel *Publica* vel *Privata*. Publica, *Quæ à perfonis publicis, de causâ publicâ, publicâ auctoritate fiunt. l. 5. h.* Privata, *Quæ privati privatâ auctoritate de rebus privatis ineunt;* quibus non datur effectus producendæ obligationis ultra res & perfonas privatas, fic ut inde Jus publicum mutari nequeat. *l. 38. h l. 7. §. 16. l. 27. §. 4. eod. l. 20. de Relig. l. ult. de Suis & leg. her. l. 45. §. 1. l. 27. de R. J.* Exemplum v. *in l. 42. h. junct. l. 52. §. 2. eod. & l. ult. C. Sine cenf. vel. reliq.*

29. Quartò pacta ab effectu dividuntur, quod fint *vel in rem, vel in perfonam. l. 7. §. 8. h.* In perfonam, cum pacifcor ne à certâ perfonâ petam, *quæ perfonæ, pacto expreffæ, tantum profunt. d. l. 7. §. 8. l. 17. §. 3. h.* fic ut nec heredibus profint, nec fidejufforibus. *d. l. 17. §. 3. 4. l. 25. §. 1. l. 22. h.* Quanquam jure novo poft *N. 4. c. 1.* pactum rei femper profit fidejuffori. Pactum in rem

rem eſt, quo quis generaliter paciſcitur, ne petat. non expreſſâ certâ perſonâ, *Quæ ultra paciscentem etiam extenduntur ad heredes, & fidejuſſores*, aliosque, quorum obligationem diſſolutam eſſe, paciſcentis intereſt. *l.* 21. §. *ult. l.*40. *h. l.*9. *de Probat. l.* 7. §. 1. *de Except.* Sic pactum venditoris emptori nocet & prodeſt, & vice verſâ. *l.* 16. 17. §. 5. *h.* ut & pactum debitoris in rem conceptum fidejuſſori. *l.* 21. §. *ult. l.* 32. *l. ult. h.* niſi aliud actum ſit. *l.* 22. *h.* vel rei non interſit à fidejuſſore non peti, ut in ſpecie *l.* 32. *h. l.* 6. §. 2. *l.*40. *D. Mand.* Quâ ratione pactum fidejuſſoris de non petendo nec confidejuſſori prodeſt, nec reo principali, *l.*23. *h. l.* 39. *de Fidej.* Pactum autem ſocii correi prodeſt correo. *l.* 25. *pr. d. l.* 21. §. *ult. h. l.* 2. *C. de Duob. reis.* Pactâ autem aliorum nec proſunt, nec nocent illis, quos plane non concernunt. Sic, uti dictum, pactum fidejúſſoris non prodeſt reo, aut confidejuſſoribus. *l.* 23. *h.* niſi fidejuſſor in rem ſuam interceſſerit. *l.* 24. *h.* vel hoc actum ſit ne à reo quoque aut à confidejuſſoribus petatur. *d. l.*25. §. *ult. d. l.*26. Quo caſu licet exceptio pacti locum non habeat, utilis tamen eſt exceptio doli. Quæ tum hic, tum alias ſæpe ſubſidiaria eſt exceptionis pacti. *d. l.* 25. §. *ult. l.* 7. §. 18. *l.* 10. §. 2. *h.* Nec pactum majoris partis creditorum cum debitore ceteris nocet. *l.* 27. § 2. *in fin. h. t. l.* 63. *de Re jud. l.* 39. *de Negot. geſt. t. C. Res inter. al. act. l. ult. C. Qui bon. ced. poſſ.* Quamquam Prætor. interdum majoris partis voluntatem decreto ſuo ſequi & probare poſſit, & ſoleat. *l.* 7. §. 17. *& ſeqq. h. t.* Sed nec debitorum pactis creditorum petitio tolli aut mutari poteſt. *l.* 25. *C. h. l.* 3. *D. de Tranſ.*

30. Pactum patris, *ne a ſe, nec a filio petatur,* pro-

prodest filio, ut heredi, *l.* 33. *h.* non ut filio. *l.* 17. §. 4. *h.* quanquam, si sit in potestate, doli exceptio ei prosit. *l.* 21. §. 2. *h.*

31. Illud prætereundum non est, quoties persona pacto inseritur, non ut personale sit, sed ut constet, cum quo pactum conventum sit, ut sæpe fieri solet, *l.* 7. §. 8. *h.* toties pactum ad heredem quoque, & successorem singularem pertinere. *d. l.* 7. §. 8. *l.* 8. §. *pen. de Pign. act. l.* 5. *Quib. mod. pign. l.* 17. §. 5. *l.* 40 *h. t.*

32. Cæteroquin trita & certa regula est, neminem alteri paciſci aut stipulari posse. §. 8. *I. de Inut. stipul. l.* 38. §. 17. *l.* 126. §. 2. *de V. O l.* 11. *de O. & A. l.* 73. §. *ult. de R. J.* nisi vel paciſcentis intersit, alteri dari, vel hujusmodi conventioni subjecta sit pœnæ stipulatio, *de* §. 18. vel filiusfamilias patri, servus domino, aut tutor pupillo, curator minori aut furioso pacifcatur *l.* 5. §. 9. *de Const. pec. t. I. Per quas perſ. acq. obl. l.* 15. *l.* 59. *ff. h.* v. *& l.* 45. *Sol. matr. l.* 3. *C. de Donat. quæ sub mod.*

33. Paciſci & ex pacto obligari atque obligare possunt omnes, qui non prohibentur, Prohibentur autem alii ob defectum consensus, ut 1. Furiosi & mente capti. §. 8. *I. de Inut. stipul. l.* 1. §. 12. *de O. & A. l.* 70. §. 4. *de Fidej. l.* 5. *de R. I.* 2. *C. de Contr. empt.* 2. Ebrii, qui ob *voluntariam insaniam* à furore differentem, non quod minor sit, sed quod brevior, (ut *Sen. Ep.* 83. ait) omnia impetu, nihil consilio agunt. *l.* 11. §. 2. *de Pœn. v. l.* 48. *de R. J.* 3. Prodigi. *l.* 1. *D. de Cur. Fur. l.* 12. *de Tut. & Cur. dat. l.* 40. *de R. J. l.* 6. *de V. O. l.* 25. *de Fidejuſſ.* nisi cum de ipsorum commodo agitur. *d. l.* 6. *de V. O. l.* 9. §. 7. *de Reb. Cred. l.* 5. §. 1. *l.* 9. *de Adq. her. l. ult. de jur. & fact. ign.* 4. Infan-

tes

tes nec ipsi, ne naturaliter quidem, obligantur, nec alios sibi civiliter obligant. §. 9. *I. de Inut. stip.* re tamen seu ex quasi contractu obligantur. *l.* 46. *de O. & A. l.* 206. *de R. J.* ut & si cum alterius detrimento locupletiores sint facti. *l.* 13. *l.* 14. *de Cond. ind.* Pupilli infantiam egressi, cum consentire possint, naturaliter obligantur, sive locupletiores sint facti, sive non. *l.* 3. *Commod. l.* 5. *pr. de Auct. tut. d. l.* 13. 14. *de Cond. indeb. l.* 25. §. 1. *Quand. dies leg. l.* 21. *ad L. Falc. l.* 64. *ad SC. Treb. l.* 127. *D. de V. O. l.* 95. §. 2. & 4. *de Solut. l.* 1. *de Novat.* etiam civiliter, si conditionem suam meliorem fecerint, sic ut ex Constitutione D. Pii etiam conveniri possint. *d. l.* 3. *d. l.* 5. sin minus, non sibi nocent, sed fidejussoribus, & si qui alii obligationi pupillari accesserunt. *d. l.* 13. §. 1. *l.* 41. *de Cond. indeb. l.* 59. *de Obl. & act.* §. 3. *I. Quib. mod. toll. obl. d. l.* 127.

34. Minores, si curatorem habeant, sine consensu ejus de rebus suis pacisci, aut ex conventione civiliter obligari nequeunt. *l.* 1. *de Minor.* l. 3. *C. de Rest. in integr.* In personalibus, bonorum administrationem non spectantibus, recte obligantur. *l.* 20. *de R. N. l.* 8. *C. de Nupt.* quo sensu forte accipi potest *l.* 101. *de V. O* Si curatore careant, obligantur quidem, sed, si se læsos probent, in integrum restitui possunt. *d. l.* 3. *C. de Rest. in integr. l.* 43. *de O. & A.*

35. In pactis & contractibus servi ex suâ personâ civiliter nec obligantur, nec obligant. *l.* 21. §. 1. *h. l.* 41. *de Pecul. l.* 14. *de O. & A. l.* 22. *l.* 32. *de R. J.* adeo ut ne manumissus quidem teneatur. *t. t. C. An serv. pro suo facto.* & servitus postea superveniens obligationem ab homine libero contractam exstinguat. *l.* 30. *de O. & A. l.* 2. *pr.*

l. 7. §. 2. *de Cap. min.* Naturaliter tamen obligantur. *l.* 14. *de O. & A. l.* 13. *de Cond. ind.* & paciscendo domino adquirunt obligationem. *l.* 17. *inf. & seqq. h. l.* 41. *de Pecul.* quanquam eum obligare nequeant. *l.* 28. §. 2. *eod.*

36. Filius familias ex omnibus causis, ut pater familias obligatur. *l.* 39. *de O. & A. v. tit. ad SC. Maced.* Inter patrem autem & filium familias nulla potest esse Civilis obligatio. *l.* 7. *de O. & A. l.* 4. *l.* 11. *de Jud.* (nisi ex causâ peculii castrensis, vel quasi, vel bonorum adventitiorum, pleno Jure ad filium pertinentium. *l.* 15. §. 1. *de Pec. castr. Nov.* 117. *c.* 5. *Nov.* 118. *c.* 2.) ut nec inter fratres in ejusdem patris potestate constitutos. *l.* 38. *de Cond. ind.* Potest autem filius familias cum alio paciscendo patris conditionem reddere meliorem *l.* 17. §. *ult. & l. seq. l.* 28. §. *ult. l.* 30. *h*, non deteriorem, nisi quatenus est in peculio. *l.* 41. *l.* 44. *de Pecul*,

37. De personis non prohibitis, tenenda est Regula. Ex pacto obligare & obligari posse omnes, quibus est communis sensus, & Juris Gentium communicatio. *Cicero lib.* 1. *de Offic. c.* 12. & *lib.* 3. *c.* 29. 31. Unde fides data servanda est hosti. *l. ult. de Legationib. l.* 21. *de Neg. gest. l.* 5. *h. l.* 5. §. 3. *de Capt. & postl. rev.* Latroni. *l.* 31. §. 1. *Depos.* Barbaris, *l.* 6. *inf. de Bon. Damn.* Hæreticis & infidelibus. *cap. ult. x. de Hæret.*

38. Cum autem omnis conventio requirat consensum, *l.* 2. §. 3, *h.* consensus verò duo habeat principia, Intellectum & Voluntatem, quæ vel vitiantur vel tolluntur per Errorem, Dolum, & Metum, consequitur hæc vitia ab omni pacto & obligatione abesse debere. *l.* 51. *h. l.* 57. *de O. & A. t. t. de Dol. mal. t. t. Quod met. caus.*

30. Pa-

39. Paciſci & contrahere licet de rebus omnibus honeſtis, quæ in commercio exiſtunt. *l.* 7. §. 13. *& ſeq. h.* arg. *l.* 34. §. 1. *de Contr. empt. l.* 27. §. 4. *h. l.* 42. *de V. S. ubi pro* id eſt *leg.* idem eſt. Quæ autem ſuper maleficio facta, turpitudinem aliquam continent, ſive naturali ſive Civili Jure prohibitam, adeoque contra bonos mores ſunt, nullam producunt obligationem, ut ſi paciſcar, ne furti, ne injuriarum agam. *l.* 7. §. 3. 16. *d. l.* 27. §. 4. *l.* 28. *h.* ne dolus præſtetur. *d. l.* 27. §. 4. l. 1. §. 7. *Depoſ.* Ratio eſt in *l.* 15. *de Cond. inſt. junct. l.* 31. *de Obl. & Act.*

40. Jure Civili prohibentur 1. Pactum de Quotâ litis, ſeu de conſequendâ in eventum litis cert parte pecuniæ in controverſiam deductæ, ob concuſſionis & calumniæ metum. *l.* 9. §. 2. *de Off. Proconſ. & Leg. l.* 53. *D. h. l.* 15. *C. de Procur. l.* 5. *l.* 6. §. 2. *C. de Poſt. l.* 6. §. *ult. & l.* 7. *D. l.* 20. *C. Mand.* Pacta tamen de victoriæ præmio poſt actam finitamque cauſam licita ſunt. *l.* 1. §. 12. *de Extr. cognit.* ut & illud quod refertur in *l.* 5. *C h. t.* 2. Pacta de obtinendâ hereditate viventis. *l.* 2. §2. *de Vulg. & pup. l.* 2. §. *ult. de His quib. ut indign. l.* 15. *C. h. t. l.* 5. *C. de Pact. conv. l.* 4. *C. de Inut. ſtipul. l.* 61. *de V. O. l.* 29. § 2. *l.* 30. *de Donat.* etiam reciproca de mutuâ paciſcentium ſucceſſione. *l.* 19. *C. h. t.* exceptis pactis militum ad commune prælii diſcrimen euntium. *d. l.* 19. Adeoque prohibita ſunt pacta de hereditate tertii certi adhuc viventis, & non conſentientis. *l. ult. C. h.* ſive adipiſcendâ, *d. l. ult.* ſive conſervandâ *l.* 15. *C. h. l.* 52. §. 9. *Pro ſoc.* ſive repudiandâ. *l. ult. de Suis & leg. her. l.* 3. *C. de Collat.* Secus eſt ſi tertius, de cujus bonis agitur, conſentiat, in eoque conſenſu ad extremum vitæ ſpatium perſeve-

severet. *d. l. ult. C. h.* Sed & pactum, vivo testatore initum, ne heres Falcidiâ utatur, non valet. *l.* 15. §. 1. *Ad L. Falc.* post mortem testatoris factum valet. *l.* 46. *h. l.* 46. *ad L. Falc.* Valet etiam pactum post mortem testatoris, sive gratuitum, sive cum datione aut retentione conjunctum, de remittendo legato, vel fideicommisso conditionali. *l.* 1. *C. h. l.* 11. *C. de Transf. l.* 21. §. 4. *D. l.* 16. *C. h.* licet legatum aut fideicommissum, pendente conditione, vel die, repudiari nequeat. *l.* 45 §. 1. *de Leg.* 2. *l.* 174. §. 1. *de R. J. infr. tit. de Acq. hered. th.* 15. & 16. 3. Denique omnia pacta sunt prohibita, quæ contra formam & regulas Juris, sive Civilis sive Prætorii, fiunt. *l.* 28. *l.* 38. *ff. l.* 6. *C. h. l.* 27. *de R. J. v. l.* 2. *l.* 5. 12. §. 1. *l.* 18. *de Pact. dot.*

41. Effectus pactorum (scilicet nudorum) est, quod producant obligationem naturalem pleniorem, quæ non modo locum facit exceptioni, *l.* 7. §. 4. *h.* sed & Novationi. *l.* 1. §. 1. *de Novat.* Compensationi. *l.* 6. *de Compens.* Constituto. *l.* 1. §. 7. *de Const. pec.* Fidejussioni. *l.* 6. §. *ult. de Fidej.* Quod impediant condictionem indebiti. *d. l.* 7. §. 3. *h.* Denique quod pactum posterius tollat prius ipso jure. *l.* 95. §. 4. *de Solut. l.* 35. *de R. J.* nisi pactum prius se referat ad obligationem civilem præcedentem; tunc enim pactum prius per posterius non tollitur, nisi ope exceptionis vel replicationis: *quia in stipulationibus jus continetur, in pactis factum versatur. l* 27. §. 2. *ff. h.*

TIT.

TIT. XV.

De Transactionibus. Cod. 2. 4.

1. T*ransactio est rei dubiæ ac litigiosæ, aliquo dato, retento, vel promisso, conventa decisio. v. l.* 38. *C. h. t.*

2. Dicitur: *Conventa.* Quia non est conventio vel contractus, sed conventione peragitur. Dicitur: *Decisio, v. l.* 3. §. 1. *ad L. Falc. l.* 13. *C. de Furt. l.* 7. 17. *l.* 33. *C. h. l.* 7. §. 1. *de Cond. furt.* & *passim.* quia non est pactum, nec contractus innominatus, sed controversiæ terminatio, vel nudo pacto, *l.* 2. *l.* 9. §. *ult. D. l.* 15. 17. *C. h. l.* 122. §. 5. *de V. O.* vel stipulatione, *d. l.* 2. 4. 5. *ff. h.* vel contractu innominato facta. *l.* 6. *l.* 33. *C. h. t.*

3. *Rei dubiæ ac litigiosæ,* sive suâ naturâ, sive ob litem, sive ob metum litis. *l.* 1. *D. l.* 2. 12. *C. h.* Quare super re certâ, veluti per sententiam aut jusjurandum decisâ, transigi nequit. *dd. ll. l.* 23. §. 1. *de Cond. ind.* nisi aliqua adhuc incertitudo reliqua sit; ut si metuatur appellatio, vel in integrum restitutio. *l.* 7. *l.* 11. *D. l.* 32. *C. h. d. l.* 13. §. 1.

4. *Aliquo dato.* Necesse enim est, ne transactio sit gratuita, v. *l.* 1. *D. l.* 25. 38. *C. h. l.* 15. §. 4. *Locat.* in quo differt a pacto, *d. l.* 1. v. tamen. *l.* 6. §. 3. *de His q. not. l.* 4. *C. de Pact. l.* 229. 230. *de V. S.*

5. Transactio 1. est vel Simplex seu per pactum, aut per contractum innominatum facta, *ut supra,* vel Aquiliana, quæ fit adhibitâ stipulatione Aquiliana, & acceptilatione. *l.* 2. *l.* 4. 5. 15. *D. l.* 4. *l.* 5. 32. *C. h.* 2. vel Generalis, vel Specialis. *l.* 29. *C. h. l.* 9. *l.* 12. *D. l.* 31. *C. eod.* 3. Vel Jurata vel Injurata. *l.* 41. *l.* 42. *C. h. t.*

6. Tran-

6. Transigere possunt omnes, qui & pacisci & alienare. Procurator ad litem, sive generalis sive specialis sit, transigere nequit. *l.* 7. *C. h. l.* 60. *D. de Procur.* Procurotor ad negotia, si sit generalis, recte transigit, *arg. l.* 17. §. *ult. de Jurej. l.* 58. 63. *de Procur.* (excepto Procuratore Cæsaris. *l.* 13. *h. l.* 1. §. 1. *de Offic. Prov. Cæs.*) sin specialis sit, non item, nisi vel ad id mandatum speciale habeat, *arg. d. l.* 17. §. *ult. & l. seq. l.* 34. §. 1. *de Jurej.* vel procurator sit in rem suam. *arg. l.* 13. *de Pact. l.* 55. *de Proc.*

7. Syndici, Tutores. Curatores, Administratores Universitatum transigere possunt, modo nec jus liquidum temere remittant, nec res immobiles alienent. *l.* 12. *C. h. l.* 54. §. *ult. l.* 56. §. 4. *de Furt. l.* 9. §. 6. *l.* 46. §. *ult. D. l.* 22. *C. de Admin. tut. l.* 28. §. *ult. de Pact. l.* 4. *de Decret. ab Ord. fac. l.* 4. *C. de Præd. Min. sin. decr. non al.*

8. Pater de bonis adventitiis filii familias ex justa causa transigere potest, si quidem is, cum per ætatem consentire potest, consentiat. *v. l.* 10. *h. l. ult.* §. 3. & 4. *C. de Bon. quæ lib. l.* 1. *C. de Bon. mat.*

9. Minores transigere possunt, quatenus obligari & alienare. arg. *l.* 3. *C. de In integr. rest. min.*

10. Transactio fieri potest de omnibus rebus dubiis & litigiosis. *l.* 1. *D. l.* 2. *C. h. l. ult. C. de R. C. junct. l.* 2. & 3. *D. Jurejur.* non tamen de rebus testamento vel codicillo relictis, nisi inspectis tabulis, vel auditis testibus. *l.* 6. 12. *h. l.* 1. §. 1. *l.* 5. *Test. quem. aper. l.* 1. *C. de S. S. Eccles.* adeo ut transactio de fideicommisso dubio facta rescindatur repertis codicillis, unde de fideicommisso constat. *l.* 3. §. 1. *h.* secus si alia instrumenta, patrimonii quantitatem probantia, reperta sint. *l.* 78. §. *ult. ad S. C. Treb.*

11. Sed

11. Sed nec de alimentis futuris. ultimâ voluntate relictis, nisi auctore Prætore, transigi po'est. *l.* 8. *D.l.*8.*C.h.* nisi vel alimentarius transigendo conditionem suam faciat meliorem, *d. l.* 8. § 6. vel accipiat quantitatem alimentis respondentem. *d. l.* 8. § *pen. & ult.* Transactio autem, super alimentis licité facta, augustæ est interpretationis, sic ut sub illis nec vestitus, nec habitatio contineatur. *d.l.*8.§. 12.

12 Denique de delictis privatis futuris prohibita transactio. arg.*l.* 27. §. 4: *de Pact.* de præteritis licet, quatenus de iis civiliter agitur, ad id ut pecuniariæ pœnæ obligatio tollatur. *l.*17. §. 1. *de Pact.l.* 11. §. 1. *de Injur l.* 54. § *ult. D.l.* 13. *C. de Furt* non ut reus infamiæ notam evitet. *l.*4. §. *ult. l.* 5. *l.* 6. §. 3. *ff. de His q. not inf. l.* 18. *C. eod.* secus est si vel gratis, vel auctore prætore pactus sit. *d,l.* 6. §. 3.4.

13. De criminibus pnblicis, mortem naturalem non inferentibus transigere vel pacisci non licet *citra crimen falsi. l.* 18. *C.h.*i.e.sine periculo, pœnæ Legis Corn. de falsis, seu, quin accusator incidat in pœnam falsi. v.*l.*10.*l.* 24. *C. de R.V. l.* 19. *C. de Procur.* sive ante sive post institutam accusationem transigat. arg. *l.*1. §.1. & 2. *D. ad L. Corn. de falsf.* in SCtum Turpilianum verò, si post. *l.* 1. §. 7. 10. *l.*6. *ff. ad SC. Turp.* Reus autem, sive ante sive post transigat, pro convicto habetur. *l. ult. de Prævar.* Non ergo per verba *citra &c.* excipitur crimen falsi a non capitalibus, licet aliis ita videatur. *arg. l.* 7. *C. ad L. Corn. de Falsf. l. pen. C. h. l.* 2. *C. de His q. ut ind.*

14. Super criminibus autem capitalibus, quæ *sanguinis pœnam*, seu mortem naturalem, inferunt, transigere vel pacisci licet. *d.l.* 18. Ratio est

in *l.* 1.

in *l.* 1. *D.de Bon. eor. qui ante sent. Excepto. adulterio*, de quo non modò transigere, sed & dato pretio paciſci prohibitum eſt. *l.*10.*C.ad L. Jul. de adult.* gratis verò paciſci licet. *l.* 2. §. 3. *l.* 15. §. 5. *l.* 29. §. 2. 4. *ad L. Jul. de adult.* Cum autem adulterium excipiatur à regulâ criminum capitalium, apparet id vel temporibus Diocletiani & Maximiani fuiſſe capitale, vel dictam legem 18. à Triboniano interpolatam & ad ſua tempora accommodatam eſſe, quâ de re *ad Tit. D. ad. L. Jul. de adult. Noodt. in Dioclet. & Maxim.*

15 Non eſt tamen, quod quis putet transactione crimen aboleri. *l.* 2. *C. de Abolit. ubi pro* deceptionem *leg.* depæxionem, *id eſt, turpem pactionem. vid. l.* 1. *C.Theod. h.t. l.* 3. §. 2. *de Calumn. l.* 3. *C. Pro quib. cauſ. ſerv.* Imo pœnæ reo nec mitiganda eſt, nec remittenda, ſed is vel a magiſtratu, vel ab alio quovis accuſatore iterum in jus vocari poteſt. *dd. ll. arg. l.* 51. §. *ult. ad. L. Aquil. l.* 9. §. 5. *de Publ. & vect. l.* 1. §. 4. *ad Sc. Turp.*

16. Transactio, cum ſit ſtricti juris non eſt extendenda ad ea, de quibus non eſt certum tranſigentes cogitaſſe, ſed potius interpretatione reſtringenda *l.* 5. *l.* 9. §. 1. 3. *D. l.* 3. *l.* 31. *C. h. l.* 35. *de Pact.* Exempla v. in *l.* 3. §. 1. *l.* 12. *l.* 8. §. 12. *h. t.*

17. Transactio, inter alios inita, aliis nec nocet, nec prodeſt. *d. l.* 3. *pr.* cui videtur contraria *l.* 14. *h. t.* vide *l.* 29. §. 2. *de Inoff. teſt. l.* 63. *de Re jud. l.* 1. *C. h. l.* 27. §. 4. *de Pact. l.* 25. *C. eod.*

18. Vis & effectus tranſactionis eſt, quod rebus dubiis & controverſis, per conventam deciſionem, finem imponat, non ſecus ac res judicata & jusjurandum quibus comparatur. *l.* 2. *D. l.* 20. *C. h. l.* 31. *de Jurej.* adeo ut nullus ſit locus pœ-

pœnitentiæ. *l.* 10. 39. *C. h.* nec Imp. rescripto, *l.* 16. *C. h.* nec prætextu instrumentorum postea repertorum, *l.* 19. *l.* 29. *C. h.* nec ob enormem læsionem, *l.* 78. §. *ult. ad SC. Treb. instr. tit. de Resc. vend. th.* 14. *Vinn.* 1. *sel. quæst. c. ult* nec eo colore, quasi nulla res media fuerit, rescindi possit. *l.* 23. *l.* 25. *C. h. l.* 65. §. 1. *de Cond ind.*

19. Transactio per stipulationem Aquilianam facta tollit priorem actionem ipso jure. §. 1. 2. *I. Quib mod. toll. obl. l.* 3. *l.* 4. *l.* 15. *l.* 32. *C. h.* cui consultius est pœnalem quoque stipulationem subjungere. *l.* 15. *D. l.* 40. *C. h.* unde agitur ad pœnam ex causâ transactionis in stipulatum deductam contra eum, qui stipulationi stare recusat. *dd. ll. l.* 6. *C. de Contr. stip.* sic tamen, ut is, qui pœnam petit, se exceptione transactionis tueri nequeat. *l.* 10. §. 1. *de Pact. l.* 12. §. 2. *de Pact. dot.* *l.* 115. §. *ult. de V. O.* Non obst. *l.* 122. §. *ult. D. eod.* Nisi aliter convenerit. *l. pen. D. l.* 17. *C. h.* vel transactio fit jurata. *l.* 41. *C. h.*

20. Transactio facta nudo pacto tollit actionem ope exceptionis. *l.* 17. 19. 28. *C. h. l.* 27. *pr. de Inoff. test*

21. Producit autem actionem ex stipulatu, si per stipulationem; præscriptis verbis veró, si per contractum innominatum facta sit *l.* 6. 28. *l.* 33. 37. 40. *C. h.* actionem autem de dolo, si dolus intervenerit. *l.* 4. 19. *C. h. l.* 5. *C. de Dol mal.*

22. Si 25. annis major non steterit transactioni juratæ, punitur infamiâ, amissione actionis, pœnæ promissæ præstatione, & acceptorum restitutione. *l.* 41. *C. h.*

23. Rescinditur transactio. 1. Si ex falsis instrumentis facta sit. *l.* 42. *C. h. l.* 1. *C. Si ex falsis instr. vel testim. judic. erit.* 2. Ob metum. *l. ult C.*

de

de His. q. vi met. 3. Ob errorem calculi. *l. un. C. de Etr. calc.* 4. Ob evidentem calumniam. *l.* 65. §. 1. *de Cond ind. l.* 9. §. 2. *h. t.* 5. Mutuo consensu partium. *l.* 14. *C. h. arg. l.* 35. *de R. J.* non voluntate unius, licet ipse dolo suo transactioni causam dederit. *l.* 25. *l.* 30. *C. h. l.* 1. *D de Dol. & met exc.*

24. Si debitor transactioni stare nolit, [creditori integrum est veterem actionem instituere, si stipulatio Aquiliana non fuerit subjecta. *l.* 14. *C. h. l.* 27. *pr. de Inoff. test.* cui non est contraria *l.* 6. *C. h.*]

DIGESTORUM

LIBER III.

TIT. I.

De Postulando.

Cod. 2. 6. 7. 8. 9. 10. 11.

1. Postulare hic est *Desiderium suum vel amici, apud eum, qui Jurisdictioni praeest, exponere, vel alterius desiderio contradicere. l.* 1. §. 2. *h.*

2. Postulare possunt omnes, qui non prohibentur. Prohibentur autem alii Edicto, alii Lege, alii Sententia. Edictum 1. Quosdam prohibet in totum, ut minores septendicim annis *l.* 57. *de Re Judic. l.* 1. §. 3. *h.* §. 7. *l. Qui & exquib. caus. man. l.* 91. §. 3. *de V. O. Plin. lib.* 1. *Epist.* 18.

18. *&* *lib.* 4. *Ep.* 1. *Gell.* 1. 23. Surdos. *d. l.* 1. §. 3. 2. Quosdam pro aliis, cum pro se possint, ut mulierem & cæcum. *d. l.* 1. §. 5. *l.* 2. *de R. J. l.* 21. *C. de Procur. l.* 14. *C. de contr. & comm. stip.* ut & qui insigni aliquâ turpitudinis & infamiæ macula sunt notati, *d. l.* 1. §. 5. *&* 6. nisi hi tutelam vel curam aliorum gerant. *d. l.* 1. §. 6. *l.* 6. *h.* 3. Quosdam pro omnibus, ut pro se tantum & certis personis possint. *d. l.* 1. §. 1. 7. 8. *h.* ut illos qui leviore infamia laborant, qui non nisi pro se, pro parente, patrono, patronâ, liberis parentibusque patroni, ac paucis aliis personis postulare possunt. *d. l.* 1. §. 11. *l.* 2. 3. 4. 5. *h.*

3. Qui autem prohibentur, iis, ne adversario quidem consentiente, postulandi potestas est. *l.* 1. *pr. l.* 7. *h.. l.* 38. *de Pact.*

4. Qui, insuper habitâ prohibitione, Postulavit, pro æstimatione judicis extra ordinem pecuniariâ pœnâ mulctatur. *d. l.* 1. §. 6. *inf.*

5. Lege postulare prohibentur Magistratus & Adsessores. *l.* §. 1. *h.* v. *l.* 6. *ult. C. de Adsess. Plin. lib.* 1. *Epist.* 23 *&* 2. *Ep.* 19. Judices & Arbitri in causâ, in quâ sententiam dicturi sunt. *l.* 6. *pr. &* §. *ult. C. h.* Potentiores. *l. un. C. Nepotent.* Fiscus & Civitas. *t. t. C. Ne fisc. vel resp. proc.* Decuriones contra patriam. *l. pen. h.* Hæretici. *l. ult. C. h. l.* 2. §. 1. *& l.* 12. *C. de hæret. & Manich.* Servi. *l.* 1. *C. Si per vim vel al. mod.* non Liberti. *l.* 2. *C. h.* nisi contra Patronos.

6. Sententia prohibentur, quibus, ob delictum, vel in perpetuum, vel ad tempus, foro & postulationibus interdictum est. *l.* 6. §. 1. *l.* 8. *D. l.* 5. *C. h. l.* 1. §. 13. *de Off. Pr. Urb. l.* 9. *l.* 16. *de Pœn.*

7. Qui pro aliis postulant *Advocati* dicuntur, *v. l.* 1. §. 11. *de Ext. cogn. Plin. lib.* 7. *Ep.* 6. Hi

differebant à Patronis seu Oratoribus, ut ex Cicerone, Quintiliano, Tacito aliisque apparet. *v. l.* 2. §. 43. *de O. J.* quorum tamen officia, successu temporis, confusa sunt, sic ut Advocatus seu JCtus recte definiri posse videatur: *Vir bonus, qui tum Juris Civilis, tum æqui bonique peritus, populo se ad respondendum, interpretandum, cavendum, atque agendum & postulandum dedit, publicâ auctoritate ad officium admissus.*

8. Nam JCti non modo postulabant, & causas orabant, sed & de jure scriptisque legibus & consuetudine, consulti respondebant, &, ubi lex deficeret, quid æqui bonique ratiò postularet, exponebant, & quæ vel in legibus vel in privatorum conventionibus obscura viderentur, interpretabantur, vel clientibus voce scriptove responsa dantes, vel Magistratibus in consilio adsistentes. *l.* 2. §. 38. *& ult. de O. J. l.* 18. *de J. Codic. l.* 27. *Qui test. fac. l. ult. de Minor. l.* 40. *de Reb. cred. l.* 9. §. 3. *Quod. met. caus. l.* 27. *de Lib. caus. l. pen. de His q. in test. del.* Denique cautiones de rebus, quibus vitæ societas continentur, contrahendis, concipiebant: litigandi actionumque, ut & rerum privatarum & extrajudicialium formulas præscribebant, ut adoptionis, sponsaliorum, testamenti, aliasque. v. *t. D. de Pr. verb.* §. 2. *I. Quib. mod. toll. obl. l.* 29. *de Lib. & post. l.* 7. *l.* 18. *de Cond. & dem. l.* 88. §. *ult. de Leg.* 2. *& Cic.* 2. *Orat. Phil.* 9. *Ep. fam. lib.* 7. & passim.

9. Horum officium longe est honorificentissimum, & pluribus prærogativis ornatum. v. *l.* 4. *C. de Advoc. div. judicum. l.* 14. *C. de Adv. div. judicior.* modo insigni Jurisperitia instructi sint, *l.* 2. *C. h. l.* 11. §. 1. *C. de Advoc. diverf. judicior. l.* 2. §. 43. *de O. J.* & munere suo fungantur summâ

cum

cum integritate. *l.* 5. *l.* 6. §. 12. *C. h.* modestia & prudentia. *d. l.* 6. §. 1. *Plin.* 6. *Ep.* 2. *Quintil.* 12. *c.* 7. *l.* 1. §. 1. *de Prævar.*

10. Error advocati clientibus non nocet, (modo vel appelletur, vel intra triduum contradicatur. *l.* 1. 2. 3. *C. de Err. Advoc.*) ne quidem ignorantia Juris. *arg. t. C. Ut quæ desf. advoc. port. jud. suppl.*

11. Privilegia advocatorum sunt eadem, quæ militum & togatorum Præfecti prætorio. *v. l.* 5. 7. 14. *C. de Adv. div. judicior.* Unde excusantur à muneribus & functionibus sordidis. *l.* 3 6. 8. *C. de Advoc. div. judiciorum.* Quæ occasione professionis suæ adquirunt, si sint filii familias, possident tanquam peculium castrense. *l.* 4. *l.* 8. *C. de Adv. div. judicior.* Liberi eorum extraneis, ad idem advocationis officium adspirantibus, gratis anteponuntur. *l.* 3. §. 5. *l.* 5. §. 5. *C. de Adv. div. judicum. l.* 11. §. 1. *C. de Adv. diverf. judicior.*

12. Hoc officio olim fungi poterant omnes studiorum fiduciam habentes. Postea D. Augustus constituit, ut ex auctoritate ejus de Jure responderetur. *l.* 2. §. *ult. de O. J.* tandem Justinianus neminem admitti voluit, nisi qui, factis legitimis studiorum gradibus, per quinquennium integrum studio Juris Civilis diligentem & assiduam operam dedisset. *d. l.* 11. §. 1. *l.* 3. §. 4. 5. *d l.* 5. §. 4. *C. de Adv. div. Judicum. junct. Constit. Omnem Reip. in Præfat. Dig.* §. 1. *in f.* & §. 5.

13. Hoc officio funguntur non modo volentes, sed etiam inviti, quatenus judex pauperibus, aliisque petentibus advocatum dare potest & solet. *l.* 9. §. 5. *de Off. Proc. l.* 1. §. 4. *h.*

14. Judicis etiam est providere, ut par quodammodo causidicorum distributio fiat, ne disertissimi

tisſimi & veterani ab unâ, tyrones verò ab alterâ parte poſtulent. *l.* 7. *C. h.*

15. Pro præſtito patrocinio ſolvendum advocatis ſalarium, ſive promisſum, ſive non. *l.* 1. §. 10. *& ſeqq. de Extr. cogn.* modo ne quantitas ſalarii in ſingulis cauſis egrediatur centum aureos. *d. l.* 1. §. 12. v. *Tacit. Annal. lib.* XI. *c.* 5. *& ſeqq.*

16. Si cui annuum ſtipendium ſit conſtitutum, integrum ſolvendum eſt, licet advocatus ſub initium vel in medio anni decedat. *d. l.* 1. §. 13. *l.* 15. §. 1. *C. de Advoc. diverſ. judicior. l.* 3. §. *ult. l.* 5. §. *ult. de Adv. div. judicum. l.* 38. §. 1. *D. Loc. cond. Plin.* 4. *Ep.* 12.

TIT. II.

De His qui notantur infamia.
Cod. 2. 12. *&* 10. 57.

1. Infamia eſt *Bonæ exiſtimationis, indeque dependentium Jurium privatio, ob violatam turpibus factis vitæ morumque honeſtatem inducta.*

2. Exiſtimatio eſt *Dignitatis illæſæ ſtatus, legibus ac moribus comprobatus, qui ex delicto noſtro, auctoritate legum, aut minuitur, aut conſumitur. l.* 5. §. 1. *de Extr. cognit.*

3. Honeſtas, ut definit Lactantius, eſt *Honor perpetuus, ad aliquem ſecundo populi rumore delatus.*

4. Infamia eſt vel *Juris* vel *Facti.* Juris, *Quæ aliquem expresſa Juris auctoritate, ob turpe factum, reddit infamen. d. l.* 5. §. 1. *de Extr. cogn. l.* 1. §. 5. 8. *de Poſtul.*

5. Eaque irrogatur vel *Jure civili*, ut improbis fœneratoribus. *l.* 20. *C. h. infr. tit. de Uſur. th.* 20. Adulteris in ipſo delicto deprehenſis. *l.* 43. §. *pen.* &

& *ult.de R.N.*Publico Judicio damnatis.*l.* 7.*D.* §. 2. *I. de Publ. jud.* Judicibus & advocatis probrosis. *l.* 2. *C. de Pœn. jud. q. mal. l.*6. §. 1. *C.de Postul* Liberis damnatorum læsæ Majestatis.*l.* 5. §. 1. *C. ad L. Jul. Maj.* Tutoribus & curatoribus ob dolum vel latam culpam ab officio remotis. §. 6. *I. de Susp. tut. junct. l.* 7. §. 1. *D.eod. l.*1.*Sē mens. fals. mod. l.* 1. §. 5. *de. O. & A. l.* 226. *d. V. S. Vinn. ad* §. 2. *de Susp. tutor.*

6. Vel *Jure Prætorio*, ut militibus, ignominiæ causâ, ab exercitu missis. *l.* 1. *pr. l.* 2. *pr. &* §. 1. 2. *h. l.* 3. *C. de Remelit.* vel post detracta insignia militaria exauctoratis. *d. l.* 2. §. 2. artis ludicræ vel pronunciandi causâ in scenam prodeuntibus; si id fiat quæstus causa. *l.* 1. *l.* 2. §. *ult. l.* 4. *h.l.* 1. §. 6. *de Postul.* v. *l.* 23. *C. de Nupt. Macrob.* 2. *Sat.* 7. bina sponsalia, binasve nuptias eodem tempore habentibus. *d. l.* 1. *l.* 13. *h.* mulieribus intra annum luctus secundas nuptias contrahentibus. *l.* 1. *l.* 8. *& seqq. h. l.* 1. 2. *C. de Sec. nupt.* furti, vi bonorum raptorum, injuriarum, de dolo malo, suo nomine damnatis, vel, dato pretio, pactis. *d. l.* 1. *l.* 4. §. *ult. & ll. seqq. h. l.* 63. *de Furt.* ut & ob dolum suo nomine damnatis directo judicio Tutelæ, Depositi, Mandati, pro Socio. *l.* 1. *l.* 4. *l.* 6. §. 5. *& seq. h. t.* calumniæ, prævaricationis. *l.* 4. §. 4. *h.* expilatæ hereditatis, *l.* 12. *C. h.* sepulchri violati. *l.* 1. *de Sep. viol.*

7 Crimen stellionatus quoque, se cum aliâ actione famosâ concurrat, infamat. *l.* 2. 3. *de Stell. junct. l.* 13. §. *ult. h. t.* v. *l.* 16. §. 1. *l.* 36. §. 1. *de Pign. act. l.* 9. §. 1. *de Statulib.*

8. Infamia Juris infertur vel inmediata auctoritate legis, vel per sententiam Judicis, non autem arbitri compromissarii. v. *l.* 1. *l.* 2. §. 2. 3.

l. 4. §. 4. *h. l.* 7. *de Publ. jud. l.* 63. *de Furt. l.* 43. §. *pen. de R. N. l.* 15. §. 5. & 6. *h. t.*

9. Infamia facti est, *Quæ ex turpi facto, licet non auctoritate Juris, sed virorum bonorum & gravium judicio, notato, æstimata, alicujus existimationem onerat & sugillat. l.* 20. *l.* 22. *D. l.* 13. 14. 17. 19. *C. h. l.* 2. *de Obseq. par. & patron. l.* 25. *C. ad L. Jul. de Adult.*

10. Levis notæ macula, ab utrâque differens, sed utrique affinis, est *Quæ ex sordido vitæ genere orta, æstimataque ex vulgi opinione, alicujus existimationem leviter onerat. l.* 27. *C. de Inoff. test. v.* §. 1. *l. Qui manum. l.* 11. *C. h. junct. N.* 135. *in f. princ. Cic. pro Quint. c.* 15. & *passim.* qua errore populari, laborare creduntur spurii, lictores, carnifices, &c. *v. l.* 3. §. *pen. de Decur. Cic. pro Rabir. l.* 6. *pr. de Decur.*

11. Effectus infamiæ Juris est, quod repellat à postulando. *l.* 1. §. 5. 6. *de Postul.* Communis utriusque infamiæ effectus est. 1. Quod excludat à dignitatibus. *l.* 2. *l.* 12. *C. de Dignit. l.* 3. *C. de Re mil. l.* 8. *C. de Decur.* 2. Minuat testimonii fidem *l.* 3. *l.* 13. *l.* 21. *de Testib.* 3. Heredes ab intestato excludat à querelâ inofficiosi testamenti. *v. l.* 11. *l.* 19. *C. de Inoff. test.* 4. Heredes scriptos à successione removeat. *v. l.* 27. *C. eod.*

12. Levis notæ effectus est 1. Quod locum faciat querelæ inofficiosi testamenti. *d. l.* 27. 2. Quod hac laborantes aliis integræ existimationis postponantur. *l.* 3. §. *pen. de Decur.* non autem penitus excludantur a dignitatibus. *l.* 2. §. 2. *in fin* & §. 7. *l.* 6. *eod.*

3. Quod minuat testimonii fidem. *l.* 3. *l.* 13. *de Testib.*

13. Extinguitur infamia Juris 1. Per specialem resti-

restitutionem in integrum. *l.* 1. §. 9. 10 *de Postul. l.* 7. *C de Sent. pass. & rest. l. ult. C. de Gener. Abolit. l.* 24. *ad L. Jul. de Adult.* 2. Lapsu temporis, ad quod quis ex causâ arbitrariâ, suâ naturâ infamiam non irrogante, per sententiam cum infamiâ damnatus, veluti relegatus, est. *l.* 3. *C. h. l.* 13. §. 1. *ad L. Corn. de Fals. l.* 1. 2. *C. de His q. in Exil l.* 3. §. 1. *de Decur.* sin causâ suâ naturâ infamet, non item. *l.* 6. *C. h. l.* 5. *de Decur. l.* 4. §. 4. *D. de Remil. l.* 40. *de injur. l.* 63. *de Furt. l.* 43. §. 4. *& pen. de R. N.* Nisi pœna irrogata sit gravior pœnâ ordinariâ & ad publicam vindictam pertineat. *l.* 13. §. 7. *D. l.* 4. *C. h.* (*ubi pro* relegatum *leg.* relegandum: *& pro* damnandum *leg.* damnatum: *cum Cujacio & Donello*) *l.* 15. *ad Munic. d. l.* 5. *de Decur.*

14. Evitatur 1. Si ante sententiam debitum vel pœna solvatur. *l.* 73. *de Procur.* 2. Si alia gravior pœna per sententiam imponatur. *d. l.* 13. §. 7. *h. t.* 3. Si sententia in procuratorem feratur. *l.* 4. §. *ult. l.* 6. §. 2. *h.*

15. Suspenditur, si à sententia sit appellatum. *l.* 6. §. 1. *h. junct. l.* §. *ult. ad SC. Turpil. tit. D. Nih. in nov. appell. interp.*

TIT. III.

De Procuratoribus & Defensoribus. Cod. 2. 13

1. Procurator est, *Qui aliena negotia mandatu Domini Administrat. l.* 1. *h.*

2. Est vel *Extrajudicialis, Qui negotia extrajudicium & forenses disceptationes posita curat.* de quo ad *Tit Mandati*, vel *Judicialis*, sive *ad lites* datus *Qui negotia forensia in judicio administrat.* ab actore sive à reo sit datus. *v. l.* 8. *& l.* 35. §. 3. *h.*

 3. Est

3. Est vel *Generalis*, vel *Specialis*. Specialis, *Cui specialis actio vel res administranda commissa est*. *l.* 1. §. 1. *h.* *l.* 17. §. *ult. de Jurej.* Generalis, *Qui generaliter ad omnes lites vel omnia bona administranda datus est. ad d. l.* 58. *h. t.* Hunc DD. dividere solent in eum, cui simpliciter bonorum omnium administratio commissa est, & eum, qui datus est *cum liberâ*, scilicet administratione. Quæ distinctio, ut commentitia & Jure Civ. incognita, merito rejicitur: 1. Quia administratio omnium bonorum simpliciter tradita nihilominus libera tradita censetur, eandemque gerendi potestatem tribuit, quam *libera. v. l.* 12. *de Pact. junct. l.* 22. & 27. *de Admin. tut.* v. & *l.* 11. *de Pact. l.* 34. §. 3. *l.* 87. *de Solut. l.* 20. §. 1. *de Novat. l.* 12. *C. de Transf. l.* 17. §. *ult. de Jurej. l.* 12. *de Pign. act. l.* 63. *h.*

2. Quia ne ipso quidem mandato generali *cum liberâ*, omnia continentur, sed & eadem excipiuntur, quæ à mandato *sine liberâ. v. l.* 60. *l.* 63. *h. junct. l.* 12 & *ult. de Cur. fur. l.* 16. *C. h. l.* 1. §. 1. *Quæ Res. pign.* non obstant. *l.* 58. *h. t.* § 42. *I. de R. D.* nec *l.* 17. §. *ult. de Jurej. l.* 10. *C. Quod cum eo q. in al. pot. vid. Vinn. ad* §. 42. *I. de R. D.* & 1. *Sel. quæst.* 9.

4. Procurator denique est, *In rem alienam*, vel *In rem suam*. In rem alienam, *Qui negotia aliena administrat nomine & in utilitatem mandantis*. In rem suam, *Qui negotia commissa nomine mandantis in proprium commodum administrat*, seu cui actiones cessæ sunt. *l.* 33. §. *ult. l.* 55. *ff. l.* 4. *l.* 9. *C. h. t. l.* 8. *C. de Her. vel act. vend.*

5. Procuratorem ad litem constituere possunt domini, quibus est litigandi, mandandi & bona sua administrandi potestas. *l.* 43. §. 1. *h.* Unde prohibentur furiosi, prodigi, pupilli, servi tutores,

res, curatores, procuratores. vide *l.* 11. *l.* 23. *C.h.l. un.C.de Act. à tut. vel cur. dando.* §. *ult I.de Curat.*

6. Procuratores ad litem esse possunt omnes qui non prohibentur. Prohibentur autem 1. Mulieres. *l.* 54. *D. l.* 21. *C. h. t. l.* 2. *de R. J.* nisi in rem suam. *l.* 4. *C. h.* vel pro Parentibus. *l.* 41. *h.* 2. Milites. *l.* 8. §. 2. *D. l.* 7. 9. 13. *C. h.* §. *ult. I. de Except.* 3. Servi. *l.* 6. *de Jud.* §. 5. *I. Quib. ex caus. man.* 4. Muti, surdi. *l.* 43. *h.* 5. Furiosi. *l.* 2. §. 1. *h.* 6. Rei criminis. *l.* 6. *C. h.* 7. Potentiores. *l.* 1. *l.* 2. *C. Ne lic. pot.* 8. Fiscus & Resp. *t. t. C. Ne fisc. vel Resp.* 9. Minor septendecim annis, §. 5. *I. Qui man l.* 1. §. 3. *de Postul.* quanquam defensoris officio fungi prohibeatur etiam minor 25. annis. *l.* 12. *C. h. l.* 51. *D. h. t.* 10. Decuriones. *l.* 34. *C. de Decur. l.* 30. *C. Loc. cond.* Infames, ex veriore sententiâ, non prohibentur. §. *ult. I. de Exept. arg. l.* 7. *de Rec. arb.*

7. Procuratores olim constitui non poterant nisi in certis causis. *pr. I. de Iis per quos ag. poss.* Ratio est in *l.* 123. *de R. J.* Jure novo in omnibus. *l.* 1 §. *pen. l.* 33. §. 2. *h.* Etiam famosis. *l.* 6. §. 2. *de His q. not. l.* 42. §. 1. *h. l.* 1. *An per. al.* non obstat *l.* 39. §. *ult. h.* Exceptis criminalibus capitalibus, in quibus nec actor nec reus procuratore uti potest. *l. pen. de Publ. jud. l. ult. C. de Accus. l.* 1. *An per al. caus. app. l.* 1. *de Req. reis.*

8. Nisi 1. Persona Illustris agat aut conveniatur. §. 10. *I. l. ult. C. de Injur. l.* 15. *& Auth. seq. C. h. t. v. l.* 15. *C. de Accus.* vel 2. Excusanda sit absentia. *l.* 71. *h. d. l. pen. de Publ. jud. l.* 3. *C. de Accus. Suet. in Cæs. c.* 23. vel 3. Reus absens damnari possit. *l.* 33. §. 2. *h.* (ubi Cujac. aliique sine necessitate pro *Innocentiam, L. Absentiam.*) veluti si pœna relegatione minor, vel ipsa relegatio,

 aut

aut lis cum reo præsente sit contestata. *l.* 1. *An. per al. caus. app. l.* 5. *de Pœn. l.* 10. *de Publ. jud. l.* 3. *C. de Accus. l.* 13. *l.* 15. *C. ad. L. Jul. de Ad.* ut & in casu *l.* 4. §. *ult. ad l. Corn. de Sic.* & *l.* 21. *C. de Pœn.*

9. In popularibus actionibus reus, non actor, procuratorem dare potest. *l.* 42. *h. l.* 5. *de Pop. act.* v. tamen *d. l.* 42 & *l.* 45. §. 1. *h.*

10. In *actionibus legis* propriè ita dictis, nullo modo admittitur procurator. *l.* 123. *de R. J. v. l.* 24. *l.* 15. §. 1. *de Adopt.* §. 8. *I. Quib. mod. patr. pot. l.* 1. §. 2. *de Off. proc. l.* 90. *de Acquir. hæred.*

11. Constituitur procurator Mandato, vel expresso, *l.* 1. *inf. h. l.* 1. *Mand.* vel tacito, veluti si quis præsens & sciens sua negotia geri non contradicat, vel gesta rata habeat. *l.* 6. §. 2. *Mandat. l.* 142. *de R. J. l.* 18. *Mand. l.* 12. §. *ult. de Solut. l. ult. C. ad SC. Mac. l.* 56. *de Jud. l.* 60. *de Reg. jur.* Si procurator datus expresse consensisse non probetur, invitus datus intelligitur. *l.* 8. §. 1. *h.*

12. Qui mandato, sive tacito, sive expresso, caret, ad judicium non admittitur. *l.* 24. *C. h.* nisi sit conjuncta persona. *l.* 35. *D. l.* 12. *l.* 21. *C. h. l.* 27. *de Minor.* (modo voluntas domini non sit contraria. *l.* 40. §. *ult. l.* 41. *h. l.* 8. *C. de Pact. conv.*) vel consors litis. *l.* 2. *C. de Consort. ejusd. lit.* vel nisi de mandato dubitetur. §. 4. *I. de Satisd.* Præstitâ tamen his casibus cautione de rato. *l.* 1. *l.* 21. *C. h. l. un. C. de Satisd. l.* 110. *de R. J.*

13. Quæ a falso procuratore gesta sunt, ipso Jure nulla sunt. *l.* 27. *D. l.* 24. *C. h.* nisi dominus vel ante sententiam acta gesta probet, vel sententiam contra falsum procuratorem latam ratam habeat. *l.* 56. *de Jud. l.* 60. *de R. J.*

14. Officium procuratoris est, negotium sibi commissum, secundum fines mandati, & natu-

ram

ram actionis, diligenter expedire, si ab actore datus sit, rem in judicium deducere, si à reo, litem suscipere, *l.* 8. §. *ult. l.* 35. §. *ult. l. pen. l. ult. h.* idque non modo in conventione, sed & in reconventione. *l.* 33. §. 3. 4. *l.* 35. *h.* nisi quis ex titulo oneroso & bona fide, vel ex necessitate factus sit Procurator in rem suam. *d. l.* 33. §. *ult. l.* 34. *h.* secus est si ex titulo lucrativo factus sit procurator in rem suam, & reconventio ex causa non prorsus diversa descendat: tum enim defendere tenetur. *l.* 70. *h. t. Wissenb. ad h. t. n.* 6. *Voet. ad h. t. n.* 17.

15. Quin & in appellatione mandantem defendere debet, quatenus ab iniqua sententia appellare, non vero appellationem prosequi tenetur. *l.* 17. *C. h. l.* 9. 10. *C. de Appell. l.* 31. §. 2. *de Negot. gest. l.* 8. §. 8. *D. Mand.* Ratio est *in l.* 39. §. 2. *de Adm. tut. l.* 20. *C. de Negot. gest. l.* 35. §. 2. *h. t.* nisi ad omnem omnino causam, vel specialiter etiam ad appellandum datus sit, quo sensu accipienda videtur. *l.* 2. *An per al caus. app.*

16. Sed & actiones, mandatæ actioni affines, licet mandato non expressas, instituere potest & debet. *l.* 56. *l.* 62. *h. t.* non alias. *l.* 21. *C. h. l.* 20. *C. de Neg. gest. l.* 39. §. 2. *de Adm. tut*

17. Excusatur tamen procurator a necessitate implendi mandatum ob fonticas causas, quas v. *in l.* 8. *in f.* & *ll. seq. l.* 43. §. *ult.* & *l. seq. h. t. l.* 22. §. *ult.* & *seq. Mand.*

18. In omnibus dolus, culpa & contimacia procuratoris domino nocet. *l.* 10. *C. h. v. l.* 3. §. 1. *Quod quisq. jur. l. un.* §. 2. *Si quis jus. dic.* sic tamen, ut procurator actione mandati ad resarciendum damnum conveniri, vel si is non sit solvendo. dominus aliquando in integrum restitui possit.

l. 8.

l. 8. §. 1. *Mand. l.* 13. §. *ult. C. de Jul. l.* 5. *de Dol. mal. l.* 11. *de Dol. & met. except.*

19. Cum autem procurator, sive rei, sive actoris, post litem contestatem fiat dominus litis; *l.* 11. *l.* 22. *l.* 23. *C. h.* consequitur, eum tunc alium procuratorem posse substituere. *l.* 8. *l.* 11. *C. eod.*

20. Hinc etiam consequitur, sententiam in ipsum procuratorem esse ferendam. *l.* 1. *C. de Sent. & interloc.* quamquam actio judicati mandanti & contra mandantem competat. *v. l.* 28. *l.* 61. *h. t. l.* 4. *de Re jud.*

21. Ex Mandato Judiciali nascitur actio Mandati Directa & Contraria. Directa competit Domino contra procuratorem ad reddendam rationem gestorum, & resarciendum damnum dolo & culpâ, etiam levissimâ, datum. *l.* 42. §. 2. *D. l.* 10. *C. h. l.* 13. *l.* 21. *C. Mand.* Contraria datur procuratori contra Dominum ad impensas & id quod interest. *l.* 46. §. 5. 6. *D. l.* 4. *C. Mandati.*

22. Solvitur mandatum judiciale & procuratoris officium 1. Morte alterius. §. 10. *I. de Mandat. l.* 26. 27. §. 3. *l.* 57. *D. Mand.* 2. Mutatione voluntatis, id est, revocatione mandantis (etiam tacitâ. *v. l.* 31. §. *ult. h. t.*) vel renunciatione procuratoris, re integra, imo & ob justam causam re non integrâ. *l.* 8. §. *ult. & ll. seqq. l.* 16. (cui non est contraria. *l.* 64. *h. t.*) *L.* 17. *& seqq. ff. l.* 22. *C. h. t. v. Senec. de Benef.* 4. *c.* 25. *Cic.* 1. *Offic. c.* 10. 3. Finito negotio. *v. l.* 20. *C. de Neg. gest. l.* 39. §. 2. *de Adm. tut.*

23. Defensor est, *Qui reum, sine mandato, in judicio defendit. l.* 43. §. *ult. l.* 76. *h.* præstitâ cautione judicatum solvi. *l. un C. de Satisd.* ut &, jure veteri, cautione de rato, in actione in rem. *l.* 40. §. 2. *h. pr. I. de Satisd.* 24. Dif-

24. Differentiam Advocati, Procuratoris, & Defensoris ex dictis colligere licet.

TIT. IV.

Quod cujusque Universitatis nomine vel contra eam agatur.

1. Universitatis est, *Societas vel Collegium hominum, ad mininum trium, distinctum à Republ. & familiâ, permissione summæ potestatis, ad utilitatem communem, sociatum. l. 85. de V. S.*

2. Collegia licita (qualia fuere Pontificum, Senatorum, Argentariorum, Publicanorum, Pistorum, Naviculariorum, Fabricensium, &c. *l. 2. 6. 6. de O. I. l. 6. pr. de Ed. l. 1. 3. h. t. t. C. de Fabric*) ut habent arcam, ac res communes, *l. 1. §. 1. h.* ut ex contractu, vel delicto obligari, atque obligare possunt, *l. 1. §. l. 7. §. 1. h. l. 9. §. 1. Quod met. caus. l. 21. D. Quib. mod. us. am.* ita & procuratorem seu Syndicum ad agendum vel defendendum constituere. *l. 1. h.*

3. Est autem Syndicus, sive Actor, *Qui causam Universitatis, ejusdem mandatu, in judicio administrat. l. §. 1. l. 6. §. 1. h. t.*

4. Syndicus constituitur & eligitur vel lege Universitatis, vel pluribus suffragiis. *l. 2. l. 3. l. 6. §. 1. 2. h. l. 19. ad Munic. l. 160. §. 1. de R. J.* modo, si suffragiis membrorum Universitatis eligatur, non minus quam duæ partes Universitatis, legitime convocatæ, adsint. *l. 3. h. l. 2. l. 46. C. de Decur. l. 2. 3. de Decret. ab ord. fac.* Ut autem duæ partes adsint, ipse quoque, qui eligitur, numeratur. *l. 4. h.*

5. Cæterum nemo se ipse suo suffragio elige-

re

re potest. arg. *l. ult. de Offic. Praet. l. 5. de Off. Praef. l. 4. de Tut. dat.* Suffragium autem patris filio, & filii, patri prodest. *l. 5. 6. h.*

6. Potestas Syndici eadem fere est, quae privati procuratoris. *arg. l. 1. §. ult. l. 6. §. 2. 3. h. l. 16 de V. S.*

7. Necesse non habet de rato cavere, nisi de Decreto Universitatis, vel officio syndici dubitetur. *l. 6. §. 3. h. t.* nec cuiquam nomine universitatis experiri permittitur, nisi cui id concessit vel lex vel Ordo. *l. 3. h.* ita tamen, ut etiam extraneo Universitatem, sine mandato, defendere liceat. *l. 1. §. ult. h.*

TIT. V.

De Negotiis Gestis. Cod. 2. 18.

1. Negotium, hoc loco, est *Omne id, quod, sine mandatu absentis vel ignorantis domini geritur.*

2. Negotiorum gestio est, *Quasi contractus, quo quis absentis vel ignorantis negotia, sine mandatu, gratis administrat. §. 1. I. de Oblig. q. quasi. ex contr.* Unde nascitur actio Negotiorum Gestorum Directa & Contraria. *l. 2. h. t.*

3. Directa datur domino, & ei, cujus interest. *l. 2. l. 3. §. 7. l. 47. pr. h.* contra gestorem cujuscunque conditionis. *l. 3. §. 1. 3. 4. l. 31. §. pen. h.* ad id ut gestor reddat rationem administrationis, & restituat quod ad eum pervenit vel pervenire potuit, quodque non, ut oportuit, gessit *l. 2. h.* cum usuris, etiam maximis, si quid inde in usus suos convertit. *l. 19. §. 4. l. 38. h.* denique ad resarciendum damnum dolo, & quavis, etiam le-

vis

visſimâ culpâ, datum. *d.* §. 1. *L.l.*23. *de R.J.l.* 25.*C.de Uſur.l.*25.§.16. *Fam.erc.l.*1.§.35.*Depoſ. l.*13.*l.*21.*C.Mand.l.* 53.§. 3. *de Furt.* Diſſ.alii vid. *Vinn. ad* §. 1. *I. de Obl. ex quaſ. contr.*

4. Aliquando tamen, ob ſingularem affectionem gerentis, dolus tantum; *l.* 3. §. 9. *h.*quandoque, ob naturam rei geſtæ tantum culpa levis, *l.*17.*l.*20.*C.h.* quandoque, ob negotii inſolentiam, etiam caſus præſtatur. *l.* 11. *h.*

5. Hinc conſequitur geſtorum non modo de geſtis, ſed & de non geſtis, quæ gerere debuit, teneri, veluti ſi inchoata dereliquerit: ſic tamen ut qui unum negotium ſuſcepit, non teneatur de aliis omisſis, aut non ſuſceptis. *l.* 16.*l.*21.§. 2. *D. l.*20.*C.h.l.*39.§.2. *de Adm. tut.* niſi alius, contemplatione gerentis ab iisdem abſtinuerit. *l.*6.§.*ult.*

6. Actio negotiorum geſtorum Contraria competit geſtori, contra dominum, ad conſequendas impenſas utiles & necesſarias, & quidquid geſtori ratione geſtionis abeſt. *l.*2.*l.* 27. *l.* 45.*ff. l.* 10. *C. h.* Ratio eſt *in l.*7.*Teſt.quemadm.aper.l.*61.§.*ult. de Furt.* licet eventus non reſponderit ſumptibus utiliter vel necesſario erogatis *l.* 10. §. 1. *h. l.*46. §.*pen. de Proc.l.*4.*C.Mand.* Datur etiam ad impenſarum uſuras, quas geſtor vel ipſe ſolvit, vel ex pecunia propria percipere potuerat *l.*2.*l.*19§.4*h*

7. Actio autem negotiorum geſtorum non modo dicitur Directa, quatenus Contrariæ, ſed & quatenus Utili opponitur. v. *l.* 17.*C. h. l.*7.*C. Arb. tut. l.* 14.§. 13. *de Relig.* Quæ effectu non differt à directâ *l.* 47. §. 1. *h.*

8. Si dominus negotia ſe ignorante geſta per ratihabitionem probaverit, tenetur vel actione negotiorum geſtorum, v. *l.*6. §. 9. 10. *l.* 9. *D. l.* 9. *C. h.* l. 50. *ff. Mand.* vel actione mandati contraria. *l.* 60. *de R. J.*

9. Ces-

9. Cessat actio contraria 1. Si quis negotia invitì & prohibentis gesserit. *l*.8.§.*ult*.*D*.*l*. *ult*. *C*. *h*. *l*. 40. *Mand*. 2. Si quis animo donandi, vel pietatis gesserit, aut impenderit. *l*.34.*l*.44.*D*.*l*.1. *l*.11.*l*.13.*l*.15.*C*. *h*. 3. Si quis aliena negotia, non contemplatione domini, sed sui lucri causâ, gesserit. *l*.6.§.3.*h*. qui tamen ipse tenetur actione directâ, & contrariam habet, quatenus dominus, cum detrimento gestoris, locupletior factus est. *d*. *l*. 6. §. 3. *l*. 8. *C*. *de R*. *V*. 4. Si quis fecerit impensas, ad quas, ratione officii, tenebatur. *l*. 5. *l*. 13. *C*. *h*.

TIT. VI.

De Calumniatoribus. *Cod*. 9. 46.

1. Calumniari, in publicis in judiciis, est, *Falsa crimina dolo malo intendere*. *l*. 1. §. 1. *ad SC. Turp*. In Civilibus, *Per fraudem alicui iniquam litem movere, & ex injustâ aut nullâ causâ negotium facere*. *l*. 233. *de V*. *S*. Hoc autem Titulo, *Pecuniam accipere, ad litem, per calumniam & malitiosam vexationem, faciendam, vel non faciendam*. *l*.1.§. 1. 2. & *ult*. *l*. 2. *l*. 7. *h*.

2. Ex hoc delicto datur Actio in factum Prætoria *de Calumniatoribus*, competens tum ei, cujus intuitu, negotii facessendi, vel non facessendi causâ, aliquis pecuniam dedit. *l*. 3. §. *ult*. *l*. 7. *h*. tum ei, qui pecuniam dedit, ne quis sibi negotium faceret. *d*. *l*. 3. §. *ult*. non autem heredi. *l*.4. *h*. nec ei, qui dedit, ut, vel ne alteri lis moveretur. *d*. *l*. 3. §. *ult*. *l*. 7, *h*.

3. Contra eum, qui pecuniam vel aliquid compendii accepit, *l*. 1. §. *ult*. *l*. 2. *l*. 3. *h*. ut aliquem lite

lite vexaret, vel non vexaret, licet non præstet, quod promisit. *l.* 3. §. 1. *l.* 7. §. 1. *h.* ut & contra eum, qui turpiter pactus est, *l.* 3. §. 2. *h.* non contra heredes, nisi quatenus ad eos pervenit. *l.* 5. *h.* intra annum in quadruplum ex re & pœnâ mixtum, post annum in simplum. *l.* 1. *h.*

4. Datur & condictio dati; Quo exacto actio de calumniatoribus tantum datur in triplum *l.* 5. §. 1. *h.* quandoque tamen cum hac concurrit. *l.* 7. *pr. h.*

5. Alias calumniæ pœnas vide in *l.* 1. §. 3. *h. l.* 8. *ff. l.* 8. *l. pen. & ult. C. eod. l.* 1. *ff. ad L. Corn. de Sicar. l.* 6. *ad L. Jul. de Vi priv.*

6. Quò pertinet etiam pœna Legis Remmiæ, vel Memmiæ de quâ vide *l.* 1. §. 2. *ad SC. Turp. l.* 13. *de Testib. Cicer. pro Rosc. Amer. c.* 19. 20. quam pœnam abrogavit Constantinus in *l.* 17. *C. de Pœn.*

DIGESTORUM

LIBER IV.

TIT. I.

De Restitutionibus in integrum.
Cod. 2. 20. *& seqq.*

1. Restitutio in integrum est *Redintegrandæ rei vel causæ Actio, vel amissæ causæ redintegratio. Paul. Sent.* 1. *t.* 7. *l.* 2. *C. In quib. caus. in int. rest. l.* 2. *C. Si adv. transact.* Causæ, ob quas conceditur resti-

restitutio, sunt 1. Metus. 2. Dolus. 3. Minor ætas. 4. Status mutatio. 5. Justa absentia. 6. Alienatio Judicii mutandi causâ. 7. Justus error. *l.* 1. 2. *h.* & *tit. seqq.*

2. Restituere in integrum possunt omnes magistratus Majores, Jurisdictionem & mixtum Imperium habentes, sive ordinarii, ut Prætor, sive delegati. *l. ult. C. Ubi & ap. quem in integr. rest.* non magistratus municipales, nec arbitri, aut judices pedanti. *d. l. ult.* 26. *ad Mun.*

3. Idque contra suam vel decessorum, vel magistratum inferiorum, non superiorum, sententiam, *l. unic. in fin. de Off. Præf. Præt. l.* 16. §. *ult.* & *ll. seqq. l.* 42. *de Minor.* & quidem in foro competente domicilii, *l.* 2. *C. Ubi & ap. quem.* vel rei sitæ, aut gestæ. *arg. l. ult. C. Ubi in rem act.*

4. Conceditur restitutio adhibitâ causæ cognitione. *l.* 3. *h. l.* 14. §. 1. *Quod met. caus.* modo. 1. negotium non sit ipso jure nullum. *l.* 16. *de Minor. l.* 2. *C. de Filiof. min.* 2. probetur læsio. 3. & justa restitutionis causa. 4. non adsit remedium ordinarium. *d. l.* 16. 5. res alicujus momenti sit. *l.* 3. 4. *h. l.* 9. *inf seq. de Dol. mal.*

5. Modum quod attinet, fit restitutio 1. Cum magistratus, quod gestum est, ex officio rescindit. *l.* 21. §. 5. *Quod met. caus. l.* 24. §. *ult. de Minor.* 2. Cum res amissa vel officio magistratus, vel per actionem specialem aut exceptionem, edicto prætoris propositam, simul restituitur. v. *l.* 13. §. *ult. de Minor. l.* 9. §. 3. & *seq. l.* 14. §. 1. *l.* 21. §. *ult. Quod met. caus. l.* 1. *de Dol. l.* 1. *de Alien. jud. mut.* 3. Cum jus agendi, summo jure amissum, cum eo, quod interest, restituitur. *d. l.* 9. §. 3. 4. 7.

6. Sic tamen, ut Prætor semper unâ eademque operâ, & quod gestum est rescindat, & actionem

nem vel aliud remedium concedat: Neque enim jus Civile admittit duplex Judicium, aliud rescindens, aliud rescissorium, sed rescissio in ipsâ datione actionis continetur. v. §. 5. *I. de Act. l.* 9. §. 7. *Quod met. l.* 18. *pr. de Dol. l.* 1. §. 1. *l.* 26. §. 7. *Ex quib. caus. maj.* Diss. alii. *vid. Vinn. ad* §. 5. *I. de Act. & I. Sel. quæst.* 10. *Voet. ad h. t. num.* 21.

7. Tempus petendæ restitutioni præstitutum, olim erat annus utilis. §. 5. I. *de Act. l.* 14. §. 2. *Quod met. l.* 19. *l.* 38. *de Minor. l.* 1. §. 1. *Ex quib. caus. maj. l.* 35. *de O. & A.* hodie quadriennium continuum. *l. ult. de Temp. rest.* à die remoti impedimenti numerandum. *l. ult. C. de Temp. restit.* quia contra agere non valentem (ob impedimentum Juris) non currit præscriptio. *l.* 1. *in f. C. de Ann. Exc. l.* 1. *in f. & Auth seq. C. de Bon. mat. l.* 30. *vers. omnis. C. de J. dot.*

8. Restitutionem petere possunt omnes læsi, justam restitutionis causam habentes, eorumque successores. *l.* 6. *h. l. l.* 14. §. 2. *Quod met. l.* 18. §. *ult. de Minor. l.* 24. *eod.* idque intra tempus ex personâ ipsius læsi computandum. *l.* 19. *eod. l.* 2. 4. *C. de Temp. in int. restit.*

9. Contra omnes lædentes, non contra parentes & patronos. *l.* 2. *C. Qui & adv. quos rest.* nec est contrarium in *l.* 2. *C. Si adv. rem jud. l.* 2. *C. Si adv. don.* aliquando contra quoscunque possessores. *l.* 13. *in f. l.* 14. 15. *de Minor.*

10. Fidejussoribus autem non prodest regulariter restitutio debitoris principalis. *l.* 1. 2. *C. de Fidej. min. l.* 13. *de Minor.* v. *infra. tit. de Minor. Thes.* 7.

11. Effectus petitæ Restitutionis est, quod interim nec executio, nec quidquam novi fieri possit. *l. un. C. In integr. rest. postul. l.* 42. *de Minor. l.* 32. *C. de Transf.* N 2 12. Im-

12. Impetratæ verò quod omnia ex utrâque parte in pristinum statum reducantur, sic ut restitutus nec damnum nec lucrum faciat. *l.* 24. §. 4. *l.* 29. §. 1. *de Minor. l.*2. *C. In quib. cauf. in integr. l.* 3. 4. *C. de His q. vi. l. un. C. de Reputat. q. fiunt in Jud. l.* 22. §. 1. *Ex quib. cauf. l.* 1. 2. *C. Si adverf. tranf.*

13. Prima restitutionis causa est Justus error, in quibusdam casibus. *l.* 2. *h. v. l.* 1. §. *ult. Quod falf. tut. auct.* §. 33. *I. de Act. l.* 15. §. 5. *Quod vi aut clam.*

TIT. II.

Quod metus causâ gestum erit.
Cod. 2. 23.

1. Metus est *Instantis vel futeri periculi causa mentis trepidatio. l.* 1. *h.* Vis est *Majoris rei impetus, cui resisti non potest. l.* 2. *h.*

2. Ait Prætor in hoc Edicto, quod vi metuve gestum est, se rescissurum. *l.* 1. *h.* unde apparet negotia metu gesta, sive bonæ fidei, sive stricti Juris sint, non esse ipso Jure nulla, sed per restitutionem rescindenda. *l.* 9. §. 3. *l.* 21. §. 5. *l. ult.* §. 1. *D. l.* 3. 4. 5. 7. *ult. C. h. l.* 116. *de R. J.* Quanquam habita ratione effectus, id quod rescinditur, sæpe dicatur nullum. *l.* 22. *h. l.* 1. *C. de Resc. vend.*

3. Excipiuntur tamen à regula actus nonnulli qui, metu initi, statim sunt ipso Jure nulli, ut Promissio dotis. *l.* 21. §. 3. *h.* Testamenti factio. *l.* 20. *inf. Qui test. fac. poss. tit. D. Si quis aliq. test coeg. vel prohib.* Manumissio, per ipsum servum, vel populum domino extorta. *l.* 9. *l.* 17. *Qui & à quib.*

quib. Man. sin per privatum, restitutione opus est. *l. 9. §. 2. h. junct. l. 7. in f. pr. de Dol.*

4. Ut huic Edicto & restitutioni locus sit, requiritur 1. Metus justus, qui in hominem constantem cadit. *l. 5. 6. D. h. t. l. 2. 3. Ex quib. caus. maj. l. 13. C. de Transf.* ut mortis, stupri, verberum. *l. 3. l. 22. l. ult. §. 1. h. d. l. 2. 3. l. 9. Ex quib. caus. maj.* Quare excluditur metus vanus. *l. 184. de R. J. l. 13. de Re jud.* reverentialis. *l. 26. . 1. D. de Pign. & hypoth. l. 1. §. 6. D. Quar. rer. act. non dat. l. 6. C. h. arg. l. 22. de R. N.* sola mali suspicione, vel solis minis illatus. *l. 7. l. 9. C. l. 9. D. h.* cui non obstat *l. 33. §. 2. de Usuc. v. l. 3. §. 5. 6. 7. de Vi arm.* item metus infamiæ. *l. 7. h. 2.* Ut metus vi injustà sit illatus. *l. 3. §. 1. l. 21. h. l. 4. Si cui plus quam per leg. Falc. lic.* 3. Ut damnum metu sit datum. *l. 12. §. ult. h.* quanquam, etiam damno non dato, locus sit Edicto D. Marci *l. 13. h.*

5. Ad consequendam ex hoc Edicto restitutionem datur vel Actio aut exceptio doli. *l. 14. §. 13. h. l. 4. §. pen. de Dol. except.* vel actio sive in rem, sive in personam negotio, de quo agitur, accommodata. *d. l. 9. §. 3. 4. l. 3. C. h.* vel exceptio metus. *l. 9. §. 8. h.* vel actio quod metus causa ex hoc Edicto. *d. l. 21. §. 4. & ult. h. t.*

6. Est autem hæc Actio Prætoria, personalis, in rem scripta, arbitraria, *l. 1. l. 9. § ult. h. l. 4. §. pen. de Dol. & met. exc. §. 31. J. de Act.* pœnalis mixta. *l. 14. §. 1. 2. 3. 9. l. 16. §. 2. h.* competens omnibus ex metu læsis eorumque heredibus. *l. 14. §. 2. in f. l. 3. C. h.* contra omnes, qui vel metum intulerunt, vel aliquid ex metu per alium illato lucri fecerunt. *l. 9. §. 8. l. 14. §. 3. 5. h.* & contra quoslibet rei metu extortæ possessores, *l. 9. §. 1. ult. l. 14. §. 3. 5. h.*

 7. Sic

7. Sic tamen ut parti adversæ pretium sit restituendum. *l.* 3. 4. *C. h. v. l.* 24. §. 4. *de Minor.*

8. Datur etiam contra heredes, quatenus ad eos pervenit. *l.* 16. §. *ult. l.* 17. 19. 20. *h. t.*

9. Intra annum, ex contumacià, in quadruplum, ex re & pœna mixtum. § 25. 27. *l. de Act. l.* 14. §. 1. 7. 1c. *h.* post annum in simplum. *d. l.* 14. §. 1. *d.* §. 27. Jure novo intra quadriennium continuum. *l. ult. C. de Temp. rest.*

10. In quadruplo æstimando fructuum quoque & omnis causæ ratio habetur. *l.* 9. §. 6. 7. *h.* quam tamen condemnationem evitare licet, si reus ante sententiam, jussu judicis rem actori restituat, vel damnum resarciat. §. 27. §. 31. *l. de Act. d. l.* 14. §. 1. Si plures metum fecerint, unius solutio cæteros liberat. *l.* 14. §. *ult.* & *ll. seqq. h.*

11. Si res metu extorta casu perierit apud eum qui metum intulit, vel malæ fidei possessorem, & quidem ante condemnationem, ipsius periculo perit, sive res eodem modo apud dominum peritura fuisset, sive non. *l.* 14. §. 5. 11. *D. l.* 1. *C. h. l.* 18. §. 1. *de Dol.* Si res extincta sit post condemnationem, intra quatuor menses seu tempus actionis judicati, & res æque apud dominum, etiam metu non illato, fuisset peritura, possessor tantum à præstatione rei, non à pœna tripli liberatur. *d. l.* 14. §. 11. Sin verò res perierit post tempus judicati, in rem simul & in pœnam tenetur. *d. l.*

12. Si res perierit apud bonæ fidei possessorem, ante litem contestatam, perit domino, post eam autem, vel post sententiam, possessori, si res non eodem modo apud dominum fuisset interitura. *d. l.* 14. §. 5. 11. *v. l.* 15. §. *ult. de R. V. l.* 33. *l. pen. eod. l.* 82. §. 1. *de V. O.*

TIT.

TIT. III.

De Dolo Malo. Cod. 2. 21.

1. **D**olus in genere est, *Quævis fallacia & astutia*, sive *callidum consilium aliquem circumveniendi.*

2. Est vel Bonus vel Malus. *l.* 1. §. 3. *h.* Bonus est *Astutia & solertia sibi vel aliis consulendi. d. l* 1. §. 3. *l.* 16. §. 4. *de Minor. l.* 77. §. 31. *de leg.* 2. *Flor.* 1. *c.* 3. *Liv. lib.* 1. *c.* 37. & 53.

3. Malus est vel generalis vel specialis. Generalis est; *Quævis improbitas & malitia ad alium lædendum adhibita.* Qui inest omnibus delictis. *l.* 2. *pr.* & §. 8. *D. de Vi bon. rapt. l.* 14. §. 13. *tit. præc. l.* 7. *l.* 10. *ad L. Corn. de Sicar.* Specialis est, *Omnis calliditas, fallacia, machinatio, ad circumveniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibita. l.* 1. §. 2. *h. l.* 7. §. 9. 10. *de Pact. l.* 43. §. *ult. de Contr. emt.*

4. Dolus denique dividi solet, quod sit vel *Ex proposito, qui ex destinatâ fallacia & machinatione oritur, eo tempore, quo negotium geritur, adhibita, adeoque in quo adest animus lædendi;* vel *Ex re, Qui, citra machinationem & propositum ab initio adhibitum, posteà supervenit, atque ex ratione circumstantiarum, & in primis ex immodica læsione æstimatur. l.* 36. *de V. O. l.* 2. §. 3. 4. 5. 7. *de Dol. & met. exc. l.* 2. *C. de Resc. vend. l.* 8. *l.* 10. *C. eod.*

5. Huic affinis est vulgata divisio Doli, in *Verum & Præsumptum*, v. *l.* 226. *de V. S. l.* 32. *Depos. l.* 1. §. 1. *Si mens. fals. l.* 41. *ad L. Falc.*

6. Quæ dolo malo facta sunt, vel sunt ipso jure nulla, vel rescinduntur. Ipso Jure nulla sunt omnia negotia bonæ fidei, quibus dolus causam

 dedit,

dedit, adeo ut actio inde non nascatur. *l. 7. pr. h. l.* 16. §. 1. *de Minor. l.* 3. §. *ult. pro Soc. l.* 4. *C. de Her. vel act. vend.* non obstant *l.* 5. *C. de Resc. vend. l.* 12. §. 1. *de J. dot. d. l.* 16. §. *pen. l.* 3. *C. Comm. utr. Jud.* vid. *Vinn. I. Sel. quæst.* 12.

7. Quod si dolus tantum inciderit in contractum bonæ fidei, non est is ipso Jure nullus, sed datur actio ex ipso contractu, vel exceptio doli ad resarciendum damnum dolo datum. *l. 7. pr. & §. 3. l. 9. h. l.* 13. §. 4. 5. *de Act. empt.*

8. In contractibus Stricti Juris dolus sive contractui causam dederit, sive in eundem inciderit, non facit contractum ipso Jure nullum, nec producit actionem ex ipso contractu ad resarciendum damnum illatum, sed locum facit vel actioni vel exceptioni doli. *d. l.* 7. §. 3. *l. ult. h. t. l.* 36. *de V. O. l.* 5. *C. de Inut. stip.*

9. Ad resarciendum damnum dolo illatum datur 1. Exceptio doli directa. *t. t. D. de Dol. & met. Exc.* vel subsidiaria. *v. l.* 10. §. *l.* 21. §. 2. *l.* 25. §. *ult. de Pact* vel utilis *in factum. l.* 4. §. 16. *de Dol. & met. exc.* 2. Actio doli directa. *l.* 7. *& pass. h.* 3. Actio doli utilis in factum. *l.* 11. *in f. D. l.* 5. *C. h. t.* Directa est Prætoria, personalis, famosa, arbitraria. §. 31. *l. de Act. l.* 18. *pr.* §. 1. *& seqq. h.* competens ei, qui alterius calliditate læsus est, ejusque heredibus. *l.* 1. *l.* 9. §. 2. *l.* 13. *h.* Contra eum, qui dolum commisit, ejusque heredes, quatenus ad eos pervenit. *vid. l.* 13. *l.* 17. §. 1. *l.* 26. *& seqq. h. l. un. C. Ex del. def. l.* 5. *de Calumn.*

10. Ad id ut restituatur res dolo amissa, cum omni causa & accessione, & ni restituatur, reus condemnetur in id quanti ea res est, adhibito jurejurando in litem actoris. *l.* 18. *h.* Si plures dolo fece-

fecerint, unius restitutio ceteros liberat. *l.* 17. *h.*

11. Tempus instituendæ huic actioni præstitutum olim annus utilis, deinde biennium continuum fuit. *l. ult. C. h.* quod tamen Jure novo per *l. ult. C. de Temp. rest. in integr. l. ult. C. de Repud. her.* mutatum videtur in quadriennium continuum. *Diff. alii.*

12. Ut huic actioni locus sit requiritur. 1. Ut quis circumscriptus sit evidenti alterius calliditate. *l.* 7. §. *ult. D. l.* 6. *C. h.* 2. In re certa & a persona certa, quæ exprimenda est. *l.* 15. §. *ult. l.* 16. *h. l.* 7. *pr. de Injur.* 3. Ut actor careat alio remedio. *l.* 1. §. 4. *l.* 7. §. 3. *D. l.* 2. *C. h. l. pen.* §. 1. *de Rest. in int.* nisi hæc actio concurrat cum alia famosa, seu æquegravi vel graviore. *l.* 1. *C. h. junct. l.* 59. §. 1. *D. Mand.* & *l.* 1. *l.* 6. §. 5. *de His q. not. inf. l.* 9. §. 2. *h.* vel incertum sit, an alia actio, competat, *l.* 7. §. 3. *h. t.* vel actio, quæ competit, inefficax sit. *l.* 5. *l.* 6. *l.* 7. §. 8. *l.* 9. §. 3. *h.* vel tempus, intra quod instituenda, dolo adversarii effluxerit. *l.* 1. §. 6 7. *l.* 18. §. 4. *h. t.* 4. Ut læsio non sit nimis modica. *l.* 9. §. *ult. l.* 10. *h.*

13. Non datur contra municipes. v. *l.* 15. §. 1. *h.* nec contra pupillos, nisi pubertati proximos, aut ex dolo tutoris locupletiores factos. *l.* 13. §. 1. *l.* 15. *h. l.* 3. *D. Quando ex fact. tut. l.* 113. *de R. J.* §. 18. *l. de Obl. ex del.* nec contra tertios possessores. arg. *d. l.* 15. § *ult. l.* 1. §. 4. *h.* nec liberis aut libertis contra patronos aut parentes. *l.* 11. §. 1. *h. l.* 4. §. 16. *de Dol. except. l.* 5. §. 1. *de Obseq. par.* & *patr.* nec humili contra honoratum & spectatæ auctoritatis virum. *d. l.* 11.

14. Effectus hujus actionis est, quod reus teneatur ad rem dolo ablatam, vel interesse. *l.* 18. *h.* & condemnatus infamia notetur. *l.* 1.

§. 4. *h. l.* 1. *l.* 4. §. *ult. de His. qui not. infam.*

TIT. IV.

De Minoribus viginti quinque annis. *Cod.* 2. 22. *& seqq.*

1. Minor proprie est, *Qui egressus annum ætatis* 14. vel 12. (si sit puella) *nondum excessit annum* 25. licet ultimum ejus diem attigerit: tempus enim hoc computatur naturaliter, de momento in momentum. *l.* 3. §. 3. *h. t. l.* 18. *Fam. erc.* Quanquam aliquando appellatio minorum communis sit pupillorum & adolescentum. *l.* 2. *inf. C. Quando mul. tut. off.* § 2. *l. Quib. alien. lic. inscr. tit. D. Quando ex fact. tut. vel. cur.* Ut & in hoc titulo, ubi restitutio datur minoribus, sive puberibus, sive impuberibus, sive natis, sive in utero constitutis & nascentibus. *l.* 1. §. 1. *h. l.* 45. *l. pen. &* passim *h. t.* siquidem hoc remedio indigeant. *v. t. C. In quib. caus. in int. rest. l.* 39. §. *ult. l.* 16. *pr. &* §. 1. *h. t.*

2. Requisita hujus Restitutionis sunt 1. Ætas minor 25. annis, legitime probata. *l.* 9. *C. de Probat. l.* 39. *l.* 43. *ff. l.* 4. *C. h. t.* Probatur autem per testes, vel instrumenta, ut per libros nativitatis, aliaque acta publica. *L.* 2. *C. de His qui ven. ætat. l.* 15. *l.* 22. *C. de Lib. caus. l.* 2. §. 1. *de Exc. tut.* v. *Sueton. in Tiber. c.* 5. *in Calig. c.* 8. *Juven. Sat.* 9. v. 84. *& seqq. Brisson.* 1. *Sel. Antiq.* 5. per professiones parentum. *l.* 16. 29. *ff. l.* 14. *C. de Prob.* v. *Capitol, in Ant. Philos. c.* 9. eo tempore, quo nulla subest fraudis suspicio, factas. *arg. l.* 9. *D. l.* 6. *C. de Testib.* 2. Læsio ejusque probatio. *l.* 11. §. 3. *D. l.* 5. *C. h. l.* 9. §. 4. *de Jurej.* sive minor

nor

nor, quod habuit, amisit, sive, quod adquirere poterat, omisit, sive oneri, quod declinare poterat, se subjecit. *l. 6. l. 7. §. 5.* (*ubi* pro acceptus *leg.* deceptus.) *l. 44. l. 45. l. pen. h. t. C. Si min. ab her. se abst. t. C. Si ut omis. her.* 3. Ut læsio lubrico ætatis contigerit. *d. l. 11. §. 4. d. l. 5. C. h.* licet absit dolus adversarii. *d. l. 5. C. l. 13. in f. l. 47. h.*

3. Restituuntur omnis generis minores, sive sint filii, sive patresfamilias. *l. 3. §. 4. h. t. t. C. de Fil. min.* sive tutoris aut curatoris auctoritas accesserit, sive non. *t. t. C. Si tut. vel cur. interv. l. ult. C. Si adv. rem jud.* sive magistratus decretum intervenerit, sive non. *l. 47. h. l. 11. C. de Præd. min. l. 2. C. de Fidej. min.*

4. Minoribus autem hac in parte æquiparantur Respubl., Civitas, Ecclesia. *l. 3. C. de J. Reip. l. 4. C. Quib. ex caus. maj. l. 1. C. de Off. ej. q. vic.*

5. Datur hæc restitutio contra omnes, a quibus minor læsus est, ut & contra patrem vel dominum lædentis, si filiusfamilias aut servus læserit. *l. 24. §. 3. h.* etiam contra Fiscum. *t. C. Si adv. Fisc.* non contra tertios possessores, nisi vel lædens non sit solvendo, vel minorum intersit rem ipsam potius, quam interesse habere. *l. 9. l. 13. §. 1. l. 14. l. 15. l. 39. §. 1. h. t. l. 39. de Evict.*

6. Restituitur minor contra pleraque omnia tam judicialia, quam extrajudicialia negotia, ut, ex gr. contra venditionem. *t. C. Si adv. vend.* distractionem pignorum. *t. C. Si adv. don.* contra transactionem. *t. C. Si adv. transf.* solutionem. *t. C. Si adv. solut.* dotem. *l. 9. §. 1. h. t. C. Si adv. dot.* mutuum. *t. C. Si adv. credit.* usucapionem. *t. C. Si adv. usuc.* aditionem vel omissionem hereди-

reditatis. *t. C. Si min. ab her. abst. t. C. Si ut omiss. her. l.* 7. §. 5. 9. *h.* confessionem in jure. *l.* 6. §. 5. *de Confess.* denique contra rem judicatam. *t. C. Si adv. rem. jud. l.* 16. §. *ult. l.* 29. §. 1. *l.* 42. *h. t.*

7. Restitutio impetrata prodest minori, non mandatori. *l.* 13. 23. *h.* nec fidejussori. *l.* 1. 2. *C. de Fidej. min. l.* 13. *D. h.* quod fallit quandoque. *v. l.* 3. §. 4. *h.* Scilicet 1. Si minor dolo adversarii sit læsus. *l.* 7. §. 1. *de Except. l.* 2. *C. de Fidej. min.* 2. Si fidejussor intercedat pro minore, certam qualitatem præ se ferente, quam deinde beneficio ætatis exuit, veluti tanquam pro defensore alienæ litis, aut herede. *l.* 2. §. 1. *de Admin. tut. l.* 89. *de Adq. her. l.* 51. *de Proc.* 3. Si fidejussor minori heres existat. *l.* 95. §. 2. 3. *de Solut.* 4. Si fidejussor ignoraverit, debitorem esse minorem. *arg. l.* 48. §. 1. *de Fidej. l.* 3. *ad SC. Mac. l.* 13. *pr. h.*

8. Quod si minor causam cum majore communem habeat, hoc beneficium non prodest majori. *l. un. C. Si in comm. eademque causa,* nisi causa sit individua. *l.* 10. *Quemad. serv. am.*

9. Sed nec patri prodest restitutio filiifamilias minoris. *l.* 3. §. 4. 9. 10. *l.* 23. *l.* 27. *D. h. t. C. de Filiof. min.*

10. Ut autem restitutio minoris aliis non prodest, ita ea ratione concedenda, ut adversario quoque jus suum integrum servetur. *l.* 25. §. 4. *l.* 39. §. *ult. l.* 40. §. 1 *h. l.* 1. *C. Si adv. transf.*

11. Modus impetrandæ hujus restitutionis est imploratio officii magistratus. *v. l.* 1. §. 1. *l.* 13. §. 1. *l.* 24. §. *ult. h. t.* Sic tamen ut cum hac restitutione alia quoque remedia concurrere possint. *v. l.* 13. *in f. ft. t. l. ult. C. Si tut. vel cur. int.*

11. Cessat hæc restitutio 1. Si minor dolo se majorem dixerit. *tit. C. Si min. se maj.* 2. Si major

jor factus ratum habuerit, quod gestum est. *t.C. Si maj. fact. l.* 3. §. 1. 2. *h.* 3. In causa libertatis. *l.*9. §.*ult.* & *seq. l.*31. *h. l.*9. *de App. t. C. Si adv. lib.* 4. In delictis. *t. C. Si adv. del. l.* 9. §. 2. *l.*37. §.1. *h. t. l.*7. *C. de Pœn. l.*6. *C. ad L. Corn. de Sicar. l.* III. *de R. J.* Sic tamen ut quandoque in delictis, maxime levioribus, commiseratio ætatis judicem ad mitiorem pœnam permovere possit. *d. l.*37. §.1. v. *l.*6. *C. de His quib. ut ind. l.*1.§.32. *l.* 14. *de SC. Sylan. l.*1. 2. *C. Si adv. del. l.* 38. §.4. 7. *ad L. Jul. de ad.* 5. Si damnum casu, vel ex ratione Juris communis contigerit. *l.* II. §. 4. 5. *D. l. ult. C. h.* 6. Si negotium à minore gestum sit ipso Jure nullum. *l.* 16. §.1. *D. l.* 3. *C. h. l.* 2. *C. Si adv. don.* ex gr. si contra minores indefensos sententia sit lata. *l.* 54 *de Re jud. l. pen. C. Si adv. rem jud. l.* 1. *C. Qui leg. pers.* 7. Si causa restitutionis vertatur inter duos minores læsos, *l.* II. §.*pen. l.* 34. *h.* 8. Si minor juraverit se contractum servaturum. *l.* 1. & *Auth. Sacramenta puberum. C. Si adv. vend. vid. Vinn.* 1. *Sel. quæst.* 15. 9. In solutione per decretum judicis facta. §. *ult. l. Quib. alien.* 10. Si restitutio semel negata sit, *v. l.* 1. 2. 3. *C. Si sæp. rest. pet.* II. In omnibus præscriptionibus temporalibus, quæ jure veteri contra minores currebant salvo beneficio restitutionis. *l. ult. C. In quib. caus. in int. rest. junct. l.* 7. §. 11. *h. l.* 1. *C. Si sæpius in int.* ut & in illis, quæ nec veteri, nec novo jure contra minores currebant, ut in querelâ inofficiosi testamenti, & præscriptione longi temporis. *l.* 2. *C. In quib. caus. in int. l.* 3. *C. Quib. non objic. long. temp. præs.* Denique in illis, quæ contra minores currunt, excluso restitutionis in integrum beneficio, ut in præscriptione quinquennii,

nii, in casu *l.* 2. §. 1. *D. Ne de stat. def.* triennii, in casu *l.* 13. §. *ult. C. de Jud.* item in omnibus præscriptionibus accusationum criminum, & actionum pœnalium, quæ vindictam persequuntur. *l.* 37. *pr.* & §. 1. *h.* Denique in præscriptionibus perpetuis 30. vel 40. annorum, quæ etiam contra puberem currunt excluso beneficio restitutionis. *d. l. f. In quib cauf. l.* 3. *C. de Præs.* 30. *vel* 40. *ann.* contra pupillum plane non currunt. *d. l.* 3. 12. Contra Parentes & Patronos, *l. ult. C. Qui & adv. quos.* 13. Lapsu quadriennii, a primo die anni 26. computandi. *l. ult. C. de Temp. rest. in int.* 14. Si minor veniam ætatis impetraverit. *l.* 1. *C. de His q. ven. ætat. impetr.* Quæ est *Jus legitimæ ætatis*, *vel*, *Facultas bona sua plenâ potestate administrandi, minoribus, à Principe, causa cognitâ. concessa. d. l.* 1. 2. *eod. l.* 5. *C. de Temp. rest.* Modò masculi vicesimum, feminæ octavum decimum ætatis annum impleverint, & honestatem morum, probitatem frugalitatemque animi idoneis testibus vel instrumentis coram competente judice probaverint. *l.* 2. *pr.* & §. 1. 2. *C. de His qui ven.* Impetratæ hujus veniæ effectus est, quod liberet à cura, & minoribus potestatem tribuat res suas administrandi, contrahendi, judicio agendi seque defendendi, denegata restitutione, si læsæ sint. *l.* 1. *C. eod. l.* 10. *C. de Appell.* quanquam res immobiles alienare aut hypothecæ obligare sine decreto Prætoris nequeant. *d. l.* 2. §. 1. *l.* 3. *C. eod.*

TIT.

TIT. V.

De Capite Minutis.

1. Cum minima capitis diminutio liberos sive emancipatos, sive adoptatos, olim quodammodo in servilem conditionem redigeret; *l.* 5. *pr.* & §. 1. *D. h. l. ult. C. de Emanc. l. ult. C. de Adopt.* adeoque Jura & actiones exstingueret; *l.* 2. & *passim. h.* Prætoriæ restitutionis beneficio factum est, ut actiones summo Jure exstinctæ reviviscerent. *l.* 2. *h.* nisi ipse creditor suum debitorem arrogasset. *l.* 2. §. 4. *h.*

2. Restituuntur autem hoc modo obligationes Civiles, oriundæ ex causa capitis diminutionem antecedente. *l.* 2. §. 1. 2. *h.* non naturales. *d. l.* 2. §. 2. *v. l.* 38. & *l.* 95. §. 4. *de Solut.* nec quæ in facto consistunt, nec quæ ex delictis oriuntur, utpote quæ ex per minimam capitis diminutionem non extinguuntur. *l.* 2. §. 3. *l.* 7. §. 1. *l.* 8. §. 10. *h.*

3. Sed nec Jura publica, ut magistratus & munera, exstinguit hæc capitis diminutio. *l.* 5. §. *ult. l.* 6. *h.* adeoque nec tutelas. *l.* 7. *h.* ubi nulla opus esse videtur emendatione.

4. Si quis non minimam, sed maximam aut mediam capitis diminutionem sit passus, actiones non restituuntur. *v. l.* 2. *l.* 7. §. 2. 3. *h.* sed dantur contra eos, ad quos bona pervenerunt. *d. l.* 2. *l.* 11. *de J. Fisc.*

5. Jure novo sublatâ imaginariâ minimæ capitis diminutionis servitute, ut non tollitur hac ratione obligatio & actio, ita nec restituitur. *l. ult. C. de Acquis. per errog. l. pen. C. de Usufr.*

TIT.

TIT. VI.

Ex quibus causis majores in integrum restituuntur. Cod. 2. 51. 54.

1. Justa absentia majoribus tribuit in integrum restitutionem. Absentia autem hoc loco consideratur respectu loci, in quo quis habet domicilium. *v. l.* 173. §. 1. *l.* 199. *de V. S. l. ult. C. de Rest. mil. l.* 32. *h. t.*

2. Absentia est vel necessaria, ut militum, legatorum; *d. l. ult. l.* 8. *l.* 36. *l.* 41. *l.* 45. *h. t.* vel voluntaria, quam non officii ratio, sed sua cuique voluntas facit.

3. Ex causa absentiæ restituitur vel absens contra præsentem, vel præsens contra absentem. *v. l.* 20. 21. 22. §. 1. *l.* 29. *h. t. l.* 140. *do R. J.* Ut absenti detur restitutio, quælibet probabilis & honesta absentiæ causa sufficit. *l.* 1. *& seqq. l.* 26. §. 1. *l.* 28. *h. t. l.* 18. *C. de Postl. rev.* sola malitiosa contumacium & latitantium excluditur. v. *l.* 2. §. 8. *Si quis caution. l.* 28. §. 5. *de Fid. lib.* Sic ut absentia Reip. causâ non sola sit hujus restitutionis causa. *l.* 1. §. *ult. l.* 8. *& seq. l.* 26. §. *ult. h. t.*

4. Reip. verò causâ abesse dicitur, qui jussu & auctoritate publicâ, publici commodi causâ abest. *l.* 4. 36. 42. *h. d. l. ult. C. de Rest. mil. l.* 14. *de Legation.*

5. Nec refert absens restituendus procuratorem reliquerit, an non. *l.* 26. §. 1. *& ult. h.* nisi à procuratore, quem forte reliquit, rem suam salvam servare possit. *l.* 28. *l.* 39. *h. l. ult. de Rest. in int.* Secus si præsens contra absentem sit restituendus: tum enim, procuratore relicto vel de-

defensore aliquo se offerente, cessat restitutio. *l.* 21. §. 2. *l.* 22. *h.*

6. Pro absentibus quoque habentur Civitates, furiosi, pupilli, si nemo sit qui eos defendat, adeoque ad hos etiam hoc Edictum pertinet; *l.* 22. §. 2. *h. l. ult. de Rest. in int. l.* 124. §. 1. *de R. J.*

7. Altero hujus Edicti capite datur restitutio præsenti, contra absentem, ex qualibet causâ, qui operâ servi aut filiifamilias rem præsentis usucepit, nec ullum defensorem reliquit, quem dominus rei convenire posset. *l.* 1. *l.* 21. §. 1. 2. *l.* 22. *h.* §. 5. *I. de Act.*

8. Quanquam jure novo hoc casu dominus rei, compellato magistratu loci, usucapionem impedire possit, *l.* 2, *C. de Ann. Except.*

9. Ex hoc Edicto datur actio Prætoria Rescissoria, competens præsenti contra absentem, vel vice versâ. *dd. ll.*; ut & heredibus & contra heredes. *l.* 30. *l.* 35. §. 6. *D. l. ult. C. h.* ad rescindendam usucapionem, aliumve actum ipso jure validum, resarciendumque damnum, & rem cum omni accessione restituendam. *d.* §. 5. *I. l. ult. C. h. t.* quæ olim anno, *l.* 35. *de O. & A.* jure novo, quadriennio continuo finitur. *l. ult. C. de Temp. in int. rest.*

10. Præter hanc actionem datur & exceptio. *l.* 28. §. 5. *h.* v. *l.* 156. *de reg. jur.*

O TIT.

TIT. VII.

De Alienatione judicii mutandi causâ.

Cod. 2. 55.

1. SI quis actionem in rem, vel personalem in rem scriptam metuens, judicii vitandi causa, rem dolo malo in potentiorem alienet, datur ex hoc Edicto actio in factum, vel exceptio, ne adversarii deterior fiat conditio. *l.* 1. *l.* 4. §. 1. *l. ult. D. l. un. C. h.*

2. Quæ actio est Prætoria personalis ex delicto, rei persecutoria à parte actoris, pœnalis à parte rei, *l.* 4. §. *ult. l.* 7. *h.* competens ei, cujus causa, per hujusmodi alienationem, facta est deterior, contra alienantem, ad id quod interest. *d. l.* 1. *l.* 3. §. 4. *l.* 4. §. 5. *h.* sive res jam usucapta sit, sive non. *l.* 4. *h.* non contra heredem. *l.* 4. §. *ult. h. t.* nec post annum. *l.* 6. *h.*

3. Requisita hujus restitutionis sunt (1. Alienatio, sive oneroso sive lucrativo titulo inter vivos facta. *l.* 8. §. 2. 3. *l. pen. h.* (2. Ut alienatio dolo sit facta, & judicii mutandi causâ. *l.* 1. *l.* 4. §. 1. 3. *l.* 8. §. *ult. l.* 9. 10. *h.* (3. Ante litem contestatam. l. 1. *l.* 8. §. 1. *h.* Ratio est: quia res per litis contestationem litigiosa facta alienari nequit. l. 2. & *Auth. seq. C. de Litig.* (4. Ut per alienationem durior adversarii conditio sit facta, veluti si translata sit in potentiorem, vel qui conventu difficilis est. *v. l.* 1. *inf. l.* 2. 3. 4. §. 5. *h.*

4. Cessat hæc actio, si alienans etiam post alienationem paratus sit utilem actionem suscipere. *l.* 3. §. *ult. h.* quâ tenetur perinde ac si adhuc possideret, quia dolus est pro possessione. *l. un. C. h.*

l. 131.

l. 131. *l.* 150. *de R. J. l.* 27. §. 3. *de R. V. l.* 25. §. 8. *de Pet. her.*

5. Ex dictis apparet, hunc titulum alium esse à *tit. C. Ne lic. potent*, ut & à *tit. ff. & C. de Litigios.*

TIT. VIII.

De Receptis arbitris, qui arbitrium receperunt, ut sententiam dicant. Cod. 2. 56.

1. Arbitri sunt vel quivis judices, etiam majores, vel judices pedanei à magistratibus dati, ut de facti controversia cognoscant. *l.* 38. *pro soc. l.* 24. *Depos. l.* 15. *l.* 17. *l. ult. Fam. erc. l.* 9. *& seq. Qui sat. cog. l.* 1. §. 6. *Si cui plus.* vel Judicibus suspectis surrogati. *l.* 16. *l. ult. C. de Jud.* vel a privatis æstimandæ componendaeque alicujus rei causâ, sine pœnæ promissione electi, qui propriè *Arbitratores* dicuntur: *l.* 76. *& seqq. pro Soc. l.* 24. *l.* 25. *Loc. l. ult. C. de Contr. empt. l. pen. C. h.* vel liberâ partium voluntate, ut litem arbitrio suo, instar judicum, decidant, electi, qui sunt hujus loci, & definiuntur *Judices liberò partium consensu & compromisso, controversiæ terminandæ gratia, electi, & officium illud suscipientes. l.* 13. §. 2. *h.*

2. Nam ut mera & libera partium voluntate eliguntur, ita hoc officium invitis non injungitur. *l.* 3. §. 1. *d. l.* 13. §. 2. *l.* 21. §. 9. *h. t.* quamquam arbitrio semel suscepto, per Prætorem, mulctâ indictâ, ad sententiam dicendam cogi possint. *d. l.* 3. §. 1. *l.* 11. §. 1. *l.* 32. §. 12. *h.*

3. Compromissum est *Partium conventio de arbitro eligendo, ejusque sententia observanda. l.* 1. &

& seqq. h. t. Compromissum autem ad similitudinem judiciorum redactum est. *d. l.* 1. *h.* quatenus ratione agendi, excipiendi, probandique, & plurium effectuum, multa habet cum Judiciis communia. v. *l. pen.* §. *pen. C. h. l.* 13. §. 1. *l.* 14. *pr. C. de Jud. l. pen. C. de Pact.* à quibus tamen in pluribus aliis differt. *v. l.* 1. *C. h. l.* 30. *l.* 31. *D. h.*

4. Compromittere seu arbitrum eligere possunt omnes, qui & transigere. Unde prohibentur furiosi. *l.* 47. §. 1. *& l. seq. h.* impuberes. *l.* 27. §. 5. *l.* 35. *h.* servi. *l.* 32. §. 8. *l.* 3. §. 8. *de Pecul.* mulieres in causâ intercessionis. *l.* 32. §. 2. *h.*

5. Compromisso eligi & arbitri officio fungi possunt omnes fere qui judices esse non prohibentur, etiam quodammodo minores 25. annis, modo excesserint annum vigesimum. *v. l.* 41. *h. l.* 57. *de Re jud.* ut & filiusfamilias. *l.* 5. *h.* etiam in re patris. *l.* 6. *h. l.* 77. *de Jud.*

6. Prohibentur autem mulieres. *l. ult. C. h. l.* 1. §. 5. *de Postul. v. l.* 2. *de R. J.* servi, impuberes, furiosi. v. *l.* 7. §. *ult. & ll. seqq. h. t.* Magistratus, qui tam magnum imperium habent, ut cogi non possint. *l.* 3. *l.* 4. *D. h.*

7. In judicem quoque, ad cujus cognitionem causa controversa jure ordinario pertinet, compromitti non potest. *l.* 9. §. 2. *h. l.* 4. *de Tut. & cur. dat. l.* 32. §. 16. *h. t. Voet. ad h. t. n.* 8.

8. Si ex duobus arbitris alter idoneus sit, alter non, irritum est compromissum, nisi convenerit, ut alterutrius sententia valeat. *l.* 7. §. *ult. l.* 8. *h.*

9. Arbitri eligi possunt vel unus, vel plures, pari vel impari numero. Sic ut, si dissentiant pa-

pares, vel ex conventione partium, vel arbitrio Prætoris, tertia certa persona eligi possit, ut ejus sententiæ stetur. *l.* 17. §. 5. 6. *h. t.* Conveniri tamen non potest, ut certa, non alia sententia feratur. *l.* 19. *h.* nec ut pœna compromisso inserta fisco applicetur. *l.* 42. *h.* *l.* 73. §. *ult. de R. J.* §. 4. & 18. *I. de inut. Stip. Voet. ad h. t. n.* 12. sed nec jurejurando partium compromissum firmari potest. *Nov.* 82. *c.* 11. §. 1. Secus ac Jure veteri. *l.* 4. *C. h.*

10. Compromitti potest in omnibus causis, etiam famosis. *l.* 13. §. 5. *de his q. not. inf. l.* 32. §. 6. *h. t.* Non tamen (1. in Criminalibus. *l.* 32. §. 6. *h.* (2. Causis status. *d. l.* 32. §. 7. Nec (3 in Popularibus. *d.* §. 7. Nec (4. in Restitutionibus in integrum. *l. ult. C. ubi & ap. quem cognit. rest.*

11. In compromisso partes mutuò promittunt, se sententiæ arbitri obtemperaturas. *l.* 27. §. *ult.* *l.* 19. *h.* Cujus ei libera facultas relinquenda est. *l.* 17. §. 3. 4. *l.* 19. *h. Voet. ad h. t. n.* 3.

12. Compromittitur autem vel pœna adjecta, vel simpliciter *sententiæ stari*, quo casu incerti actio datur. *l.* 27. §. *ult. l.* 28. *h.* neque enim pœnæ adjectio est absolutæ necessitatis. *d. l.* 27. *l.* 5. *C. h. vid. supr. th.* 9.

13. Vis ac effectus compromissi, & officium arbitri est, controversiam cognoscere, & cognitam sententiâ suâ decidere. *l.* 3. §. 1. *l.* 13. §. 2. *l.* 19. §. 1. *l.* 21. *h.* ad quod a Prætore etiam invitus cogi potest. *d. l.* 3. §. 1. *ult. l.* 32. §. 1. 12. *h.* Nisi (1. a partibus sit contemtus aut infamatus. *l.* 9. §. 4. 5. *l.* 10. *l.* 11. *l.* 15. *h.* (2. Nisi alter pœnam promiserit, alter non. *l.* 11. §. *pen. h.* (3. Nisi inimicitiæ capitales, adversa valetudo, senectus, occupatio negotiorum propriorum,

 vel

vel alia sontica causa superveniat. *l.* 15. *l.* 16. *h. t.* (4. Nisi alter litigantium bonis cesserit. l. 17. *h.*

14. Ferenda sententia secundum compromissum. *v. l.* 7. *in fin. l.* 21. §. 4. 6. 10. *l.* 32. §. 15. 17. *& ult. l.* 25. *l.* 46. *h. l.* 5. *Mand.* & quidem (1. Certa & totam controversiam dirimens, *l.* 21. *h.* (2. Præsentibus partibus, *l.* 27. §. 4. 5. *h.* ut tamen pœna non committatur, si alter ex justâ causâ absit. *l.* 21. §. 9. *h.* (3. Intra diem in compromisso condictum, nisi arbiter juret sibi de causâ nondum liquere. *l.* 13. §. *ult. l.* 36. *de Re jud. Plin.* 6. *epist.* 2. *Gell.* 14. 2. *in fin.* vel ei prorogandi diei potestas data sit. *l.* 27. *pr. l.* 32. §. 11. *& ult. l.* 12. *l.* 21. §. 5. *&* 8. *l.* 50. *h. t.* Quod si dies non sit adjectus, arbitri est, partibus consentientibus, diem præstituere, alioquin omni tempore cogitur sententiam dicere. *l.* 14. *h.* Si plures sint arbitri, uno vel altero absente, ceteri sententiam ferre nequeunt. *l.* 17. *inf. l.* 18. *l.* 32. §. 13. *h. t.*

15. Si plurium arbitrorum sententiae dissentiant, majori parti standum est. *l.* 17. §. *pen. & ult. l.* 27. §. 3. *h. t. l.* 160. *de R. J. l.* 19. *ad Munic.* Si singuli arbitri in quantitate diffideant, sequendum id quod minus. *l.* 27. §. 3. *h.* Sin aliter quam in summa dissentiant arbitri, ut si omnium opiniones sint diversæ, partes impune à sententia resilire possunt. *d. l.* 27. §. 3. *h. t.*

16. Effectus laudi, seu sententiæ ab arbitro pronunciatæ, est (1. Quod partes compromittentes, sive æqua sive iniqua sit, ei stare teneantur. *l.* 27. §. 2. *h. l.* 76. *pro Soc.* licet adversarii non interfit, sententiæ stari. *l.* 38. *h. l.* 3. §. 1. *de V. O.* Contumaces parere coguntur vel petitione pœnæ promissæ. *l.* 2. *l.* 21. §. 4. *D. l.* 1. 2.

C. *h.*

C. b. vel ejus quod interest, si nulla pœna sit promissa. *l.* 27. §. *ult. b.* vel actione aut exceptione in factum, exemplo rei judicatæ, si sententia vel subscriptione partium, vel lapsu decem dierum sit confirmata. *l.* 4. §. 4. *& ult. l.* 5. *C. b.* contra ac olim. *l.* 2. *b.* (2. Quod arbiter sententiam semel dictam mutare nequeat. *l.* 19. §. 2. *& l. seqq. b. t. l.* 14. *l.* 46. *&* 55. *de Re jud. tit. C. Sent. resc. non poss.* (3. Quod ab arbitri sententia appellare non liceat. *l.* 27. §. 2. *l.* 32. §. 14. *D. l.* 1. *C. b.*

17. Ne autem hæc arbitri potestas in effrenem per gratiam & sordes judicandi licentiam exeat, placuit per protestationem intra decem dies, Judici vel adversario missam, posse recedi ab iniquâ sententiâ. *l. pen. C. b.* Sed & arbitri male judicantes litem suam faciunt. *l. pen. C. de Pact.* & querelæ nullitatis atque actioni vel exceptioni doli locus est, licet partes ei renunciaverint. *l.* 3. §. 2. *l.* 31. *l.* 32. §. 14. *b. l.* 3. *C. eod.*

18. Ad effectus autem compromissi non pertinet, ut litem pendentem faciat. *l.* 30. *b.* vel ut actor coram eo reconventionem sustinere cogatur. *l.* 21. §. 6. *l.* 32. §. 15. *l.* 46. *b. t.*

19. Finitur compromissum. (1. Ob impedimentum sonticæ causæ. *l.* 15. *l.* 16. *l.* 32. §. 4. *b.* (2. Lapsu diei præfiniti. *l.* 21. §. 5. 8. *l.* 32. §. 3. *b.* (3. Morte compromittentium. *d. l.* 32. §. 3. *l.* 45. *l.* 47. *b.* nisi heredum expressa mentio in compromisso facta sit. *l.* 27. §. 1. *l.* 32. §. 19. *d. l.* 47. *l.* 49. §. *ult. b.* (4. Pacto. *d. l.* 32. §. 3. v. *l.* 1. §. 10. *de op. nov. nunc.* (5. Transactione. *d. l.* 32. §. 3. 5. (6. Pœnæ adjectæ acceptilatione. *d. l.* 32. §. 3. *l.* 13. *pr. b.* (7. Cessione bonorum. *l.* 17. *b. t.* (8. Interitu rei controversæ. *d. l.* 32. §. 5. (9. Injuriâ arbitro à partibus factâ. *l.* 9. §. 4. *b.* veluti si ad

 alium

alium arbitrum, aut judicem iverint. *d. l.* 9. §. *ult.* & *ll. seqq. l.* 30. *h.* (10. Pœnâ semel commissa. *l.* 17. §. 4. *l.* 32. §. 1. *l.* 34. §. *ult. h. t.*

TIT. IX.

Nautæ, Caupones, Stabularii ut recepta restituant.

1. Hujus Tituli & Edicti duo sunt capita, quorum primo datur actio Prætoria in factum, ex quasi contractu, competens vectoribus seu viatoribus, res suas in navem, cauponam, vel stabulum inferentibus. *l.* 1. §. 6. 7. *h.* sive gratis, sive pro mercede navigent, aut divertant. *l.* 5. *l.* 6. *h.*

2. Contra eum, ad quem navis, stabulive aut cauponæ reditus & cura pertinet. *l.* 1. §. 2. 4. *h.* sive ipse, sive magister vel institor receperit. *l.* 1. §. 2. 3. 5. *h.* Datur etiam contra heredes, & perpetuo. *l.* 3. §. 5. *h.*

3. Ad resarciendum damnum quâvis, etiam levissima culpa, (non casu fortuito) à quovis, etiam ab ipsis viatoribus datum. *l.* 1. §. *ult. l.* 3. §. 1. *l.* 6. §. 2. *h. t.* etiamsi invecta expresse nautis &c. adsignata & commissa non sint. *l.* 1. §. *ult.* *h.* nec mercedem pro custodia accipiant. *l.* 5. *h.*

4. Altero hujus Edicti capite datur actio de recepto Prætoria, pœnalis. *l. ult.* §. 1. 6. *h. t. l. un. in f. Furt. adv. naut.* ex quasi maleficio exercitorum cauponæ, navis, vel stabuli, quod opera hominum improborum aut negligentium utantur. *l. ult. pr.* & §. 4. *h.* §. *ult. I. de Obl. q. quas. ex del.* competens viatori furtum vel damnum passo ejusque heredibus *dd. ll.* contra exercitorem,

(non

(non contra heredem. *l. ult.* §. *ult. h.*) cujus ministri damnum dederunt, aut furtum fecerunt, *l.* 6. §. 3. *l. ult. h.* contra plures pro ratâ. *l. ult.* §. 5. *h.* ad duplum damni dati. *l. ult.* §. 1. *h. l. un.* §. 2. *Furt. adv. naut.*

5. Est autem hæc actio, licet Prætoria pœnalis, perpetua. *l. ult. h.* nec datur ob factum viatorum. *l.* 6. §. 2. 3. *h.* vide *l. un.* §. *ult. Furt. adv. naut. caup.* junct. *l.* 1. §. 1. *h.*

6. Cessat utraque actio, si exercitor protestatus sit, se res non servaturum, & viatores huic protestationi adquiescant. *l. ult. pr. junct. l.* 1. §. *ult. h.*

7. Cum his actionibus concurrit actio furti & L. Aquiliæ, sic tamen ne bis idem petatur. *v. l.* 3. §. *ult. l.* 6. *l. ult. h.*

8. Ipsi ministri aut viatores damnum furtumve facientes ex vero delicto tenentur. *l. un.* §. 3. *Furt. adv. l.* 14. §. 17. *in f. de Furt.*

9. Si res apud exercitorem depositæ sint & commendatæ, is tenetur ex vero contractu depositi, etiam respectu rerum effractâ cistâ ablatarum. *l.* 3. §. 1. *h. t. l.* 1. §. 41. *Depos.* non autem actione locati: ratio est in *l.* 5. *h.* nec condictione furtiva; ratio est in *l.* 5. *de Cond. furt.*

DIGESTORUM

PARS SECUNDA.

LIBER V.

TIT. I.

De Judiciis, & ubi quisque agere vel conveniri debeat. Cod. 3. 1. & seqq.

1. Judicium hoc loco est, *Legitima causæ controversæ disceptatio, inter actorem & reum, litis finiendæ gratiâ, coram judice facta.*

2. Judicium est vel *Conventionale*, quod vocant, vel *Reconventionale.* Conventionale, *quo actor reum litis finiendæ gratiâ in jus vocat.* Reconventionale, *quo actor a reo coram eodem judice in jus vocatur, seu quo reus actori mutuam petitionem intendit. l. 11. de Jurisd.* Cujus effectus est, quod actor in foro rei, ab eodem reconventus, judicem, quem semel elegit, rejicere & contemnere nequeat, atque ita alieno foro subjiciatur, *l. 22. h. l. 14. & Auth. Et consequenter. C. de Sent. & interl. jud.* Exceptis causis criminalibus, ubi reum prius innocentiam suam probare oportet, *l. 5. de Publ. jud. l. 13. C. de his q. accus.*

3. Judicium est vel Ecclesiasticum, vel Seculare. vid. *sup. tit. de Jurisdict. th. 26.*

4. Vel Ordinarium, vel Delegatum, aut Prorogatum, de quibus ad. *Tit. de Jurisd. Thes. 3, & seqq. & 26.*

5. Vel

5. Vel Civile, vel Criminale. Civile, *In quo Civili actione ad commodum proprium experiuntur illi, ad quos ea res pertinet*. Criminale, *In quo reum alicujus criminis accusamus, non ad privatum commodum, sed publicam vindictam, ut in eum publice animadvertatur pœnâ vel corpori infligendâ vel fisco applicandâ, ad deterrendos alios similia ausuros. l. ult. de Priv. delict. l. ult. de Furt. l. ult. D. §. 10. I. de Injur. l. 1. §. ult. de Abig. l. 20. l. 28. §. pen. de Pœn.* vel mixtum. *l. 25. §. 2. de SC. Syll. l. 3. C. de Assess.*

6. Vel *Publicum*, vel *Privatum*. Publicum, *in quo, ex crimine legibus notato cuilibet ex populo competit accusandi facultas*. Privatum, *in quo actoris partibus nemo fungitur, nisi ad quem ea res vel injuria pertinet. l. 1. l. 7. D. §. 1. I. de Publ. jud. l. 3. de Prævar.* Publica sunt vel absolute Publica, quæ ex aliqua lege publicorum judiciorum descendunt, *d. l. 1. D. §. 1. I. de Publ. jud.* vel Popularia, v. *l. 30. §. 3. de Jurej. tit. de popul. act.* vel (certo respectu) Extraordinaria. *t. D. de Extr. crim. l. ult. de Priv. del. l. ult. de Furt. l. ult. de Injur.*

7. Judicium Privatum & Civile 1. est vel Petitorium vel Possessorium. 2. vel Universale, vel Generale, vel Singulare. Petitorium, *in quo de proprietate vel alio jure extra possessionem contenditur*. Possessorium, *in quo de adipiscenda, retinenda, vel recuperanda possessione disceptatur*, quod ante vindicationem instituendum est. *l. 24. de R. V. l. 12. §. 1. de Adq. vel om. poss. l. 18. §. 1. de vi & vi arm. l. 3. C. de Interd.* Vulgata subdivisio judicii possessorii in Summarium & Ordinarium, aliena est à ratione Juris Civilis; quo omnis possessionis causa summaria est & momentanea. *l. un. C. Si de moment. poss. l. 8. C. Und. Vi. d. l. 3. l. ult. C.*

Quor.

Quor. bon. l. 14. *C. de Agric. & Censit.* Universale est, *quo de universitate juris agitur. l.* 1. *de R. V. l.* 18. §. *ult. l.* 19. *de Pet. her.* Generale, *quo multæ causæ continentur. l.* 38. *Pro soc.* Singulare, *quo rem singularem petimus. d. l.* 1. *de R. V.*

8. Judicia porrò sunt vel Ordinaria, *In quibus adhibita plenâ causæ cognitione solemnis judicii ordo observatur*; vel Extraordinaria, *In quibus nec solemnitas juris, nec plena causæ cognitio adhibetur, sed res de plano expediri solet*; qualia sunt omnia judicia possessoria, *d. l. un. C. Si de moment. poss. caus.* petitio possessionis bonorum ex Edicto Carboniano. *l.* 3. §. 4. *D. de Carb. Ed.* alimentorum. *l.* 5. §. 8. *de Agn. & al. lib. l.* 9. *de J. delib.* alia exempla v. in *l.* 3. §. 1. *Ut in poss. legat. l.* 2. *C. Ubi in rem act. l.* 15. §. 4. *de Re jud. l.* 3. §. 9. *ad Exhib.*

9. Unde liquet, quam multiplici sensu & relatione judicia sint & dicantur vel *Ordinaria* vel *Extraordinaria*. Sed & sensu longe à dictis speciebus diverso, Judicia olim erant vel *Juris ordinarii* vel *Extraordinarii.* Ordinaria Judicia erant, quæ recepto & consueto juris ordine peragebantur. Eaque vel Privata erant, vel Publica, vel Centumviralia. Privata, *Quæ à judicibus pedaneis, à Prætore datis, de privatis facti controversiis, secundum præscriptam actionis formulam, disceptabantur & decidebantur.* v. infra *tit.* 14. & *Sibr. Siccama de Centumviral. judic. lib.* 1. *c.* 4. Publica judicia erant, *In quibus disceptabatur de criminibus, ad læsionem Reipubl. pertinentibus, Quæsitore aliquo judicium exercente, & judicibus, ex tribus ordinum decuriis, secundum leges à populo latas, ordinariâ judicandi viâ, sententiam ferentibus.* v. *Sibr. Siccama d. lib.* 1. *c.* 5. & *Brisson. Select. Antiq. lib.* 2. *c.* 1. Qui tamen ordo exercendorum pu-

publicorum judiciorum posteà in usu esse desiit, teste Paulo in *l.* 8. *ff. de Public. jud.* Centumviralia judicia erant, *Quæ disceptabantur & decidebantur à Centumviris, qui ex* 35. *tribubus Pop. Rom. à Decemviris, litibus judicandis, sortiti & coacti, & in diversa tribunalia divisi, hastâ positâ, & Prætore solemniter præsidente, in Basilicis, certis sessionum diebus, de privatis juris controversiis, veluti de causis exheredationis, judicabant. v. l.* 17. *ff. de Inoff. test. Inscript. l.* 7. *l.* 28. *&* 31. *eod.* (ubi pro *Septemviralibus* legendum videtur *Centumviralibus*) *l.* 76. *de Legat.* 2. *l.* 2. §. 1. *Quis ord. in bon. poss. l. ult. C. de Pet. her. Plin.* 5. *Epist. ult. Quintil.* 5. *c.* 10. *Sueton. in Vespas. c.* 10. *in Domit. c.* 8. *Cujac. Obs.* 10. *c.* 20. Judicia juris extraordinarii erant, *In quibus ipse Prætor, aliusve magistratus, nullo judice dato, causas, quæ non habebant exsecutionem juris ordinarii, cognoscebat & sententiam ferebat. l.* 178. §. *ult. de V. S.* Quæ *Cognitiones extraordinariæ*, vel simpliciter *Cognitiones* dicebantur. *t. ff. de Extraord cogn. v. Sueton. in Claud. c.* 15. *in Ner. c.* 15. Quo sensu intelligendæ *l.* 13. §. 1. *de Minor. l.* 1. §. 2. *de R. V. l.* 39. *ff. de Evict. l.* 2. §. 1. *Quis Ord. in bon. poss.*

10. Quod autem Tribonianus in §. *ult. I. de Interd.* & sub personâ Pauli in *l.* 47. *de Neg. gest.* omnia hodie judicia extraordinaria esse ait, id procul dubio, ratione sublatarum formularum intelligendum est. *v. tit. C. de Formul. & Impetr. subl.*

11. Judicia denique sunt vel Præparatoria, quæ aliis viam sternunt; ut actio ad Exhibendum. *l.* 3. §. 3. *ad Exhib.* vel Principalia, quibus via ita sternitur, ut rei vindicatio. *d. l.* 3. §. 3.

12. Vel

vel alia fontica causa superveniat. *l.* 15. *l.* 16. *h. t.* (4. Nisi alter litigantium bonis cesserit. l. 17. *h.*

14. Ferenda sententia secundum compromissum. *v. l.* 7. *in fin. l.* 21. §. 4. 6. 10. *l.* 32. §. 15. 17. *& ult. l.* 25. *l.* 46. *h. l.* 5. *Mand.* & quidem (1. Certa & totam controversiam dirimens, *l.* 21. *h.* (2. Præsentibus partibus, *l.* 27. §. 4. 5. *h.* ut tamen pœna non committatur, si alter ex justâ causâ absit. *l.* 21. §. 9. *h.* (3. Intra diem in compromisso condictum, nisi arbiter juret sibi de causâ nondum liquere. *l.* 13. §. *ult. l.* 36. *de Re jud. Plin.* 6. *epist.* 2. *Gell.* 14. 2. *in fin.* vel ei prorogandi diei potestas data sit. *l.* 27. *pr. l.* 32. §. 11. *& ult. l.* 12. *l.* 21. §. 5. *&* 8. *l.* 50. *h. t.* Quod si dies non sit adjectus, arbitri est, partibus consentientibus, diem præstituere, alioquin omni tempore cogitur sententiam dicere. *l.* 14. *h.* Si plures sint arbitri, uno vel altero absente, ceteri sententiam ferre nequeunt. *l.* 17. *inf. l.* 18. *l.* 32. §. 13. *h. t.*

15. Si plurium arbitrorum sententiae dissentiant, majori parti standum est. *l.* 17. §. *pen. & ult. l.* 27. §. 3. *h. t. l.* 160. *de R. J. l.* 19. *ad Munic.* Si singuli arbitri in quantitate diffideant, sequendum id quod minus. *l.* 27. §. 3. *h.* Sin aliter quam in summa dissentiant arbitri, ut si omnium opiniones sint diversæ, partes impune à sententia resilire possunt. *d. l.* 27. §. 3. *h. t.*

16. Effectus laudi, seu sententiæ ab arbitro pronunciatæ, est (1. Quod partes compromittentes, sive æqua sive iniqua sit, ei stare teneantur. *l.* 27. §. 2. *h. l.* 76. *pro Soc.* licet adversarii non interfit, sententiæ stari. *l.* 38. *h. l.* 3. §. 1. *de V. O.* Contumaces parere coguntur vel petitione pœnæ promissæ. *l.* 2. *l.* 21. §. 4. *D. l.* 1. 2. *C. h.*

C. h. vel ejus quod interest, si nulla pœna sit promissa. *l.* 27. §. *ult. h.* vel actione aut exceptione in factum, exemplo rei judicatæ, si sententia vel subscriptione partium, vel lapsu decem dierum sit confirmata. *l.* 4. §. 4. & *ult. l.* 5. *C. h.* contra ac olim. *l.* 2. *h.* (2. Quod arbiter sententiam semel dictam mutare nequeat. *l.* 19. §. 2. & *l. seqq. h. t. l.* 14. *l.* 46. & 55. *de Re jud. tit. C. Sent. resc. non poss.* (3. Quod ab arbitri sententia appellare non liceat. *l.* 27. §. 2. *l.* 32. §. 14. *D. l.* 1. *C. h.*

17. Ne autem hæc arbitri potestas in effrenem per gratiam & sordes judicandi licentiam exeat, placuit per protestationem intra decem dies, Judici vel adversario missam, posse recedi ab iniquâ sententiâ. *l. pen. C. h.* Sed & arbitri male judicantes litem suam faciunt. *l. pen. C. de Pact.* & querelæ nullitatis atque actioni vel exceptioni doli locus est, licet partes ei renunciaverint. *l.* 3. §. 2. *l.* 31. *l.* 32. §. 14. *h. l.* 3. *C. eod.*

18. Ad effectus autem compromissi non pertinet, ut litem pendentem faciat. *l.* 30. *h.* vel ut actor coram eo reconventionem sustinere cogatur. *l.* 21. §. 6. *l.* 32. §. 15. *l.* 46. *h. t.*

19. Finitur compromissum. (1. Ob impedimentum fonticæ causæ. *l.* 15. *l.* 16. *l.* 32. §. 4. *h.* (2. Lapsu diei præfiniti. *l.* 21. §. 5. 8. *l.* 32. §. 3. *h.* (3. Morte compromittentium. *d. l.* 32. §. 3. *l.* 45. *l.* 47. *h.* nisi heredum expressa mentio in compromisso facta sit. *l.* 27. §. 1. *l.* 32. §. 19. *d. l.* 47. *l.* 49. §. *ult. h.* (4. Pacto. *d. l.* 32. §. 3. v. *l.* 1. §. 10. *de op. nov. nunc.* (5. Transactione. *d. l.* 32. §. 3. 5. (6. Pœnæ adjectæ acceptilatione. *d. l.* 32. §. 3. *l.* 13. *pr. h.* (7. Cessione bonorum. *l.* 17. *h. t.* (8. Interitu rei controversæ. *d. l.* 32. §. 5. (9. Injuria arbitro à partibus factâ. *l.* 9. §. 4. *h.* veluti si ad

 alium

alium arbitrum, aut judicem iverint. *d. l.* 9. §. *ult.* & *ll. seqq. l.* 30. *b.* (10. Pœnâ semel commissa. *l.* 17. §. 4. *l.* 32. §. 1. *l.* 34. §. *ult. h. t.*

TIT. IX.

Nautæ, Caupones, Stabularii ut recepta restituant.

1. Hujus Tituli & Edicti duo sunt capita, quorum primo datur actio Prætoria in factum, ex quasi contractu, competens vectoribus seu viatoribus, res suas in navem, cauponam, vel stabulum inferentibus. *l.* 1. §. 6. 7. *h.* sive gratis, sive pro mercede navigent, aut divertant. *l.* 5. *l.* 6. *h.*

2. Contra eum, ad quem navis, stabulive aut cauponæ reditus & cura pertinet. *l.* 1. §. 2. 4. *h.* sive ipse, sive magister vel institor receperit. *l.* 1. §. 2. 3. 5. *h.* Datur etiam contra heredes, & perpetuo. *l.* 3. §. 5. *h.*

3. Ad resarciendum damnum quâvis, etiam levissima culpa, (non casu fortuito) à quovis, etiam ab ipsis viatoribus datum. *l.* 1. §. *ult. l.* 3. §. 1. *l.* 6. §. 2. *h. t.* etiamsi invecta expresse nautis &c. adsignata & commissa non sint. *l.* 1. §. *ult. h.* nec mercedem pro custodia accipiant. *l.* 5. *h.*

4. Altero hujus Edicti capite datur actio de recepto Prætoria, pœnalis. *l. ult.* §. 1. 6. *h. t. l. un. in f. Furt. adv. naut.* ex quasi maleficio exercitorum cauponæ, navis, vel stabuli, quod opera hominum improborum aut negligentium utantur. *l. ult. pr.* & §. 4. *h.* §. *ult. I. de Obl. q. quas. ex del.* competens viatori furtum vel damnum passo ejusque heredibus *dd. ll.* contra exercitorem,

(non

(non contra heredem. *l. ult.* §. *ult. b.*) cujus ministri damnum dederunt, aut furtum fecerunt, *l.* 6. §. 3. *l. ult. b.* contra plures pro ratâ. *l. ult.* §. 5. *b.* ad duplum damni dati. *l. ult.* §. 1. *b. l. un.* §. 2. *Furt. adv. naut.*

5. Est autem hæc actio, licet Prætoria pœnalis, perpetua. *l. ult. b.* nec datur ob factum viatorum. *l.* 6. §. 2. 3. *b.* vide *l. un.* §. *ult. Furt. adv. naut. caup.* junct. *l.* 1. §. 1. *b.*

6. Cessat utraque actio, si exercitor protestatus sit, se res non servaturum, & viatores huic protestationi adquiescant. *l. ult. pr. junct. l.* 1. §. *ult. b.*

7. Cum his actionibus concurrit actio furti & L. Aquiliæ, sic tamen ne bis idem petatur. *v. l.* 3. §. *ult. l.* 6. *l. ult. b.*

8. Ipsi ministri aut viatores damnum furtumve facientes ex vero delicto tenentur. *l. un.* §. 3. *Furt. adv. l.* 14. §. 17. *in f. de Furt.*

9. Si res apud exercitorem depositæ sint & commendatæ, is tenetur ex vero contractu depositi, etiam respectu rerum effractâ cistâ ablatarum. *l.* 3. §. 1. *b. t. l.* 1. §. 41. *Depos.* non autem actione locati: ratio est in *l.* 5. *b.* nec condictione furtiva; ratio est in *l.* 5. *de Cond. furt.*

DIGESTORUM

PARS SECUNDA.

LIBER V.

TIT. I.

De Judiciis, & ubi quisque agere vel conveniri debeat. Cod. 3. 1. & seqq.

1. Judicium hoc loco est, *Legitima causæ controversæ disceptatio, inter actorem & reum, litis finiendæ gratiâ, coram judice facta.*

2. Judicium est vel *Conventionale*, quod vocant, vel *Reconventionale*. Conventionale, *quo actor reum litis finiendæ gratiâ in jus vocat.* Reconventionale, *quo actor a reo coram eodem judice in jus vocatur, seu quo reus actori mutuam petitionem intendit. l. 11. de Jurisd.* Cujus effectus est, quod actor in foro rei, ab eodem reconventus, judicem, quem semel elegit, rejicere & contemnere nequeat, atque ita alieno foro subjiciatur. *l. 22. h. l. 14. & Auth. Et consequenter. C. de Sent. & interl. jud.* Exceptis causis criminalibus, ubi reum prius innocentiam suam probare oportet, *l. 5. de Publ. jud. l. 13. C. de his q. accus.*

3. Judicium est vel Ecclesiasticum, vel Seculare. vid. *sup. tit. de Jurisdict. th. 26.*

4. Vel Ordinarium, vel Delegatum, aut Prorogatum, de quibus ad. *Tit. de Jurisd. Thes. 3, & seqq. & 26.*

5. Vel

5. Vel Civile, vel Criminale. Civile, *In quo Civili actione ad commodum proprium experiuntur illi, ad quos ea res pertinet.* Criminale, *In quo reum alicujus criminis accusamus, non ad privatum commodum, sed publicam vindictam, ut in eum publice animadvertatur pœnâ vel corpori infligendâ vel fisco applicandâ, ad deterrendos alios similia ausuros. l. ult. de Priv. delict. l. ult. de Furt. l. ult. D. §. 10. I. de Injur. l. 1. §. ult. de Abig. l. 20. l. 28. §. pen. de Pœn.* vel mixtum. *l. 25. §. 2. de SC. Syll. l. 3. C. de Assess.*

6. Vel *Publicum*, vel *Privatum*. Publicum, *in quo, ex crimine legibus notato cuilibet ex populo competit accusandi facultas.* Privatum, *in quo actoris partibus nemo fungitur, nisi ad quem ea res vel injuria pertinet. l. 1. l. 7. D. §. 1. I. de Publ. jud. l. 3. de Prævar.* Publica sunt vel absolute Publica, quæ ex aliqua lege publicorum judiciorum descendunt, *d. l. 1. D. §. 1. I. de Public. jud.* vel Popularia, v. *l. 30. §. 3. de Jurejur. tit. de popul. act.* vel (certo respectu) Extraordinaria. *t. D. de Extr. crim. l. ult. de Priv. del. l. ult. de Furt. l. ult. de Injur.*

7. Judicium Privatum & Civile 1. est vel Petitorium vel Possessorium. 2. vel Universale, vel Generale, vel Singulare. Petitorium, *in quo de proprietate vel alio jure extra possessionem contenditur.* Possessorium, *in quo de adipiscenda, retinenda, vel recuperanda possessione disceptatur,* quod ante vindicationem instituendum est. *l. 24. de R. V. l. 12. §. 1. de Adq. vel om. poss. l. 18. §. 1. de vi & vi arm. l. 3. C. de Interd.* Vulgata subdivisio judicii possessorii in Summarium & Ordinarium, aliena est à ratione Juris Civilis; quo omnis possessionis causa summaria est & momentanea. *l. un. C. Si de moment. poss. l. 8. C. Und. Vi. d. l. 3. l. ult. C.*

Quor.

Quor. bon. l. 14. *C. de Agric. & Censit.* Universale est, *quo de universitate juris agitur. l.* 1. *de R. V. l.* 18. §. *ult. l.* 19. *de Pet. her.* Generale, *quo multæ causæ continentur. l.* 38. *Pro soc.* Singulare, *quo rem singularem petimus. d. l.* 1. *de R. V.*

8. Judicia porrò sunt vel Ordinaria, *In quibus adhibita plenâ causæ cognitione solemnis judicii ordo observatur*; vel Extraordinaria, *In quibus nec solemnitas juris, nec plena causæ cognitio adhibetur, sed res de plano expediri solet*; qualia sunt omnia judicia possessoria, *d. l. un. C. Si de moment. poss. caus.* petitio possessionis bonorum ex Edicto Carboniano. *l.* 3. §. 4. *D. de Carb. Ed.* alimentorum. *l.* 5. §. 8. *de Agn. & al. lib. l.* 9. *de J. delib.* alia exempla v. in *l.* 3. §. 1. *Ut in poss. legat. l.* 2. *C. Ubi in rem act. l.* 15. §. 4. *de Re jud. l.* 3. §. 9. *ad Exhib.*

9. Unde liquet, quam multiplici sensu & relatione judicia sint & dicantur vel *Ordinaria* vel *Extraordinaria*. Sed & sensu longe à dictis speciebus diversò, Judicia olim erant vel *Juris ordinarii* vel *Extraordinarii*. Ordinaria Judicia erant, quæ recepto & consueto juris ordine peragebantur. Eaque vel Privata erant, vel Publica, vel Centumviralia. Privata, *Quæ à judicibus pedaneis, à Prætore datis, de privatis facti controversiis, secundum præscriptam actionis formulam, disceptabantur & decidebantur.* v. infra *tb.* 14. *& Sibr. Siccama de Centumviral. judic. lib.* 1. *c.* 4. Publica judicia erant, *In quibus disceptabatur de criminibus, ad læsionem Reipubl. pertinentibus, Quæsitore aliquo judicium exercente, & judicibus, ex tribus ordinum decuriis, secundum leges à populo latas, ordinariâ judicandi viâ, sententiam ferentibus. v. Sibr. Siccama d. lib.* 1. *c.* 5. & *Brisson. Select. Antiq. lib.* 4. *c.* 1. Qui tamen ordo exercendorum pu-

publicorum judiciorum posteà in usu esse desiit, teste Paulo in *l. 8. ff. de Public. jud.* Centumviralia judicia erant, *Quæ disceptabantur & decidebantur à Centumviris, qui ex 35. tribubus Pop. Rom. à Decemviris, litibus judicandis, sortiti & coacti, & in diversa tribunalia divisi, hastâ positâ, & Prætore solemniter præsidente, in Basilicis, certis sessionum diebus, de privatis juris controversiis, veluti de causis exheredationis, judicabant. v. l. 17. ff. de Inoff. test. Inscript. l. 7. l. 28. & 31. eod.* (ubi pro *Septemviralibus* legendum videtur *Centumviralibus*) *l. 76. de Legat. 2. l. 2. §. 1. Quis ord. in bon. poss. l. ult. C. de Pet. her. Plin. 5. Epist. ult. Quintil. 5. c. 10. Sueton. in Vespas. c. 10. in Domit. c. 8. Cujac. Obs. 10. c. 20.* Judicia juris extraordinarii erant, *In quibus ipse Prætor, aliusve magistratus, nullo judice dato, causas, quæ non habebant exsecutionem juris ordinarii, cognoscebat & sententiam ferebat. l. 178. §. ult. de V. S.* Quæ *Cognitiones extraordinariæ*, vel simpliciter *Cognitiones* dicebantur. *t. ff. de Extraord cogn. v. Sueton. in Claud. c. 15. in Ner. c. 15.* Quo sensu intelligendæ *l. 13. §. 1. de Minor. l. 1. §. 2. de R. V. l. 39. ff. de Evict. l. 2. §. 1. Quis Ord. in bon. poss.*

10. Quod autem Tribonianus in *§. ult. I. de Interd.* & sub personâ Pauli in *l. 47. de Neg. gest.* omnia hodie judicia extraordinaria esse ait, id procul dubio, ratione sublatarum formularum intelligendum est. *v. tit. C. de Formul. & Impetr. subl.*

11. Judicia denique sunt vel Præparatoria, quæ aliis viam sternunt; ut actio ad Exhibendum. *l. 3. §. 3. ad Exhib.* vel Principalia, quibus via ita sternitur, ut rei vindicatio. *d. l. 3. §. 3.*

12. Vel

12. Vel in personam, vel in rem, vel mixta. §. 1. §. 20. *I. de Act.*

13. Personæ principales judicium constituentes sunt Judex, Actor, & Reus.

14 Judex est *Vir bonus, juris peritus, publica auctoritate ad judicandum constitutus l. 4. §. 1. Fam. erc. l. 38. de R. V. l. 137. §. 2. de V. O. l. 17. §. 5. de Inj.* Idque vel cum Jurisdictione & Imperio, ut magistratus majores: nam & hi judices appellantur, *l. 1. l. pen. h. l. 41. de Minor. l. 11. de Jurisd. t. D. de Reb. auct. jud. poss. l. 32. §. 7. de Rec. arb.* vel cum nuda notione, ut judices pedanei. *t. C. de Pedan. jud. l. ult. C. Ubi & ap. quem.*

15. Qui, ut videtur, à pedaneis & minoribus subselliis, in quibus, citra tribunal & sellam curulem, judicabant, ita dicti, a Prætore aliisque majoribus magistratibus dabantur, ut secundum formulam sibi præscriptam *in judicio* de facto cognoscerent, sententiam ferrent, sine jure executionis, ab ipso magistratu faciendæ. v. *l. 3. in f. l. 13. de Jurisd. d. l. 46. l. pen. h. t. l. ult. Quis & à quo appell. l. 15. de Re jud. & pass. Sueton. in Claud. c. 14. 16. Gell. 12. c. 13. & 14. c. 2. v. Ravard. Protribunal. Turneb. 29. Advers. c. 16.*

16. Postea ipsi magistratus, si per alia graviora non impedirentur, omnia, etiam leviora, negotia judicare jussi sunt. *l. 2. C. de Jud. Pedan.* Unde & ipsa *Juris*, quod magistratuum pro tribunali cognoscentium, & *Judicii*, quod Pedaneorum erat, distinctio obsolevit. *l. 2. l. 8. C. Quom. & quand.* In Pandectarum libris autem judices Pedanei magistratibus ratione nominis & potestatis passim opponuntur, & fere *judices*,

ju-

judices pedanei, *dati*, *additi*, *addicti*, *delegati*, *speciales* audiunt, v. *l.* 2. *de R. J. l.* 39. *l.* 46. *l.* 80. *b. l.* 3. §. 1. *Ne quis eum qui in jus voc. l. pen. Jud. solv. l. ult. de Off. præt. l.* 5. *de Off. præf. l.* 4. *de Tutor. dat. Suet. in Aug. c.* 22.

17. Judicis Officio fungi possunt omnes, qui non prohibentur. Prohibentur verò surdi, muti, perpetuo furiosi, impuberes. *l.* 12. §. 2. *b.* cæci nec admittuntur, nec removentur. *l.* 6. *b. l.* 8. *C. de Decur. l.* 1. §. 5. *de Postul.*

18. Minor 25. annis si vel à Principe, vel a Magistratu, consentientibus partibus, datus sit, non prohibetur, modo excesserit annum decimum octavum. *l.* 57. *de Re jud.* v. *l.* 41. *de Rec. arb. Gell.* 14. 2. *Sueton. in Aug. c.* 32. *Plin.* 10. *Epist.* 83. 84.

19. Prohibentur & infames, ut à Senatu moti. *l.* 12. §. 2. *b. l.* 2. *l.* 12. *C. de Dignit: l.* 1. *ad L. Jul. de vi. priv. l.* 2. *de Senator.* mulieres, *d. l.* 12. *l.* 2. *de R. J.* servi. *d. l.* 12. qui ab altera parte petiti sunt. *l.* 47. *b.* vel aliter suspecti *l.* 16. *C. b.* Hæretici. *Auth. Credentes C. de Haret.*

20. Imperiti juris & literarum olim non prohibebantur esse judices majores, seu magistratus. v. *Gell.* 14. 2. *Sueton. in Aug. c.* 32. Ratio est: quia horum imperitia adsessorum scientiâ suppletur & compensatur. *t. D. & C. de Adsess. l.* 2. *Quod quisque jur.* Jure novo in quibusvis judicibus omnino requiritur juris peritia. *l.* 2. §. 45. *de O. J. l.* 11. *C. b. Nov.* 82. *c.* 13. *t. C. Ut quæ Advoc. part. des. jud. supp. pr. I. de Off. jud. l.* 13. *C. de Sent. & interl.* v. tamen *l.* 17. *C. b. t.*

21. Officium Judicis est, ut tueatur personam viri boni & honesti. *l.* 4. §. 1. *Fam. erc.* adeoque

que ut sententiam ferat secundum legum, & morum præscripta. *l.* 13. *C. de Sent. & interl. l.* 1. §. 4. *ad SC. Turpil. pr. l. de Off. jud. Nov.* 126. *c.* 1. 2. *Auth. Jubemus. in f. h. t.* In caussis facti & quæstionibus de bono & æquo, secundum animi sui conscientiam & religionem judicet. *l.* 79. *h. t. d. l.* 1. §. 4. *l.* 91. §. 3. *de V. O.* in pœnis nec severitatis nec clementiæ gloriam captet. *l.* 5. *l.* 11. *l. pen. de Pœn.* Adeoque ita fungatur officio boni judicis, ne negligat officium boni viri.

22. Unde consequitur, Judicem nec tantùm secundum acta & probata, nec tantum secundum conscientiam, & cerebrinam æquitatem, sed secundùm conscientiam actis & probatis instructam judicare debere, ut ita & sibi, id est, officio Viri boni, & ordini judiciario, id est, officio personæ publicæ simul satisfaciat. v. *l.* 4. §. 1. *Fam. erc. d. l.* 79. *h. l.* 6. §. 1. *de Off. præs. l.* 18. *Comm. div. l.* 14. *C. h. pr. l. de Off. jud. l.* 31. *Depos. Gell. lib.* 14. *c.* 2.

23. Quod si judex manifestè contra leges judicaverit, sententia est ipso jure nulla. *l.* 1. §. 2. *D. Quæ sent. sin. app. resc. l.* 2. *C. Quand. prov. nec. non est. l.* 19. *de Appell. l.* 5. *C. de Legib. l.* 4. §. 6. *de Re jud. l.* 26. *de Test. tut.* Si secundum leges quidem, sed contra jus partium rectè probatum malè judicaverit, à sententiâ appellari potest. *t. D. & C. de Appell. d. l.* 1. §. 2. *vid. l.* 27. *junct. l.* 32. *de Re jud.*

24. Si per imprudentiam perperam judicaverit, litem suam facit, id est, ex quasi delicto periculo litis obstringitur, causamque ejus, secundum quem judicavit, suscipere & quasi suam defendere cogitur. *pr. I. de Oblig. quæ quas. ex del.*

l. 5.

l. 5. §. 4. *de O. & A. l. ult. de Extr. cognit.* Sin dolo malo per gratiam & sordes, ex vero delicto non tantum litem suam facit, sed in exemplum punitur infamiâ, solidâ litis æstimatione, parti læsæ solvendâ, *l. ult. C. de Pœn. jud. q. mal.* pecuniæ acceptæ restitutione in triplum, promissæ solutione in duplum fisco inferendâ, &, si causa sit criminalis, confiscatione bonorum & exilio. *Auth. Novo jure. C. eod. Nov.* 124. *c.* 1. Sententia autem venalis est ipso jure nulla. l. 7. *C. Quand. prov. non est nec.*

25. Doctores Pragmatici dividunt officium Judicis in Mercenarium & Nobile. Mercenarium, *quod actioni propositæ stricte inhæret & deservit*, ut decretum citationis, aliaque, v. *l.* 4. §. 8. *de Damn. inf. l.* 18. *Comm. div.* Nobile, *quod judex sponte & propriâ auctoritate exercet, etsi nulla petitio aut actio instituatur*, ut coërcitio peccantium, condemnatio in expensas, tutoris datio. v. *l.* 13. *de Off. præf. t. D. de Mag. conven. l.* 13. §. 2. 6. *C. h. t. t. C. Ut, quæ desunt advoc. part. jud. suppleat.*

26. Judicis majoris, seu magistratus officium finitur amissâ quovis modo dignitate. Judicis dati officium finitur. (1. Excusatione. *l.* 4. *C. de Pedan. jud. l.* 18. *h.* 31. *D. de Vacat. & Exc. mun.* (2. Furore judicis. *l.* 39. *l.* 46. *h.* (3. Morte ejusdem. *l.* 32. *l.* 60. *h. l. pen. C. de Pedan. jud.* (4. Prohibitione magistratus Judicem dantis. *l.* 12. *l.* 58. *h.* Sic tamen ut idem maneat judicium, licet unus aut alter ex pluribus judicibus, vel omnes, sive moriantur, sive excusentur, sive removeantur. v. *l.* 76. *h. t. l.* 7. *in fin. Quod cuj. univ. nom. Grot. de J. B. & P. l.* 2. *c.* 9. §. 3. *Wissenb. ad h. t. th. ult.* (5. Lapsu temporis adjecti. v. *l.* 2. §. 2. *h. t.* (6. Sententiâ.

 l. 55.

que ut sententiam ferat secundum legum, & morum præscripta. *l.* 13. *C. de Sent. & interl. l.* 1. §. 4. *ad SC. Turpil. pr. l. de Off. jud. Nov.* 126. *c.* 1. 2. *Auth. Jubemus. in f. h. t.* In causis facti & quæstionibus de bono & æquo, secundum animi sui conscientiam & religionem judicet. *l.* 79. *h. t. d. l.* 1. §. 4. *l.* 91. §. 3. *de V. O.* in pœnis nec severitatis nec clementiæ gloriam captet. *l.* 5. *l.* 11. *l. pen. de Pœn.* Adeoque ita fungatur officio boni judicis, ne negligat officium boni viri.

22. Unde consequitur, Judicem nec tantùm secundum acta & probata, nec tantum secundum conscientiam, & cerebrinam æquitatem, sed secundùm conscientiam actis & probatis instructam judicare debere, ut ita & sibi, id est, officio Viri boni, & ordini judiciario, id est, officio personæ publicæ simul satisfaciat. v. *l.* 4. §. 1. *Fam. erc. d. l.* 79. *h. l.* 6. §. 1. *de Off. præf. l.* 18. *Comm. div. l.* 14. *C. h. pr. I. de Off. jud. l.* 31. *Depos. Gell. lib.* 14. *c.* 2.

23. Quod si judex manifestè contra leges judicaverit, sententia est ipso jure nulla. *l.* 1. §. 2. *D. Quæ sent. sin. app. resc. l.* 2. *C. Quand. prov. nec. non est. l.* 19. *de Appell. l.* 5. *C. de Legib. l.* 4. §. 6. *de Re jud. l.* 26. *de Test. tut.* Si secundum leges quidem, sed contra jus partium rectè probatum malè judicaverit, à sententiâ appellari potest. *t. D. & C. de Appell. d. l.* 1. §. 2. *vid. l.* 27. *junct. l.* 32. *de Re jud.*

24. Si per imprudentiam perperam judicaverit, litem suam facit, id est, ex quasi delicto periculo litis obstringitur, causamque ejus, secundum quem judicavit, suscipere & quasi suam defendere cogitur. *pr. I. de Oblig. quæ quas. ex del.*

l. 5.

l. 5. §. 4. *de O. & A. l. ult. de Extr. cognit.* Sin dolo malo per gratiam & sordes, ex vero delicto non tantum litem suam facit, sed in exemplum punitur infamiâ, solidâ litis æstimatione, parti læsæ solvendâ, *l. ult. C. de Pœn. jud. q. mal.* pecuniæ acceptæ restitutione in triplum, promissæ solutione in duplum fisco inferendâ, &, si causa sit criminalis, confiscatione bonorum & exilio. *Auth. Novo jure. C. eod. Nov.* 124. *c.* 1. Sententia autem venalis est ipso jure nulla. l. 7. *C. Quand. prov. non est nec.*

25. Doctores Pragmatici dividunt officium Judicis in Mercenarium & Nobile. Mercenarium, *quod actioni propositæ stricte inhæret & deservit*, ut decretum citationis, aliaque, v. *l.* 4. §. 8. *de Damn. inf. l.* 18. *Comm. div.* Nobile, *quod judex sponte & propriâ auctoritate exercet, etsi nulla petitio aut actio instituatur*, ut coërcitio peccantium, condemnatio in expensas, tutoris datio. v. *l.* 13. *de Off. præs. t. D. de Mag. conven. l.* 13. §. 2. 6. *C. h. t. t. C. Ut, quæ desunt advoc. part. jud. suppleat.*

26. Judicis majoris, seu magistratus officium finitur amissâ quovis modo dignitate. Judicis dati officium finitur. (1. Excusatione. *l.* 4. *C. de Pedan. jud. l.* 18. *h.*; *t. D. de Vacat. & Exc. mun.* (2. Furore judicis. *l.* 39. *l.* 46. *h.* (3. Morte ejusdem. *l.* 32. *l.* 60. *h. l. pen. C. de Pedan. jud.* (4. Prohibitione magistratus Judicem dantis. *l.* 12. *l.* 58. *h.* Sic tamen ut idem maneat judicium, licet unus aut alter ex pluribus judicibus, vel omnes, sive moriantur, sive excusentur, sive removeantur. v. *l.* 76. *h. t. l.* 7. *in fin. Quod cuj. univ. nom. Grot. de J. B. & P. l.* 2. *c.* 9. §. 3. *Wissenb. ad h. t. th. ult.* (5. Lapsu temporis adjecti. v. *l.* 2. §. 2. *h. t.* (6. Sententiâ.

 l. 55.

l. 55. *de Rejud.* (7. Si appareat, partes ad litem in judicio persequendam esse inhabiles. *l.* 11. *l.* 44. §. 1. *h.* (8. In casu *l.* 13. §. 1. *de Jurisd.* cui non adversatur *l.* 49. §. 1. *h. t.*

27. Personæ litigantes sunt Actor & Reus. Actor est, *qui ad judicium provocat.* Reus, *qui convenitur & provocatur.* §. 7. *I. de Interd.* In judiciis duplicibus, seu mixtis, actor est, qui prius ad Judicium provocat; si uterque simul provocet, sorte res dirimenda est. *l.* 13. *l.* 14. *h.* v. *l.* 62. *eod. vid. infr. tit. de* O. & *A. th.* 72.

28. In utroque requiritur legitima persona standi in judicio; quam non habent (1. Servi, *l.* 44. §. 1. *l.* 53. *h.*; *t. C. An serv. ex suo fact. conv.* nisi in causis status, aut ad publicam utilitatem pertinentibus. *d. l.* 53. *l.* 67. *h. l.* 20. *C. de His q. acc. poss. tit. C. de Adsert. toll.* (2. Furiosi, Pupilli, & minores 25 annis, qui sine tutoribus aut curatoribus nec agere possunt, nec conveniri. §. 2. *I. de Curat. l.* 4. *de in jus voc. l.* 1. §. 2. *de Adm. tut. l.* 6. *C. Quom. & quand. l.* 1. 2. 3. *C. Qui legit. pers. stand.* sic ut sententia contra minores indefensos lata sit ipso jure nulla. *l.* 54. *de Re jud.* *l.* 4. *C. Si adv. rem. jud.* quanquam, si pro eis feratur, valeat. *l.* 14. *C. de Proc.* Atque hoc ita, nisi vel causa sit momentaneæ possessionis, *l. ult. C. Qui legit.* vel minor veniam aetatis impetraverit. *l.* 1. *l.* 3. *C. de His q. ven. ætat. l.* 10. *C. de Appell.* (3. Filiifamilias quatenus contra patrem in judicio consistere nequeunt. *l.* 4. *l.* 11. *h.* alioquin, ut ex omnibus causis obligantur, *l.* 39. *de O. & A.*, ita conveniri possunt. *d. l.* 39. *l.* 57. *h.* Suspensa tamen executione, donec patresfamilias fiant, nisi habeant peculium castrense, in quo per omnia considerantur ut patresfamilias *l.* 2. *de SC. Mac.*

Mac. Actio de peculio profectitio datur contra solum patrem. §. 1. *l. Per quas perf.* §. 9. §. 19. *l. de Act.* de peculio adventitio pleno solus agit & convenitur filius, patre tamen in consilium adhibito; *l. ult. inf. pr. C. de Bon. q. lib.* de peculio adventitio minus pleno pater, adhibito filii consensu, nisi is minor aut absens sit, *d. l. ult.* §. 3. In peculio castrensi filiusfamilias actoris partibus fungi potest non tantum invito patre, sed & contra eundem. *l. 4. h. l. 4.* §. 1. *de Castr. pec.* De peculio profectitio solus agit pater, nisi is absit, & nemo sit qui nomine ejus agat. *l. 9. de O. & A. l. 18.* §. 1. *h. l. 8. de Procur. l. 17. de Reb. cred.*

29. Qui autem legitimam standi in judicio personam habent, possunt agere si velint, inviti non coguntur. *l. un. Cod. Ut nem. invit. ag. l. 156. de R. J.* exceptis quibusdam casibus. v. *L. Diffamari.* 5. *C. de Ingen. man. l. 13.* §. *pen. de Act. emt. l. 75.* §. *ult. de Leg. 1. l. 2.* §. *pen. & ult. de L. Rhod. l. 60.* §. 5. *Loc. cond. l. 8. inf. de Opt. leg.*

30. Conveniri possunt omnes vel rem alterius detinentes, vel ex quâvis justâ causâ efficaciter obligati, idque pro se, non pro aliis, ne quidem uxor pro marito, nec maritus pro uxore. *tit. C. Ne ux. pro mar.* nec civis pro patriâ. *Auth. Habita. C. Ne filius pro patre l. 7.* §. 1. *Quod cujusque univers.* nec pater pro filio, aut filius pro patre. *tit. C. Ne filius pro patre vel pater pro fil.* (exceptâ causâ primipilari. v. *l. 3. l. ult. C. de Primip.*) nec vicaneus pro vicaneo, *t. C. Ut null. ex vican. pro al. vic. debit. ten.*

31. Unde apparet, usum Repressaliarum, quas vocant, non satis convenire cum æquitate Juris Romani. *dd. ll. Nov. 52. c. 1. Nov. 134. c. 4. l. 4. C. de Execut. l. 32.* §. *pen. de Usur. l. 173.*

l. 173. §. *pen. de R. J. l.* 26. *ff. l.* 22. *C. de Pœn.* quanquam posterioribus temporibus invaluerint, &, salvâ ratione juris, certis conditionibus ferri possint. v. *Auth. Habita. C. Ne fil. pro patre.*

32. Personae minùs principales Judicium constituentes sunt Adsessores, Advocati, Procuratores, Scribæ, Apparitores, de quibus instituti ratio prohibet multa dicere.

33. In Judicium deduci possunt omnis generis res, sive civiles sive criminales, modo præsentes sint, & litis contestatæ tempore in rerum naturâ existant. *l.* 35. *junct. l.* 23. *h. l.* 14. §. *ult. de Aq. pluv. l.* 7. §. 14. *Quib. ex caus. in poss. eat. l. unic. in f. Quando dies usufr. leg. ced.* vide tamen *l.* 41. *h. t. junct. l.* 47. §. 2. *de Pecul. l.* 76. §. 1. *de V. O. l.* 4. *de Hered. petit. l.* 27. §. 1. *de R. V. l.* 40. *ad L. Aquil.*

34. Si plures causæ in judicium deducantur, ea ratio ordinis habenda est, ut disceptetur & finiatur præjudicialis ante principalem. *l.* 2. *C. de Ord. jud. l.* 2. *C. de Ord. cogn.* criminalis ante civilem. *l. ult. C. de Ord. jud. l.* 5. §. 1. *D. l.* 7. *C. ad L. Jul. de vi publ. l.* 37. *h. l.* 1. *C. de Appell.* nisi causæ criminali incidat causa civilis, vel versâ vice. v. *l. pen. C. de Ord. jud.* v. Gothofr. aut causa civilis sit præjudicialis *l.* 26. *C. ad L. Jul. de Adult. l.* 8. *C. ad L. Fab. de Plag.* possessoria ante petitoriam. *l.* 24. *de R. V. l.* 3. *C. de Interd. l.* 13. *C. de R. V.* Nec obstant *l.* 12. §. 1. *de Adq. poss. l.* 18. §. 1. *de Vi & Vi arm.* v. *infra. tit. de Oblig. & Act. th.* 75. & *seq.*

35. Judiciorum sanctitati nihil magis contrarium est quam gratia & sordes. Unde sibi, ac personis nimis arcto necessitudinis vinculo junctis

ctis jus dicere prohibitum est. *t. C. Ne quis in sua cauf. jud. l.* 10. *de Jurisd. v. l.* 4. *ff. de Testib. junct. l.* 5. *ff. de Injur.* nisi consentiente adversâ parte. *l.* 77. *h. t. junct. l.* 6. *de Rec. arb.*

36. Ex eadem ratione ab officio judicandi arcentur, qui vel in eâdem causâ patrocinium præstiterunt, *l. ult. C. de Adsess. l.* 6. *pr. C. de Postul. l.* 17. *de Jurisd.* vel inde lucrum sperant, aut damnum metuunt, *l.* 17. *h. l.* 1. §. 11. *Quand. app. sit*, vel ab alterutrâ litigantium parte petiti sunt, *l.* 47. *h.* aliâve justâ suspicionis causâ laborant, sic, ut judices suspecti, petentibus partibus, & probatâ suspicionis causâ, removeri possint. *l.* 16. *C. h.* sive majores sint, sive minores, sive ordinarii, sive delegati. *arg. l.* 9. *de Lib. caus. junct. l.* 32. §. 7. *de Rec. arb.* Nec alia mens Justiniani in *Nov.* 86. *c.* 2. unde *Auth. Si vero C. h. t.* perperam est descripta. vid. *Bronkh.* 1. *enant: assert.* 66.

37. Hinc quoque à ratione juris & æqui alienus est *casus pro amico*, quem vocant, id est, facti species ita dubia, ut Judex, salva conscientia, tam pro actore, quam pro reo sententiam ferre posse videatur. Tum enim vel pro reo pronunciandum est, vel aliquid tribuendum favori ipsius causæ, *l.* 47. *de O. & A. l.* 38. *de jud. l.* 70. *de J. dot.* vel dies diffindendus, aut jurandum judici, *Sibi non liquere. l.* 36. *de Re jud. l.* 13. §. *ult. de Rec. arb.* vel, si causa non tam ratione facti, quam juris, perplexa sit & intricata, ad Principem referenda est. *l.* 1. *C. de Relat.* vel denique, mediâ viâ electâ, res dividenda. v. *l.* 3. *Si pars her. l.* 40. *de Her. inst. l.* 25. *de Pign. act.* §. 25. *I. de R. div.*

38. Certe permittendum non est, ut res controversa vel hoc, vel aliis casibus temere sorti

committatur, de quâ plura *v. ad Tit. de Aleat.*

39. In primis autem judiciis adversa est violentia & privata vindicta, legibus nostris severè prohibita & punita. Vide *l.* 176. *de R. J. l.* 13. *Quod met. caus. l.* 14. *C. de Judæis. l.* 13. §. 3. *de Usufr. l.* 7. §. 3. *Quod vi aut clam. l.* 9. *C. Sol. mat. l.* 5. *l.* 33. *de Adq. poss. l.* 7. *C. Unde vi. l.* 3. *C. de Pign. & Hyp.*

40. Certis tamen casibus, ubi id vel publicæ utilitatis ratio, vel præsentissimum moræ periculum postulat, sibi ipsi Jus dicere vel occupare permissum est. *l. C. Quand. lic. unic. sine jud. se vind.* Sic occidere licet militiæ desertorem, transfugam, nocturnum agrorum populatorem, latronem in publicis viis grassantem, *l.* 1. 2. *C. d. tit. l.* 3. §. *ult. ad L. Corn. de Sicar.* aggressorem, vitæ pudicitiæve nostræ vim inferentem, si modo aliter periculum effugere non possimus, adeoque servato moderamine inculpatæ tutelæ. vide *l.* 3. *de J. & J. l.* 45. §. 4. *ad L. Aquil. l.* 1. §. 27. *l.* 3. §. 9. *de Vi & Vi arm. l.* 1. *C. Unde Vi. l.* 1. §. *pen. ad L. Corn. de Sicar. Grot. l.* 2. *de J. B. & P. c.* 20. §. 17. Item furem nocturnum, & diurnum, si telo se defendat, occidere licet, adhibitâ utroque casu acclamatione. *l.* 4. §. 1. *ad L. Aquil. l.* 9. *ad L. Corn. de Sicar. Gell.* 11. 18. alia exempla v. *in l.* 20. *& seqq. ad L. Jul. de Adult. l. un. C. de Rapt. Virg. l.* 10. §. 16. *l. pen. Quæ in fraud. cred. l.* 1. §. 2. *l.* 54. §. 2. *de Furt.*

41. Partes judicii sunt (1. Citatio, de quâ *tit.* 4. *& seq. lib.* 2. (2. Libelli oblatio, de quâ ad *tit.* 13. *lib.* 2. (3. Litis contestatio, quæ est *narratio actoris & contradictio rei, apud Judicem, qui caussam audire cœpit, disceptandæ finiendæque litis gratiâ, facta. l. un. C. de Litis cont. l.* 14. §. 1. *C. h. t. l.* 2.

t. l. 2. C. de Jurej. propt. cal. Unde apparet, omnem litis contestationem requirere & affirmationem à parte actoris, & negationem à parte rei, adeoque à Jure nostro alienam esse ejus divisionem in *Affirmativam* & *Negativam*, & omnem litis contestationem à parte Rei esse negativam. *z. l. 25. in f. ad L. Aquil. l. 6. §. ult. de Confess.*

42. Dixi; *Apud judicem qui causam audire coepit.* quia litis contestatio non est initium judicii, nisi jam per in jus vocationem inchoati. *§. ult. I. de Pœn. tem. litig. l. 1. C. de Exec. rei jud. d. l. 2. C. de Jur. cal. d. l. un. C. de Lit. cont.* quanquam, respectu quorundam effectuum, citatio & oblatio libelli, Principi facta, eandem habeant vim cum litis contestatione. *l. 33. D. de O. & A. l. ult. C. de Praef. 30. vel 40. annor. t. C. Quando lib. princ. dat. lit. cont. fac.*

43. Effectus litis contestationis sunt (1. Quod perpetuet actiones temporales ad 40. annos. *l. 139. l. 164. de R. J. l. 1. §. 1. C. de Ann. Exc. l. ult. C. de Praef. 30. ann.* (2. Quod actiones morte actoris perituras transmittat ad heredes. *l. 87. l. 139. de R. J. l. 29. de Novat. l. 26. l. 58. de O. & A.* (3. Quod rem faciat litigiosam. *l. 2. C. de Litig.* (4. Quod Procuratorem, Tutorem & Curatorem faciat dominos litis. *l. 11. l. 23. C. de Procur.* (5. Quod excludat exceptiones dilatorias, & declinatorias. *l. pen. & ult. C. de Except. l. 13. C. de Procur.* (6. Quod possessorem seu adversarium constituat in malâ fide. *l. 25. §. 7. de Pet. hered. l. 4. §. 2. Fin. reg. l. 22. C. de R. V. l. 10. C. de Adq. vel om. poss.* (7. In concursu Jurisdictionis faciat locum præventioni. *l. 7. l. 30. b.* (8. Jure novo interrumpat usucapionem & præscriptionem. *l. 2. l. 3. C. de Ann. exc. l. 10. C. de A. vel A. poss.* non

Jure veteri. *l.* 18. *l.* 20. *de R. V.* §. 3. *l. de Off. jud.* Sic ut in universum is, qui litem contestatur, causam suam plerumque faciat meliorem. *l.* 86. *de R. J. l.* 29. *ff. de Novat. l.* 22. *C. h. t.*

44. Quarta Judicii pars est Conclusio in causa, quæ est *renunciatio ulterioribus probationibus à partibus facta.* v. *C. cum dilectus.* 9. *X. de Fid. instr. C. PastoralisX. deCaus. poss. & propr.*; quinta pars, Sententia, de quâ in *Tit.* 1. *lib.*42. Sexta, Executio, de quâ in *Tit. C. de Exec. rei jud.*

45. In omni judicio ratio habenda est Judicis & fori competentis, de quo tenenda regula, *quod Actor sequatur forum Rei. l.* 2. *l.* 5. *C. de Jurisd. omn. jud. l. ult. C. Ubi in rem act.*

46. Competens forum acquiritur vel ex jure communi, vel ex privilegio. Ex jure communi forum competens tribuit (1. Locus domicilii. (2. Originis. (3. Contractus. (4. Delicti. (5. Rei sitæ. (6. Continentia causæ.

47. Domicilium proprie est locus, *In quo quis rerum ac fortunarum suarum sedem constituit, animo ibi perpetuò commorandi, nisi aliud avocet. l.* 7. *C. de Incol. l.* 2. *C. Ubi Senator. vel clariss. l.* 203. *de V. S. l.* 190. *l.* 239. §. 2. *eod. l.* 17. §. 13. *ad Munic. l.* 5. §. 5. *de Injur. l.* 1. §. 9. *de his qui dejec.* Estque vel *Voluntarium*, quod sua cuique libera voluntas facit, vel *Necessarium*, quod quis ratione officii, vel ex alia necessaria causa sortitur. *l.* 22. §. 3. *ad Muncip.* Sed & pluribus locis domicilium, adeoque & forum competens habere quis potest. *l.* 5. *l.* 6. §. *pen. l.* 27. §. 2. *ad Munic. l.* 11. *de Senator.*

48. Cum autem voluntas eligendi domicilium cesset in muliere ob potestatem maritalem, sequitur ea forum & domicilium mariti, idque retinet

tinet donec alteri nupserit. *l. pen. de Jurisd. l.* 22. §. 1. *l. ult.* §. 3. *ad Municip.* Secus quam sponsa. *l.* 32. *ad Munic.* Sed & domicilium necessarium habent milites ubi stipendia merent, si nihil in patria possideant. *l.* 23. §. 1. *ad Munic. l. pen. & ult. C. de Munic. & Orig. l. unic. C. Si Curial. relict. civit.* Relegati autem in loco, in quem relegati sunt. *l.* 22. §. 3. *eod.*

49. Ratione originis tribuitur forum competens in loco unde pater oriundus est, vel ubi quis non fortuitò natus est, modo pater ibidem habuerit domicilium. *l.* 1. §. 1. *l.* 6. *pr.* §. 1. *l.* 17. §. 11. *l.* 30. *ad Municip.* Quod quidem forum competens Jure Romano videtur esse immutabile, sic ut ibidem inventus reus, qui alibi domicilium fixit, conveniri possit. *arg. l.* 6. *pr. l.* 29. *ad Munic. l. pen. de Senator. l. un. C. Ubi pet. tutor.*

50. Sed & Respublica commune olim omnibus in Orbe Romano degentibus forum & domicilium faciebat Romam, quasi communem omnium patriam, *l.* 33. *ad Munic. l.* 6. §. 11. *de Excus. tut. l.* 17. *de Stat. hom. l. ult. C. de Interd. & releg.* Quare omnes Romæ inventi ibi conveniri poterant. *l.* 2. §. 3. *l.* 24. *l.* 26. *h.* Exceptis illis, qui domum revocandi jus habent, ut Legati, si ante legationem contraxerint. *l.* 2. *l.* 24. *l.* 26. *h.* Nisi quis Romæ constituat se, durante Legatione, soluturum. *l.* 5. §. 1. *de Const. pec. l.* 8. *h. l.* 3. *ff. de Legation.* Alias exceptiones vide in *l.* 2. §. 4. 5. *l.* 24. *l.* 26. 27. 28. 42. *h. l.* 32. §. 9. *de Rec. arb.* Hoc jus domum revocandi locum non habere certum est in obligationibus tempore & in loco legationis contractis. *l.* 2. §. 4. *l.* 25. *l.* 39. §. 1. *h.*

51. Idem jus domum revocandi habent omnes, qui

qui judicandi, testimonii dicendi causâ evocati, aut tutelæ reddendæ, petendæve restitutionis gratia profecti sunt. *d. l.* 2. §. 3. *b.*

52. Forum competens tribuit quoque locus contractus, & alterius efficacis obligationis. *l.* 19. *l.* 20. *b. l.* 1. 2. 3. *de Reb. auct. jud. poss. t. C. ubi de Ratiocin.* sive reus ibi inveniatur, *l.* 2. §. 4. *b. t. l.* 19. *pr. l.* 45. *eod.* sive non. *l.* 19. §. 1. 2. *b. t. l.* 2. *C. de Jurisd.*

53. Atque hoc ita, nisi (1. Expresse actum sit, ut reus alibi conveniatur. *d. l.* 19. §. 2. *l.* 21. *de Obl. & act.* (2. Nisi quis cum eo contraxerit, qui statim erat discessurus *d. l.* 19. §. 2. (3. Nisi in casu legis 65. *b.*

54. Sed & conventio tacita tribuit forum in Reconventione. *l.* 22. *b. t. l.* 14. *C. de Sent. & Interl.* ut & cum quis à judice incompetente citatus, neglecta fori exceptione, comparet. *l.* 1. *C. de Jurisd.* vel certo loco se soluturum promisit. *l.* 2. §. 1. *l.* 19. §. *f. b.*

55. Ratione criminis publici reus sortitur forum in loco, ubi id commisit. *l.* 28. §. *pen. de Pœn. l.* 7. §. *pen. l. ult. de Accus. l.* 24. §. 1. *b. l.* 1. & *Auth. Qua in provincia. C. Ubi de Criminib.* Sic tamen ut & in loco domicilii, *l.* 2. *C. de Jurisd.* & in loco, in quo deprehensus est, conveniri & accusari possit. *d. l.* 1. *C. Ubi de Crimin.* quanquam reum alibi deprehensum in locum perpetrati delicti, ad petitionem judicum, remittere moris fuerit. *l.* 7. §. 4. *l. ult. de Accus. l.* 3. *de Re mil. l.* 7. 11. §. 1. *de Cust. & exhib.* quod Justinianus ad necessitatem traduxit. *Nov.* 134. *c.* 5.

56. In actionibus in rem speciale forum tribuit locus rei sitæ. *t. C. Ubi in rem act. l. un. C. Ubi de poss. l. un. C. Ubi de hered.* Sic tamen ut petitor, pro

pro arbitrio, actionem in rem movere possit vel in loco, ubi res, de qua contenditur, constituta est, vel in loco domicilii. *l.* 3. *C. Ubi in rem act.* Diss. alii.

57. Denique forum competens tribuit Continentia causarum, quæ inducitur vel per connexionem rerum, *l.* 10. *C. b. l.* 12. §. 1. *de Acq. vel am. poss. l.* 11. §. 1. *de Jurisd.* vel per Reconventionem, *d. l.* 11. §. 1. *l.* 14. *C. de Sent. & interl.* vel per diversitatem jurisdictionis. *l.* 1. *in f. Ex quib. caus. ad eund.*

58. Hactenus de Foro competente, quod quis sortitur jure communi. Forum singulare seu privilegiatum competit, vel ratione *Causarum*, vel *Personarum*.

59. Ex privilegio causarum forum singulare tribuunt (1. Causæ Ecclesiasticæ. *t. t. X. de For. Compet.* (2. Causæ Feudales. *lib.* 1. *Feud. tit.* 18. (3. Causæ status, quæ semper disceptandæ sunt coram judice majore in domicilio rei, sive sit in possessione status controversi, ut libertatis, aut servitutis; sive non. *l.* 3. *l.* 4. *l. ult. C. Ubi caus. Stat.* (4. Causæ fiscales pecuniariæ, quæ ventilandæ sunt apud Procuratorem Cæsaris seu Rationalem. *t. t. C. Ubi caus. Fisc. vel div. dom. l.* 2. *l.* 5. *eod.*

60. Ex privilegio personarum forum singulare consequuntur (1. Pupilli, viduæ, aliæque miserabiles personæ, de quarum causis ipse Princeps, vel hodie, quæ ejus vicem repræsentat, Major Curia cognoscit. *l. un. C. Quando Imp. int. pup. vel vid.* (2. Professores & Studiosi. *Auth. Habita. Ne fil. pro patre.* (3. Clerici. *l.* 33. & *Auth. Statuimus. de Episc. & Cler.* (4. Milites, qui armatam militiam sequuntur. *l.* 7. *D. b. Juven. Sat.* 16. *v.* 17. & *seq. l.* 6. *C. de Jurisd. l.* 1. *l.* 2. *C.*

Fn

de Offic. Mag. mil. l. 3. *pr. de Re mil.* nisi crimina, ad militiam proprie non pertinentia, commiserint, ut adulterium, homicidium, aut si tributorum causa vertatur, aut se per desertionem hoc privilegio indignos reddant. *l. ult. de Accusat. t. t. C. In quib. caus. mil. for. præs. uti non poss. d. l.* 3. *Nov.* 8. *c.* 6. In delicto militiæ proprio, veluti desertione, murorum violatione, &c. idem juris est quod in causis civilibus. *d. l.* 3. *l.* 9. *de Cust. & exhib. reor.* (5. Ob dignitatem, Senatores aliique Clarissimi & Illustres magistratus, quorum causæ disceptantur vel coram Præfecto Prætorio, vel magistro Officiorum, vel Præfecto Urbi, vel ipso Principe. *v. tit. C. Ubi Senat. vel Clariss.*

61. Tantum de judicio. Instantia judicii finitur biennio à temporore litis contestatæ (olim anno) in causis Criminalibus *l.* 13. *pr. C. h. l.* 3. *C. Ut int. cert. temp. v. l.* 1. 2. *C. Theod. Ut intr. ann. crim. quæst. l.* 7. *de Mun. & hon. junct. l.* 15. §. 5. *ad SC. Turp.* triennio in causis civilibus. *d. l.* 13. Exceptis causis fiscalibus, quæ intra sex, munerum Publicorum, quæ intra tres menses definiendæ sunt, & aliis quibusdam. v. *l. ult. C. de J. Fisc. l.* 54. *C. de Decur. l. un. C. de Oper. N. nunc. l. ult. C. de Fideic. libert.*

TIT. II.
De Inofficioso Testamento.
Cod. 3. 28.

1. Testamentum inofficiosum est, *quod contra officia pietatis factum est, sine justâ causâ exheredatis vel præteritis illis, qui non debebant exheredari vel præteriri.*

2. Quod

2. Quod rescinditur per querelam inofficiosi testamenti; Quæ est; *petitio hereditatis ex causa inofficiosi testamenti, competens liberis, parentibus, vel fratribus, sine causa ab hereditate sibi debitâ exclusis*. Qua illi qui ritè quidem, sed tamen iniquè sunt exheredati, vel præteriti, testamentum rescindi, sibique hereditatem ab intestato restitui petunt; olim quidem sub prætextu, quasi testator non fuerit sanæ mentis. *pr. I. l. 2. l. 5. l.* 13. *l.* 17. §. 1. *l.* 19. *D. h. Cic. pro Rosc. Am. c.* 14. *Val. Max.* 7. *c.* 7. jure novo, quia exheredatio non est facta secundum formam *Novellæ* 115.

3. Dixi: *petitio hereditatis*, quia non est imploratio officii judicis ad rescindendum testamentum, seu actio præparatoria ab hereditatis petitione distincta, sed ipsa hereditatis petitio. *l.* 8. §. 8. *l.* 19. *l.* 20. *l.* 21. §. 2. *l.* 27. §. *pen. D. l.* 34. *C. h. l.* 3. *C. de Pet. her.* quanquam aliquandò per modum exceptionis proponi possit ab eo, qui est in possessione hereditatis. *l.* 8. §. 13. *h.*

4. Competit omnibus, quibus debetur legitima, adeoque (1. Liberis legitimis, v. *l.* 15. *h. l.* 7. *de Bon. Damnat. l.* 7. §. *ult. Si tab. test. nullæ exst.* idque sine distinctione gradus & sexus. §. 1. 2. *I. l.* 3. 5. *D. h.* sive sui sint, sive emancipati. *l.* 7. *in f. l.* 23. *D. pr. I.* & §. 1. *h. junct. Nov.* 115. *c.* 3. sive nati sive postumi. §. 5. *I. de Exh. lib.* Sic tamen ut sui à patre præteriti non egeant hoc remedio, sed testamentum dicant ipso jure nullum. *pr. I. de Exher. liber. l.* 7. *de Lib. & posth. her.* emancipati verò habeant bonorum possessionem contra tabulas. *l.* 23. *h.* Præteritio autem à matre & avo materno facta per omnia pro exheredatione habetur. §. *ult. I. de Exher. liber. Auth. Ex causâ. C. de Liber. præter.* (2. Querela competit paren-

parentibus sive exheredatis, sive præteritis, contra inofficiosa liberorum testamenta. *l.* 14. *l.* 15. *h. t.* (3. Fratribus germanis & consanguineis, si in testamento fratris heres infamis, vel levis notæ maculâ contaminatus, sit institutus. *l.* 1. *D. l.* 27. *C. h.* Remotioribus ultra fratres cognatis non datur. *l.* 1. *D. h. t. l.* 21. *C. h. t.*

5. Licet autem querela primo loco detur liberis, non tamen competit nepotibus testatoris ex illis progenitis, nisi intra quinquennium sit præparata. *l.* 6. §. *ult. l.* 7. *junct. l.* 8. §. *ult. h.* vel nisi filius, interea dum heres scriptus deliberat, moriatur: tum enim querela, etiam non præparata, ad nepotem transmittitur. *l.* 34. *C. h. l.* 36. §. 2. *C. eod.*

6. Quanquam autem linea lineæ succedat, si priores, quibus querela competit, agere nolint aut nequeant, *l.* 14. *l. pen. h.* Successorio tamen Edicto locus non est ita, ut gradus gradui succedat, seu ut filio justè exheredato, nepos ex suâ personâ querelam contra avi testamentum movere possit, *l.* 9. §. 2. *de Lib. & posth. l.* 6. *pr. de Injust. rupto. l.* 7. *in f. princ. Si tab. test. null. l.* 4. §. 1. *de Bon. poss. contr. tab.* Diss. alii. vid. *Sand. decis. l.* 4. *tit.* 9. *def.* 7.

7. Datur querela contra heredes testamento scriptos, cujuscunque dignitatis aut conditionis. *l.* 8. §. 2. *h. l. pen. de Her. inst. l. pen.* §. 1. *h.* etiam contra fideicommissarios universales. *l.* 1. *C. h.* & heredis heredes, &, si bona heredis publicata sint, etiam contra fiscum. *l.* 10. *C. h.*

8. Effectus querelæ, jure veteri, est eversio totius testamenti. *l.* 8. §. *pen. l.* 28. *h.* adeoque per querelam res prorsus ad causam intestati deducitur. *l.* 6. §. 1. *l.* 21. §. *ult. h.* exceptis casibus propositis

positis in *l.* 15. §. 2. *l.* 24. *h.* & *l.* 17. §. 1. *l.* 19. *pr. h. l.* 28. *eod. l.* 1. *ff. de Legat. præst.* jure novo, salvis legatis, aliisque testamenti capitibus, sola heredis institutio per querelam evertitur. N. 115. *c.* 3. *Auth. ex causâ. C. de Lib. præt.*

9. Hinc consequitur tam novo, quam veteri jure, jus accrescendi in querelâ eâdem ratione habere locum, ut in legitimâ hereditate, sic, ut unius repudiantis vel amittentis portio alteri acquiratur. *l.* 23. *in f. l.* 17. *pr. h.* Non obstat *l.* 8. §. 8. *h.*

10. Ad effectum querelæ etiam pertinet, quod illa, ex veriore sententiâ, etiam prosit aliis, quam actoribus, adeo ut, ex. gr., patre rescissionem testamenti inofficiosi impetrante, simul succedant fratres germani. *arg. l.* 6. §. 1. *l.* 21. §. 2. *l.* 17. *l.* 19. *h. t. l.* 3. §. 11. *l.* 10 §. *ult. de Bon. poss. contr. tab.*

11. Cessat querela (1. Si exheredatio facta sit bonâ mente. *l.* 18. *de Lib. & post. l.* 16. §. 2. *de Cur. fur. l.* 12. §. 2. *l.* 47. *ff. de Bon. libert. Martial. lib.* 3. *Epigr.* 10. vel ex justâ causâ, testamento expressâ & per heredem scriptum probatâ. *Nov.* 115. *c.* 3. *in f. l.* 5. *D. l.* 28. *C. h. t.*

12. Justæ autem exheredationis causæ, olim arbitrio Centumvirorum relictæ, *Val. Max.* 7. 7. *Plin.* 5. 1. *Ep. l.* 17. *pr. l.* 7. *l.* 28. *l.* 31. *D. l. ult. C. h. l.* 4. *C. de Lib. Præter.*, à Justiniano definitæ sunt, in liberis quatuordecim, in parentibus octo, in fratribus tres, quas vide in *Nov.* 115. *c.* 3. & 4. & *Nov.* 22. *c.* 47.

13. Sic tamen ut ex ratione, & probabili mente Imperatoris admittendæ quoque sint causæ æquè graves vel graviores. *arg. l.* 12. *l.* 13. *de Legib.* v. *l.* 13. *de Testib. l.* 13. §. 2. *de Excusat. tut.*

14. Secundò cessat querela, si aliud remedium com-

competat. §. 2. *I. h.* (3. Lapsu quinquennii à tempore aditæ hereditatis. *l.* 8. §. *ult. ff. l. pen.* §. 2. *C. h.* (4. Repudiatione expressâ vel tacitâ, (post mortem testatoris facta. v. *l.* 35. §. 1. *C. h.*) veluti accipiendo legatum in testamento inofficioso relictum, nisi id factum sit cogente officii necessitate. *l.* 15. §. 1. *l.* 17. *l. pen.* §. *pen. & ult. h. l.* 10. §. 1. *D.* §. 3. & 4. *I. eod.* (5. Morte exheredati ante querelam præparatam. *l.* 6. §. *ult. l.* 7. *h.* (6. In tabulis pupillaribus. *l.* 8. §. 5. *h.* (7. in castrensi & quasi castrensi peculio. *l.* 8. §. 3. 4. *l.* 27. §. 2. *D. l.* 9. *l.* 24. *l. ult. C. h.* cui derogatur per *Nov.* 115. *c.* 4. *pr.* quæ locum facit querelæ etiam in peculio castrensi & quasi castrensi, excepto testamento militis, actu stipendia facientis. (8. Si de ea transactum sit. *l.* 27. *h. t. l.* 6. *C. de Trans.* (9. Si legitima vel tota, vel pro parte relicta sit titulo institutionis. §. 3. *I. h. Nov.* 115. *c.* 3. & quidem purè, ac sine onere *l.* 30. *Auth. Novissima. C. h.*

15. Sic ut is, qui integram habet, ab omni querelâ excludatur; qui partem, condictionem habeat ex lege ad petendum supplementum. *l.* 30. *l.* 36. *C. h. t.* quam condictionem non quinquennio, sed 30. annis exstingui verius est: *arg. pr. I. de Perp. & temp. act. l.* 3. *l.* 4. *C. de Præs.* 30. *vel.* 40. *ann.* Non obstat *l.* 34. *C. h. t.*

16. Est autem Legitima *Portio partis hereditatis, ab intestato debitæ, necessario relinquenda iis, qui ex officio pietatis excludi non debent.* v. *l.* 2. *C. de Inoff. don.* Olim quidem quarta, §. 3. *I. l.* 8. §. 8. 9. *D. h. l.* 31. *C. eod.* exemplo Falcidiæ, unde sæpe appellatur quarta Falcidiæ. *l.* 8. §. 9. 11. *D. l.* 31. *C. h. l.* 5. §. 3. *C. ad L. Jul. Maj. Nov.* 92.; hodie verò tertia hereditatis seu triens, si liberi sint quatuor vel pauciores, semis autem,

si sint quinque vel plures. *Nov.* 18. *c.* 1.

17. Quod quidem augmentum (scilicet quoad trientem) etiam in legitimâ parentum & fratrum locum habere, verius est: *d. Nov.* 18 *pr.* & *cap.* 1.

18. Dixi: *Hereditatis.* *l.* 8. §. 6. 8. *h. t. l.* 2. *C. de Inoff. Donat.* quanquam non accipiatur nisi deducto ære alieno. *d. l.* 8. §. 9. *h. t. l.* 39. *de V. S.* quare alii sine necessitate eam non hereditatis, sed omnium bonorum esse contendunt.

19. In controversiis, quæ super hoc, de Legitimâ, argumento agitari solent, verius est

20. In computandâ legitimæ quantitate non facere partem filium justè exheredatum. *l.* 1. §. 5. *de Conjung. cum emanc. lib. ej. l.* 10. §. 4. *de Bon. poss. cont. tab.* §. 3. *I. de Succ. libert.* Non obstant *l.* 8. §. 6. 8. *h. Nov.* 18. *c.* 1. vid. *Wissenb. ad h. t. th.* 11. *Vinn.* 1. *Sel. quæst.* 21.

21. Liberos, retentâ legitimâ, non posse à reliquâ hereditate abstinere. *l.* 1. 2. 75. 80. *de Adquir. vel om. her. Bronkh. cent.* 3. *enant. ass.* 13. *Wissenb. ad h. t. th.* 10.

22. Legitimam non modo ex corporibus bonorum, sed & aliis ex rebus, veluti fructibus, & pecuniâ numeratâ, constare posse. *l.* 8. §. 11. *h. t.* Non obstat *l.* 36. *in f. pr. C. h. Wissenb. ad h. t. th.* 13.

23. Legitimam relinquendam esse titulo institutionis. *Nov.* 115. *c.* 3.

24. Legitimam non amitti neglecto beneficio inventarii. *arg. l.* 32. *C. h. Nov.* 1. *c.* 2. *Wissenb. ad tit. de Jur. delib. th.* 21. & 23. *Vinn.* 11. *Sel. quæst.* 28. *Huber. ad tit. Inst. de Her. quali n.* 6. & *ad tit. D. de Jur. delib. n.* 8.

25. Liberos, à parentibus hereditatem restituere rogatos, non posse deducere utramque

Q quar-

quartam, Legitimam & Trebellianicam *l. 6. in f. pr. C. ad SC. Treb. l. 11. D. ad L. Falc.* Non obstat *l. 67. ad L. Falc.*, nec *l. 3. §. 2. ad SC. Treb.*

TIT. III.

De Hereditatis Petitione.

Cod. 3. 31.

1. Petitio hereditatis est vel Directa, vel Fideicommissaria, vel Possessoria.

2. Directa est *actio Civilis, mixta, tam in rem, quam in personam, bonæ fidei, competens illi, qui Jure Civili, veteri vel novo, heres est factus, contra eum, qui pro herede vel possessore possidet, ad id, ut actor declaretur heres, reus verò res hereditarias, cum omnibus accessionibus & augmentis hereditatis, restituat.*

3. Dicitur: *Mixta*, ut in *l. 7. C. h.* quia habet duplicem causam, Jus in re, dominium scilicet hereditarium, & Jus ad rem, obligationem scilicet ex quasi contractu negotiorum, à falso herede gestorum, *v. l. 50. §. 1. D. l. ult. §. 1. C. h. l. 6. §. 3. de Neg. gest.* qui obligatur ad solvendum pretium rerum distractarum, æs alienum a debitoribus exactum, & si quæ sunt id genus alia. *l. 20. §. 2. 3. & seqq. h. l. 22. §. pen. Fam. erc.* uti, versa vice, heres sæpe obligatur ad impensas refundendas. *l. 37. & seq. h.* quæ præstationes hinc personales dicuntur. *l. 25. §. 18. h. l. 42. de Mort. caus. donat. Wissenb. ad d. t. th. 20.*

4. *Bonæ fidei. l. ult. in f. C. h. §. 28. I. de Act.* Idque quatenus est personalis: nulla enim actio merè realis est bonæ fidei: *d. §. 28. I. eod.*

5. *Competens illi &c.* Nec refert actor Jure veteri

teri vel novo, ex testamento an ab intestato; per se an per alium, ex tota hereditate aut ejus parte, an ex re certa sit heres. *l.* 1. *& seq. h. l.* 10. *C. eod. l.* 1. *§.* 4. *l.* 9. *§.* 13. *D. l.* 13. *C. de Her. Inst.*

6. Sed & is, qui ex una causa, veluti testamenti, hereditatem petiit, & victus est, non prohibetur eandem ex alia causa, veluti ab intestato, petere. v. *l.* 19. *ff. de Inoff. test. l.* 8. *l.* 47. *D. l.* 3. *C. h. t.* Competit & emtori hereditatis ad universa bona persequenda. *l.* 54. *h. t.*

7. *Contra eum, qui pro herede. l.* 9. *& seqq. h.* Pro herede possidet, qui sive sciens & mentiens, sive bona fide ita putans, heredem vel bonorum possessorem, vel fideicommissarium se esse contendit, cum non sit. *l.* 11. *D. l.* 11. *C. h.* Pro possessore possidet prædo, qui nullum titulum, ne quidem per mendacium, obtendit, quique interrogatus, cur possideat, nihil aliud respondet, quam, quia possideo. *d. l.* 11. *l.* 12. *h.*

8. Pro possessore autem, interpretatione Juris, etiam is habetur, qui dolo possidere desiit. *l.* 13. *§.* 2. 14. *l.* 25. *§.* 8. *h. l.* 27. *§.* 3. *de R. V. l.* 131. *de R. J.* nisi alius, possessionem nactus, paratus sit judicium pati, vel æstimationem præstare. *d. l.* 13. *§.* 14. quamquam possessor nihilominus tenetur, etiamsi is, qui dolo possidere desiit, æstimationem præstiterit. *d. l.* 13. *§.* 14. *l.* 95. *§.* 9. *de Solut. l.* 7. *de R. V.*

9. Datur etiam contra eum, qui liti se obtulit. *d. l.* 13. *§.* 13. *l.* 45. *h.* junct. *l.* 25. *l.* 26. *de R. V.* sed & contra emptorem hereditatis utilis petitio datur. *d. l* 13. *§.* 4. 8. Item contra juris possessores. v. *l.* 13. *in f. & seqq. l.* 16. *§.* 4. *l.* 42. *h. t.* & eos, qui pretia rerum hereditariarum possident. *d. l.* 16. *§.* 1. 2. 5. *l.* 20. *§.* 17. *h. t.* non contra

titulo singulari possidentes rem hereditariam singularem. *l.* 7. *C. h. v.* & *l.* 2. *C. eod.*

10. Ut autem constet, quo Jure, quâve injuriâ quis possideat, reum possessionis suæ titulum edere oportet. *l.* 12. *D. l.* 11. *C. h.*

11. *Ad id ut actor declaretur &c. l.* 10 §. 1. *h.* ut & ad restituendas res hereditarias, licet res sit minima. *l.* 4. 9. 10. *h. l.* 1. §. 1. *Si pars her.* quæque periculo hereditatis sunt. *l.* 19. *h.* ad debita exacta vel exigenda. v. *l.* 13. §. *ult.* & *ll. seq. l.* 25. §. 18. *l.* 42. *h.* & Jura hereditaria. *l.* 18. §. *ult.* & *ll. seq. h.* non tamen ad servitutes prædiales aut personales. *l.* 19. §. 3. *h. Vid. J. a Costa ad* §. 2. *I. de Oblig. quæ ex delict.*

12. Datur & ad augmenta, quæ ipsi hereditati, post mortem, quacunque ratione accesserunt. *l.* 20. *pr.* & §. 3. *l.* 25. *in f.* & *ll. seq. h. t.* ut & ad ea, quæ reus post litem demum contestatam possidere incepit. *l.* 4. *l.* 18. §. 1. *l.* 41. *h.*

13. Ad omnia omnino lucra ex hereditate percepta. *l.* 27. §. 1. *l.* 52. *l.* 56. *h.* ad pretia rerum distractarum, eorumque usuras, contra malæ fidei possessorem. *l.* 16. §. 1. *l.* 20. §. 6. 12. 16. 21. *h.* quanquam, si heres rem ipsam habere malit, malæ fidei possessor non liberetur præstando rerum venditarum pretia. *d. l.* 20. §. 12. 16. & *ult.* Denique ad fructus. *l.* 26. *l.* 27. *h.* & usuras fructuum, ante litem contestatam perceptorum. *d. l.* 23. §. 16. & *ult. l.* 51. *in f. h.* licet in singulari rei vindicatione fructuum usuræ non debeantur. v. *l.* 15. *ff. de Usur.*

14. Malæ fidei possessor tenetur ad omnes omnino fructus, quos vel quovis modo percepit, vel honeste percipere potuit. *l.* 20. §. 6. *l.* 25. §. 2. *h. l.* 33. *l.* 62. §. 1. *de R. V.* Bonæ fidei possessor in

in hoc judicio restituit omnes fructus exstantes, ut & consumptos, quatenus inde factus est locupletior. *l.* 22. *l.* 25. §. 11. 15. *l.* 36. §. 4. *l.* 40. §. 1. *h.* qua in re spectandum tempus litis contestatæ. *l.* 25. §. 7. *l.* 40. *h. t.* usque ad tempus rei judicatæ. *l.* 36. §. 4. *h.*

15. De damno ex culpâ nato bonæ fidei possessor non tenetur. *l.* 25. §. 11. *l.* 18. *l.* 30. *l.* 31. §. 3. *h.* Malæ autem fidei possessor præstat culpam. *l.* 25. §. 2. *h. d. l.* 31. §. 3. Casum fortuitum nec malæ fidei possessor præstat. *l.* 25. §. 2. *in f. h. l.* 62. *pr. de R. V.* nisi res pereat post litem contestatam *l.* 40. *pr. h. l.* 17. §. 1. *de R. V.* vel malæ fidei possessor sit fur, aut raptor. *l.* 7. §. *ult. l.* 8. *l. ult. D. de Cond. furt. l.* 1. §. 34. *l. pen. de Vi arm.*

16. Bonæ fidei possessor nec ante, nec post litem contestatam de casu fortuito tenetur. *d. l.* 40. *pr. h. t. l.* 16. *pr. de R. V. arg. l.* 63. *de R. J. l.* 21. *l.* 24. *de Usur.* nisi actor probet, se rem, si ante litem contestatam fuisset restituta, voluisse & potuisse distrahere. *l.* 15. §. *ult. de R. V. l.* 20. §. *ult. h. t.*

17. Pro bonæ fidei possessore autem habetur, qui errore, sive facti sive Juris, ductus, non habet conscientiam hereditatis ad alium pertinentis. *l.* 20. §. 6. *l.* 25. §. 6. *h.*

18. Datur etiam ad usuras pecuniæ in hereditate inventæ, si quidem inde perceptæ sint. *l.* 28. *l.* 30. *h. l.* 20. §. 12. 14. *h. t. l.* 62. *de R. V.*

19. Ut autem reus in hoc Judicio tenetur ad fructus, ita versâ vice deducit impensas. Et quidem bonæ fidei possessor *deducit* necessarias, utiles & voluptuarias, sive res exstet, sive non. *l.* 38. *l.* 39. *h.* malæ fidei possessor necessarias omninio *deducit*, utiles, quatenus res melior facta est;

 vo-

parentibus sive exheredatis, sive præteritis, contra inofficiosa liberorum testamenta. *l.* 14. *l.* 15. *h.t.* (3. Fratribus germanis & consanguineis, si in testamento fratris heres infamis, vel levis notæ maculâ contaminatus, sit institutus. *l.* 1. *D.l.* 27. *C.h.* Remotioribus ultra fratres cognatis non datur. *l.* 1. *D.h.t.l.* 21. *C.h.t.*

5. Licet autem querela primo loco detur liberis, non tamen competit nepotibus testatoris ex illis progenitis, nisi intra quinquennium sit præparata. *l.* 6. §. *ult. l.* 7. *junct. l.* 8. §. *ult. h.* vel nisi filius, interea dum heres scriptus deliberat, moriatur: tum enim querela, etiam non præparata, ad nepotem transmittitur. *l.* 34. *C.h. l.* 36. §. 2. *C. eod.*

6. Quanquam autem linea lineæ succedat, si priores, quibus querela competit, agere nolint aut nequeant, *l.* 14. *l. pen. h.* Successorio tamen Edicto locus non est ita, ut gradus gradui succedat, seu ut filio justè exheredato, nepos ex suâ personâ querelam contra avi testamentum movere possit. *l.* 9. §. 2. *de Lib. & posth. l.* 6. *pr. de Injust. rupto. l.* 7. *in f. princ. Si tab. test. null. l.* 4. §. 1. *de Bon. poss. contr. tab.* Diss. alii. vid. *Sand. decis. l.* 4. *tit.* 9. *def.* 7.

7. Datur querela contra heredes testamento scriptos, cujuscunque dignitatis aut conditionis. *l.* 8. §. 2. *h. l. pen. de Her. inst. l. pen.* §. 1. *h.* etiam contra fideicommissarios universales. *l.* 1. *C. h.* & heredis heredes, &, si bona heredis publicata sint, etiam contra fiscum. *l.* 10. *C. h.*

8. Effectus querelæ, jure veteri, est eversio totius testamenti. *l.* 8. §. *pen. l.* 28. *h.* adeoque per querelam res prorsus ad causam intestati deducitur. *l.* 6. §. 1. *l.* 21. §. *ult. h.* exceptis casibus propositis

positis in *l.* 15. §. 2. *l.* 24. *b.* & *l.* 17. §. 1. *l.* 19. *pr. b. l.* 28. *eod. l.* 1. *ff. de Legat. præst.* jure novo, salvis legatis, aliisque testamenti capitibus, sola heredis institutio per querelam evertitur. N. 115. *c.* 3. *Autb. ex causâ. C. de Lib. præt.*

9. Hinc consequitur tam novo, quam veteri jure, jus accrescendi in querelâ eâdem ratione habere locum, ut in legitimâ hereditate, sic, ut unius repudiantis vel amittentis portio alteri acquiratur. *l.* 23. *in f. l.* 17. *pr. b.* Non obstat *l.* 8. §. 8. *b.*

10. Ad effectum querelæ etiam pertinet, quod illa, ex veriore sententiâ, etiam prosit aliis, quam actoribus, adeo ut, ex. gr., patre rescissionem testamenti inofficiosi impetrante, simul succedant fratres germani. *arg. l.* 6. §. 1. *l.* 21. §. 2. *l.* 17. *l.* 19. *b. t. l.* 3. §. 11. *l.* 10 §. *ult. de Bon. poss. contr. tab.*

11. Cessat querela (1. Si exheredatio facta sit bonâ mente. *l.* 18. *de Lib. & post. l.* 16. §. 2. *de Cur. fur. l.* 12. §. 2. *l.* 47. *ff. de Bon. libert. Martial. lib.* 3. *Epigr.* 10. vel ex justâ causâ, testamento expressâ & per heredem scriptum probatâ. *Nov.* 115. *c.* 3. *in f. l.* 5. *D. l.* 28. *C. b. t.*

12. Justæ autem exheredationis causæ, olim arbitrio Centumvirorum relictæ, *Val. Max.* 7. 7. *Plin.* 5. 1. *Ep. l.* 17. *pr. l.* 7. *l.* 28. *l.* 31. *D. l. ult. C. b. l.* 4. *C. de Lib. Præter.*, à Justiniano definitæ sunt, in liberis quatuordecim, in parentibus octo, in fratribus tres, quas vide in *Nov.* 115. *c.* 3. & 4. & *Nov.* 22. *c.* 47.

13. Sic tamen ut ex ratione, & probabili mente Imperatoris admittendæ quoque sint causæ æquè graves vel graviores. *arg. l.* 12. *l.* 13. *de Legib.* v. *l.* 13. *de Testib. l.* 13. §. 2. *de Excusat. tut.*

14. Secundò cessat querela, si aliud remedium com-

competat. §. 2. *I. h.* (3. Lapsu quinquennii à tempore aditæ hereditatis. *l.* 8. §. *ult. ff. l. pen.* §. 2. *C. h.* (4. Repudiatione expressâ vel tacitâ, (post mortem testatoris facta. v. *l.* 35. §. 1. *C. h.*) veluti accipiendo legatum in testamento inofficioso relictum, nisi id factum sit cogente officii necessitate. *l.* 15. §. 1. *l.* 17. *l. pen.* §. *pen.* & *ult. h. l.* 10. §. 1. *D.* §. 3. & 4. *I. eod.* (5. Morte exheredati ante querelam præparatam. *l.* 6. §. *ult. l.* 7. *h.* (6. In tabulis pupillaribus. *l.* 8. §. 5. *h.* (7. in castrensi & quasi castrensi peculio. *l.* 8. §. 3. 4. *l.* 27. §. 2. *D. l.* 9. *l.* 24. *l. ult. C. h.* cui derogatur per *Nov.* 115. *c.* 4. *pr.* quæ locum facit querelæ etiam in peculio castrensi & quasi castrensi, excepto testamento militis, actu stipendia facientis. (8. Si de ea transactum sit. *l.* 27. *h. t. l.* 6. *C. de Trans.* (9. Si legitima vel tota, vel pro parte relicta sit titulo institutionis. §. 3. *I. h. Nov.* 115. *c.* 3. & quidem purè, ac sine onere. *l.* 30. *Auth. Novissima. C. h.*

15. Sic ut is, qui integram habet, ab omni querelâ excludatur; qui partem, condictionem habeat ex lege ad petendum supplementum. *l.* 30. *l.* 36. *C. h. t.* quam condictionem non quinquennio, sed 30. annis exstingui verius est: *arg. pr. I. de Perp. & temp. act. l.* 3. *l.* 4. *C. de Præs.* 30. *vel.* 40. *ann.* Non obstat *l.* 34. *C. h. t.*

16. Est autem Legitima *Portio partis hereditatis, ab intestato debitæ, necessario relinquenda iis, qui ex officio pietatis excludi non debent.* v. *l.* 2. *C. de Inoff. don.* Olim quidem quarta, §. 3. *I. l.* 8. §. 8. 9. *D. h. l.* 31. *C. eod.* exemplo Falcidiæ, unde sæpe appellatur quarta Falcidiæ. *l.* 8. §. 9. 11. *D. l.* 31. *C. h. l.* 5. §. 3. *C. ad L. Jul. Maj. Nov.* 92.; hodie verò tertia hereditatis seu triens, si liberi sint quatuor vel pauciores, semis autem, si

si sint quinque vel plures. *Nov.* 18. *c.* 1.

17. Quod quidem augmentum (scilicet quoad trientem) etiam in legitimâ parentum & fratrum locum habere, verius est: *d. Nov.* 18. *pr. & cap.* 1.

18. Dixi: *Hereditatis. l.* 8. §. 6. 8. *h. l.* 2. *C. de Inoff. Donat.* quanquam non accipiatur nisi deducto ære alieno. *d. l.* 8. §. 9. *h. l.* 39. *de V. S.* quare alii sine necessitate eam non hereditatis, sed omnium bonorum esse contendunt.

19. In controversiis, quæ super hoc, de Legitimâ, argumento agitari solent, verius est

20. In computandâ legitimæ quantitate non facere partem filium justè exheredatum. *l.* 1. §. 5. *de Conjung. cum emanc. lib. ej. l.* 10. §. 4. *de Bon. poss. cont. tab.* §. 3. *I. de Succ. libert.* Non obstant *l.* 8. §. 6. 8. *h. Nov.* 18. *c.* 1. vid. *Wissenb. ad h. t. th.* 11. *Vinn.* 1. *Sel. quæst.* 21.

21. Liberos, retentâ legitimâ, non posse à reliquâ hereditate abstinere. *l.* 1. 2. 75. 80. *de Adquir. vel om. her. Bronkh. cent.* 3. *enant. ass.* 13. *Wissenb. ad h. t. th.* 10.

22. Legitimam non modo ex corporibus bonorum, sed & aliis ex rebus, veluti fructibus, & pecuniâ numeratâ, constare posse. *l.* 8. §. 11. *h. t.* Non obstat *l.* 36. *in f. pr. C. h. Wissenb. ad h. t. th.* 13.

23. Legitimam relinquendam esse titulo institutionis. *Nov.* 115. *c.* 3.

24. Legitimam non amitti neglecto beneficio inventarii. *arg. l.* 32. *C. h. Nov.* 1. *c.* 2. *Wissenb. ad tit. de Jur. delib. th.* 21. & 23. *Vinn.* 11. *Sel. quæst.* 28. *Huber. ad tit. Inst. de Her. quali n.* 6. & *ad tit. D. de Jur. delib. n.* 8.

25. Liberos, à parentibus hereditatem restituere rogatos, non posse deducere utramque

quartam, Legitimam & Trebellianicam *l. 6. in f. pr. C. ad SC. Treb. l. 11. D. ad L. Falc.* Non obstat *l. 67. ad L. Falc.*, nec *l. 3. §. 2. ad SC. Treb.*

TIT. III.

De Hereditatis Petitione.

Cod. 3. 31.

1. Petitio hereditatis est vel Directa, vel Fideicommissaria, vel Possessoria.

2. Directa est *actio Civilis, mixta, tam in rem, quam in personam, bonæ fidei, competens illi, qui Jure Civili, veteri vel novo, heres est factus, contra eum, qui pro herede vel possessore possidet, ad id, ut actor declaretur heres, reus verò res hereditarias, cum omnibus accessionibus & augmentis hereditatis, restituat.*

3. Dicitur: *Mixta*, ut in *l. 7. C. h.* quia habet duplicem causam, Jus in re, dominium scilicet hereditarium, & Jus ad rem, obligationem scilicet ex quasi contractu negotiorum, à falso herede gestorum, v. *l. 50. §. 1. D. l. ult. §. 1. C. h. l. 6. §. 3. de Neg. gest.* qui obligatur ad solvendum pretium rerum distractarum, æs alienum a debitoribus exactum, & si quæ sunt id genus alia. *l. 20. §. 2. 3. & seqq. h. l. 22. §. pen. Fam. erc.* uti, versa vice, heres sæpe obligatur ad impensas refundendas. *l. 37. & seq. h.* quæ præstationes hinc personales dicuntur. *l. 25. §. 18. h. l. 42. de Mort. caus. donat. Wissenb. ad d. t. th. 20.*

4. *Bonæ fidei. l. ult. in f. C. h. §. 28. I. de Act.* Idque quatenus est personalis: nulla enim actio merè realis est bonæ fidei. *d. §. 28. I. eod.*

5. *Competens illi &c.* Nec refert actor Jure veteri

teri vel novo, ex testamento an ab intestato; per se an per alium; ex tota hereditate aut ejus parte, an ex re certa sit heres. *l. 1. & seq. h. l. 10. C. eod. l. 1. §. 4. l. 9. §. 13. D. l. 13. C. de Her. Inst.*

6. Sed & is, qui ex una causa, veluti testamenti, hereditatem petiit, & victus est, non prohibetur eandem ex alia causa, veluti ab intestato, petere. v. *l. 19. ff. de Inoff. test. l. 8. l. 47. D. l. 3. C. h. t.* Competit & emtori hereditatis ad universa bona persequenda. *l. 54. h. t.*

7. *Contra eum, qui pro herede. l. 9. & seqq. h.* Pro herede possidet, qui sive sciens & mentiens, sive bona fide ita putans, heredem vel bonorum possessorem, vel fideicommissarium se esse contendit; cum non sit. *l. 11. D. l. 11. C. h.* Pro possessore possidet prædo, qui nullum titulum, ne quidem per mendacium, obtendit; quique interrogatus, cur possideat, nihil aliud respondet, quam, quia possideo. *d. l. 11. l. 12. h.*

8. Pro possessore autem, interpretatione Juris, etiam is habetur, qui dolo possidere desiit. *l. 13. §. 2. 14. l. 25. §. 8. h. l. 27. §. 3. de R. V. l. 131. de R. J.* nisi alius, possessionem nactus, paratus sit judicium pati, vel æstimationem præstare. *d. l. 13. §. 14.* quamquam possessor nihilominus tenetur, etiamsi is, qui dolo possidere desiit, æstimationem præstiterit. *d. l. 13. §. 14. l. 95. §. 9. de Solut. l. 7. de R. V.*

9. Datur etiam contra eum, qui liti se obtulit. *d. l. 13. §. 13. l. 45. h.* junct. *l. 25. l. 26. de R. V.* sed & contra emptorem hereditatis utilis petitio datur. *d. l. 13. §. 4. 8.* Item contra juris possessores. v. *l. 13. in f. & seqq. l. 16. §. 4. l. 42. h. t.* & eos, qui pretia rerum hereditariarum possident. *d. l. 16. §. 1. 2. 3. l. 20. §. 17. h. t.* non contra

in hoc judicio restituit omnes fructus exstantes, ut & consumptos, quatenus inde factus est locupletior. *l.* 22. *l.* 25. §. 11. 15. *l.* 36. §. 4. *l.* 40. §. 1. *h.* qua in re spectandum tempus litis contestatæ. *l.* 25. §. 7. *l.* 40. *h. t.* usque ad tempus rei judicatæ. *l.* 36. §. 4. *h.*

15. De damno ex culpâ nato bonæ fidei possessor non tenetur. *l.* 25. §. 11. *l.* 18. *l.* 30. *l.* 31. §. 3. *h.* Malæ autem fidei possessor præstat culpam. *l.* 25. §. 2. *h. d. l.* 31. §. 3. Casum fortuitum nec malæ fidei possessor præstat. *l.* 25. §. 2. *in f. h. l.* 62. *pr. de R. V.* nisi res pereat post litem contestatam *l.* 40. *pr. h. l.* 17. §. 1. *de R. V.* vel malæ fidei possessor sit fur, aut raptor. *l.* 7. §. *ult. l.* 8. *l. ult. D. de Cond. furt. l.* 1. §. 34. *l. pen. de Vi arm.*

16. Bonæ fidei possessor nec ante, nec post litem contestatam de casu fortuito tenetur. *d. l.* 40. *pr. h. t. l.* 16. *pr. de R. V. arg. l.* 63. *de R. J. l.* 21. *l.* 24. *de Usur.* nisi actor probet, se rem, si ante litem contestatam fuisset restituta, voluisse & potuisse distrahere. *l.* 15. §. *ult. de R. V. l.* 20. §. *ult. h. t.*

17. Pro bonæ fidei possessore autem habetur, qui errore, sive facti sive Juris, ductus, non habet conscientiam hereditatis ad alium pertinentis. *l.* 20. §. 6. *l.* 25. §. 6. *h.*

18. Datur etiam ad usuras pecuniæ in hereditate inventæ, si quidem inde perceptæ sint. *l.* 28. *l.* 30. *h. l.* 20. §. 12. 14. *h. t. l.* 62. *de R. V.*

19. Ut autem reus in hoc Judicio tenetur ad fructus, ita versâ vice deducit impensas. Et quidem bonæ fidei possessor *deducit* necessarias, utiles & voluptuarias, sive res exstet, sive non. *l.* 38. *l.* 39. *h.* malæ fidei possessor necessarias omnino *deducit*, utiles, quatenus res melior facta est;

voluptuarias *tollit*, quatenus sine rei detrimento fieri potest. *dd. l.* 38. *&* 39. *h.* quod paulò aliter se habet in rei vindicatione. §. 30. *l. de R. D. l.* 38. *D. l.* 5. *C. de R. V.*

20. Effectus hujus judicii inchoati est, quod possessor non possit res hereditarias alienare, nisi vel ex justâ causâ, vel sub idoneâ cautione. v. *l.* 5. *h. t.* quodque & creditoribus hereditariis & legatariis, si caveant de indemnitate præstandâ, & indebito restituendo, respondere teneatur. *l. ult. pr. &* §. 1. *C. h.*

21. Si reus, restituere hereditatem jussus, dolo malo non restituat, contra eum in litem juratur, *l.* 20. §. *ult. l.* 25. §. 10. *h. t.*

TIT. IV.

Si Pars Hereditatis petatur.

1. Quæ supra de hereditatis petitione dicta sunt, locum habent etiam cum pars hereditatis petitur. *l.* 10. §. 1. *de Pet. her. l.* 1. *l.* 8. *h. l.* 76. *de Rei vindic.*

2. Semper verò instituenda petitio habitâ ratione Juris actori competentis, non verò partis ab adversario possessæ. *l.* 1. §. 1. *h.*

3. Si duo pro herede vel possessore possideant, & duo veri heredes petant hereditatem, non singulos à singulis, sed singulos ab utroque possessore partem, ex quâ heredes sunt, petere oportet *l.* 1. §. 2. *h.*

4. Si partim à vero, partim à falso herede possideatur hereditas, quid juris sit v. in *l.* 1. §. 3. *h. t.*

5. Petitur autem pars hereditatis vel certa, de quâ

quâ constat, quæ & quanta debeatur, *l.* 2. *h.* vel incerta, si coheres petitoris sit adhuc in utero. *l.* 1. §. *ult. h.*

6. Quod si Pater, relicto uno herede filio, & uxore prægnante, mortuus sit, placuit filium non nisi quartam partem petere posse; quia fieri potest, ut tergemini nascantur. *l.* 3. *h. l.* 28. *in f. de Judic. l.* 7. *de Reb. dub.* In quâ lege 3 nec emendatio Cujacii pro *Cinctos* legentis *Cincios*, & *Horatios* expungentis, nec aliæ aliorum conjecturæ necessariæ videntur.

7. Pars autem quarta, in casu proposito petita, officio judicis pro indiviso præstatur. *l.* 1. §. 2. *l.* 7. *h.* quæ, si plures nascantur, pro rata decrescit, si pauciores, augetur. *d. l.* 3. *l.* 4. *h.* Quibuscum conjunge *l.* 30. §. 6. *de Adq. her. l.* 36. *de Solut.*

TIT. V.

De Possessoriâ Hereditatis petitione.

Tantum de Civili hereditatis petitione; sequitur Possessoria, seu Prætoria, *quâ bonorum possessio, seu hereditas ex Jure Prætorio delata, petitur; competens ei, cui data est bonorum possessio, contra eum, qui pro herede vel pro possessore possidet, ad eundem finem, ad quem competit petitio Civilis.* *l.* 1. *l.* 2. *h. l.* 119. *l.* 138. *de V. S. l.* 117. *de R. J. l.* 2. *de Bon. Poss.*

TIT. VI.

De Fideicommissaria hereditatis petitione.

Fideicommissaria hereditatis petitio competit ei, cui ex fideicommisso restituta est hereditas, *l.* 1. *b.* ut & heredi fideicommissarii. *l.* 3. *b.* contra eum, qui pro herede, vel pro possessore possidet, ad eundem finem, ad quem superiores. *l.* 2. *b.* non contra fiduciarium. *l.* 3. §. 1. *b.* §. 5. *Inst. de Obligat. ex quasi contr.*

DIGESTORUM

LIBER VI.

TIT. I.

De Rei Vindicatione.

Cod. 3. 32.

1. Rei appellatio hoc loco complectitur rem corporalem, cujus actor sibi proprietatem & dominium asserit. *l.* 1. §. 1. 3. *l.* 23. *b.*

2. *Vindicare* verò est, rem Jure proprietatis repetere, licet alias omnibus in rem actionibus tribuatur. §. 15. *I. de Act. t. t. Si serv. vindic. Gell.* 20. *c.* 10. *v. Sigon. de judic. lib.* 1. *c.* 21.

3. Rei vindicatio est *actio Civilis, in rem, nata ex dominio, quâ actor, contra possessorem, contendit*

tendit se dominum declarari, sibique rem cum omni causâ restitui. l. 9. l. 24. h. §. 1. l. de Act.

4. Unde apparet, duo esse hujus actionis requisita, Dominium à parte actoris, sive Gentium sive Civili Jure acquisitum; *l. 3. h.* possessionem verò à parte rei. *d. §. 1. Inst. l. 24. l. 27. §. 1. h.*

5. Est vel Directa, vel Utilis. Directa, *quæ competit dominium directumbabentibus. l. 24. C. h. l. 18. C. de Postl. rev. l. 55. inf. de Don. int. V. & U.* Utilis, *quæ competit dominis utilibus. l. 8. C. h. l. ult. C. de Her. vend.* Exempla vide in *dd. ll. l. 5. §. 3. h. d. l. 55. l. 29. l. 30. de Mort. caus. don.*

6. Cum autem domino competat, consequitur, illam etiam competere ex dominio temporali. *l. 66. h.* ut ex Dominio mariti in rebus dotalibus. *l. 9. C. h. l. 30. C. de J. dot.* Sic tamen ut & uxori competat, vi dominii naturalis, si maritus suo dominio abutatur. *l. 29. C. de Jure dot.*

7. Actor autem ante litem contestatam, an pendente lite dominium nactus sit, ex veriore sententia, nihil refert. *l. 17. Mand. l. 9. §. ult. de Pign. act. l. 56. de Judic. l. 11. Qui sat. cog. arg. l. 27. §. 1. h.* Diss. alii.

8. Ex iisdem principiis consequitur, non competere hanc actionem illis, quorum pecuniâ res empta, sed necdum tradita est, solis exceptis minoribus & militibus, quibus datur utilis rei vindicatio. *l. 8. C. h. l. 2. D. Quand. ex fact. tut. l. 3. C. Arb. tut.*

9. Unde consequitur, ne uxori quidem, cujus pecuniâ dotali maritus fundum emit, competere utilem vindicationem. *l. 12. C. de Jure dot.* cui non est contraria *l. 54. D. eod.*

10. In re duobus vendita, non ei cui prius vendita, sed cui prius tradita est, competit. *l. 72. D. h. 15. C. h.*

11. Datur contra eum, qui rem nostram quocunque titulo, vel sine titulo, possidet, vel detinet. §. 1. *I. de Act. l. 9. h.* sive litis contestatæ, sive sententiæ tempore possideat. *l. 27. §. 1. h.*

12. Sic tamen ut nudi detentores liberentur, nominando eum, cujus nomine possident. *l. 2. C. Ubi in rem act.*

13. Datur & contra eum, qui dolo possidere desiit. *l. 27. §. 3. h. l. 131. l. 157. de R. J.* qui condemnatur, quanti actor in litem juraverit, sic ut ne actiones quidem ei cedantur. *l. 63. l. 68. l. 71. h.* quanquam hoc in casu sæpe officio Prætoris succurratur. *l. 12. de Re jud.*

14. Qui culpa possidere desiit, ut post litis contestationem in æstimationem tenetur, sic recte, ut actiones sibi cedantur, postulat. *l. 36. §. 1. l. 63. h. t.*

15. Datur etiam contra eos, qui liti se obtulerunt, nisi actor eos non possidere sciverit. *l. 7. l. 25. 26. h. Sup. tit. de Hered. petit. th. 9.*

16. Quanquam autem hæc actio detur domino contra possessorem, necesse tamen non est, ut possessor vel titulum suæ possessionis edat. *l. 9. l. 73. D. l. ult. C. h.* vel contra vindicet, seu dominum se esse dicat. *l. 9. C. de Except. l. 4. C. de Edend. l. 11. C. de Pet. her.* nec est contrarium in §. 1. *I. de Action.*

17. Ex dictis facile colligere est, actorem dominium à suâ, possessionem ab adversarii parte, tanquam intentionis suæ fundamentum, probare oportere. *l. 2. l. 18. C. de Probat. l. 24. l. 36. D. l. ult. C. h.*

18. Quod si reus per mendacium se possidere neget, possessio ad petitorem transfertur. *l. ult. h.*

19. Con-

19. Contra heredes competit, quatenus possident. *l.* 42. *l.* 52. *l.* 55. *h.*

20. Datur ad cujusvis generis res in commercio & dominio nostro constitutas. *l.* 1. *l.* 23. *l.* 56. *h.* §. 1. *l. de Action.* vel ad id, quod ex iis superest. *l.* 49. *h.*

21. Si res nostræ aliis junctæ sint, & separari possint, competit & actio ad exhibendum, & rei vindicatio, sin separari nequeant, actio in factum ad pretium. *l.* 23. §. 1. 5. 6. *h. l.* 3. §. *pen. l.* 6. *ad Exhib.* vel actio de tigno juncto in duplum, si tignum nostrum alienis ædibus junctum sit. *d. l.* 23. §. 3. *l.* 7. §. 10. *de A. R. D. t. t. D. de Tign. junct.* §. 29. *I. de R. Div.*

22. Res, quæ vindicatur, accurate demonstranda est, & definienda. *l.* 5. *inf. l.* 6. *h.*

23. Non datur ad res sacras, aliasque extra commercium positas. *l.* 23. §. 1. *h.* nec ad incorporalia aut jura, vel universitates, veluti peculium. *l.* 56. *h. t.*

24. Datur etiam ad rerum accessiones, velut quæ per alluvionem accreverunt. *l.* 34. *h.* ædificium in fundo positum. §. 29. & 30. *I. de R. D. l.* 55. §. 1. *l.* 61. *Loc. Cond. l.* 16. *C. h.* usumfructum, qui inter moras litis ad proprietatem rediit. *l.* 33. *h.* denique ad partus, fructus, & quidquid possessor post judicium acceptum ex re non sua percepit. *l.* 20. *h. t.*

25. Sunt autem fructus *accessiones rei, quæ vel ex ipsa rei corpore, vel occasione ejus proveniunt & percipiuntur.* Hi sunt vel naturales, vel civiles. *l.* 62. *h. t.* Naturales, *qui ex ipsa re, naturæ beneficio, nascuntur & proveniunt.* Suntque vel mere naturales, vel industriales. Mere naturales, *qui sine præcipuo hominis labore, sponte sua, ex*

re

re proveniunt, ut glandes, oleæ, fœnum, fœtus pecudum, lana, & id genus alia. *v.* §. 37. *I. de R.D.l.*28.*l.*45. *de Usur.* *l.*31. *de V.S.* Industriales sunt, *qui, licet ex rei corpore, & beneficio naturæ, præcipuo tamen labore, curâ, culturâque & industriâ humanâ percipiuntur*, ut frumentum, vinum, oleum &c. *l.*45. *de Usur.* *l.*78. *h.* & *passim.*

26. Fructus civiles sunt, *qui non ex rei corpore nascuntur, sed ex conventione & obligatione partium contrahentium percipiuntur*, ut usuræ, mercedes, pensiones. *l.* 62. *h.* *l.*121. *de V.S.* *l.*29. *de Petit. her.* *l.* 34. *l.* 36. *de Usur.*

27. Denique fructus alii sunt pendentes, alii à solo separati. Pendentes, *qui adhuc cum terrâ vel arbore sunt conjuncti, & quasi partem fundi constituunt.* *l.* 44. *h.* *l.* 61. §. 8. *de Furt.* A solo separati sunt vel exstantes, vel consumpti. *v.* *l.* 22. *C. h.* *l.* 3. *C. de Cond. ex L.* *l.* 27. *de Usufr.*

28. Restitutionem fructuum rei alienæ quod attinet, malæ fidei possessor, sive titulum habeat, sive non, tenetur ad omnes omnino fructus perceptos, & percipiendos. *l.* 5. *l.* 22. *C. h.* nec refert inde locupletior sit factus, an non. §. 2. *I. de Off. jud.* *l.*33. *h.* Fructus autem percipiendi sunt, quos vel ipse petitor, si rei copiam habuisset, vel possessor, si majorem curam & diligentiam adhibuisset, percipere potuisset, concessâ actori electione, quos petere velit. *l.* 62. *inf. de R.V.* *l.* 39. §. 1. *de Leg.* 1. *l.* 19. *inf. de Usur.* *l.* 12. *Quod met.* *l.*4. *C. Unde vi.* Junct. *l.* 35. §. 1. *D.* *l.* 5. *C. h. t.*

29. Bonæ fidei possessor omnes fructus tam naturales, quam industriales, sive exstantes, sive consumptos, percipiendo facit suos. §. 35. *I. de R. D.* *l.*48. *de A.R.D.* §. 2. *I. de Off. jud.* Consumptos quidem perpetuo jure, sive inde locupletior

sit

sit factus, sive non. *l.* 4. §. 2. *Fin. reg. dd. ll.* secus est in petitione hereditatis. *l.* 25. §. 11. *de Pet. her. l.* 1. §. 1. *C. eod.* Fructuum exstantium dominium interim consequitur, donec dominus fundum eum fructibus exstantibus vindicet. *l.* 49. *h. l.* 48. *de A. R. D. l.* 22. *C. h.* Non obstant *l.* 25. §. 1. *l.* 28. *pr. de Usur.*

30. Dixi: *tam naturales, quam industriales.* Idque liquidò probatur per *l.* 48. *de A. R. D. l.* 78. *h. l.* 13. *Quib. mod. usf. am. l.* 25. §. 1. *l.* 28. *de Usur.* Nec contrariæ opinioni quidquam præsidii est in *l.* 45. *de Usur.* & §. 35. *I. de R. D.*

31. Possessor autem bonam fidem, & hanc fructus lucrandi potestatem amittit, quam primum cognovit rem esse alienam, sive lis sit contestata, sive non *l.* 23. §. 1. *l.* 48. §. 1. *de A. R. D. l.* 22. *C. h. l.* 91. §. *ult. de Leg.* 1. Nec obstat *l.* 25. §. *ult. de Usur. l.* 25. §. 7. *de Pet. her.*

32. De impensis ita juris est, ut bonæ fidei possessor, si repetat impensas, cogatur admittere compensationem ad concurrentem fructuum naturalium & industrialium quantitatem. *l.* 48. *l.* 65. *h. l.* 51. *Fam. erc. l.* 16. *C. de Evict.*

33. Impensas fructuum percipiendorum causâ factas deducunt omnes omninò possessores, etiam prædones. *l.* 36. §. *ult. de Pet. her. l.* 46. *de Usur. l.* 7. *Sol. mat.*; vide tamen legem 27. §. 25. *D. ad L. Aquil.*

34. Impensas necessarias in rem factas in totum deducit bonæ fidei possessor. *l.* 48. *h. t. l.* 38. *de Pet. her. l.* 79. *de V. S. l.* 1. & *seqq. de Imp. in res dot. fact.* ut & utiles, nisi hæ nimis graves sint domino proprietatis. *l.* 27. §. *ult.* 38. *D. l.* 2. *C. h. t.* Voluptuarias tantum tollit, quatenus id sine rei detrimento fieri potest. *d. l.* 38. *inf.* licet

in

in petitione hereditatis eas deducat. *l.* 39. §. 1. *de Pet. her. l. 25. in fin. de Pign. act. l. 40. de Damn. inf.*

35. Malæ fidei possessor necessarias deducit (nisi sit fur, vel prædo. v. *l.* 13. *D. de Cond. Furt. l. 5. C. h. t. l. 1. C. de Infant. expos. l.* 67. §. 2. *de Furt.*) non utiles. *l.* 37. *h.*

36. Repetuntur autem impensæ non nisi per retentionem, opposita doli mali exceptione. *l.* 48. *h. t. l.* 14. *de Dol. exc. l.* 21. *ad SC. Treb.* (ubi cum A. Fabro & Grotio pro *similem* leg. *non similem*) *l.* 33. *de Cond. ind. l.* 14. §. 1. *Comm. divid.* §. 30. *I. de R. D.*

37. Pretium pro re, quæ vindicatur, solutum, nec bonæ, nec malæ fidei possessor repetere potest. *l.* 3. *l.* 23. *C. h. t. l.* 2. *C. de Furt.*

38. Res, hac actione petitæ, restituendæ sunt in loco, in quo petuntur, vel, si alibi sint, impensis petitoris transferendæ; nisi dolo possessoris aliò sint translatæ. *l.* 10. *& seqq. h. l.* 11. §. 1. *ad exhib.*

39. Si res, quæ vindicatur, casu fortuito perierit ante litem contestatam, possessor, sive bonæ sive malæ fidei, non tenetur, excepto prædone manifesto. *l.* 8. *de Cond. furt.* Si post litem contestatam, simplex malæ fidei possessor tenetur, nisi res eodem modo apud dominum fuisset peritura. *l.* 15. §. *ult. h.* bonæ fidei possessor non tenetur, nisi ad id, quod actoris verè interest, ob litigandi temeritatem, & contumaciam. *v. l.* 68. *h. t. l.* 82. *in f. de V. O.*

40. Effectus rei vindicationis est, quod possessor victus teneatur rem cum accessionibus restituere, &, si per contumaciam restituere nolit, manu militari res ei auferatur; quodque contra eum, qui dolo possidere desiit, in litem jurari possit. *d. l.* 68.

TIT.

TIT. II.

De Publiciana in rem actione.

1. Actio Publiciana est vel Rescissoria (de qua ad *Tit. 6. lib. 4.*) vel Publiciana in specie sic dicta. *v. l. 35. de O. & A. l. 57. Mand.* §. 4. 5. *I. de Act.*; ubi vid. *Vinn.*

2. Publiciana, in specie dicta, est *Prætoria in rem, competens illis, qui rem, & jus usucapiendi à non domino, per traditionem, bonâ fide & justo titulo accepere, contra quemvis deteriore jure possidentem, ad restituendam rem, quam actor usucapere cœperat. v. l. 1. l. 7.* §. 2. *l. ult. h.* §. 4. *I. de Act.*

3. Bonam fidem sufficit adesse ab initio, id est, tempore traditionis. *l. un. C. de Usuc. transf. l. 7. §. pen. & ult. h. t. l. 10. de Usuc.* nisi quod in emptione requiratur simul tempore contractus & traditionis. *l. 7. §. 17. h. l. pen. D. de Usucap.*

4. Unde consequitur, bonam fidem non requiri tempore litis constatæ. *dd. ll.* Non obstat *l. 11. §. 3. h. t.*

5. Qui rem à furioso, nesciens eum furere, emit, cum usucapere possit, habet & Publicianam. *l. 7. §. 2. h.* cum quâ vix est, ut conciliari possit *l. 2. §. 16. Pro empt.* nisi adhibita inter jus strictum & æquitatem distinctione.

6. Quod si verus dominus, requisita usucapionis habens, ob difficultatem dominii probandi, Publiciana experiri velit, & ipsi competere videtur. *arg. §. 4. I. de Act. l. 1. l. ult. h.*

7. Justus titulus, quo actorem quoque instructum esse oportet, *l. 1. & seqq. h.*, hic intelligitur, qui est ad transferendum dominium idoneus,

neus, ut emptionis, etsi nec pretium solutum, nec fides de eo habita sit. *l.* 8. *h.*

8. Traditio quoque, sive vera, sive ficta, *l.* 9. §. 1. *l.* 11. §. 1. *h. t.* modo ad transferendum dominium idonea sit; necessaria est. *l.* 1. *& seqq.* *l.* 7. §. *ult.* *l.* 9. §. 1. *& seqq.* *h.* Adeo ut in eo titulo etiam requiri videatur, ex quo dominium citra traditionem ipso jure transfertur: *arg. l.* 25. *de Usuc.* junct. *l.* 7. §. *ult.* *h.* *l.* 1. 2. 5. 8. *Pro leg.* §. 4. *l. de Act.* Non obstat *l.* 12. §. 1. *l.* 7. §. 8. *h. t.*

9. Dixi: *Contra deteriore jure possidentem.* Qualis est qui destituitur justo titulo & bona fide. *l. ult. h.* vel rem bonâ quidem fide, & justo titulo ab eodem auctore emit; sed post traditionem actori factam, demum accepit. *l.* 9. §. 4. *h.* adde *l.* 12. §. *ult.* *l.* 14. *D. Qui pot. in pign.* Ceterum dictæ legi 9. §. 4. videtur contraria lex 31. §. *ult. de Act. empt.*

10. Cum autem dolus sit pro possessione, *l.* 131. *l.* 150. *l.* 157. *de R. V.*, verius est, hanc actionem dari & contra eum, qui dolo possidere desiit. *l.* 27. §. 3. *de R. V.* junct. *l.* 7. §. 8. *h.* ut & qui liti se obtulit. *vid. tit. præced. th.* 15. *& tit. de Hered. petit. th.* 19. *l.* 2. *de Except. rei vend.*

11. Contra dominum eam non dari, ex dictis, & ex *l. pen. h.* constat. Nisi (1. is, qui tradidit, postea demum dominium sit nactus. *l.* 72. *de R. V.* *l.* 4. §. 32. *de Dol. exc.* (2. Nisi actor rem à non domino nactus sit ex causâ, ex quâ ipse verus dominus conveniri poterat. *l.* 28. *de Nox. act.* *l.* 18. §. 15. *de Damn. inf.* (3. Nisi res actori contra dominum, qui eam petebat, per sententiam semel addicta sit. *l.* 24. *de Exc. rei jud.* (4. Nisi actor jusjurandum, sibi à domino delatum, præstiterit. *l.* 7. §. 7. *h.* (5. Nisi dominus litis æstimationem,

tionem, id est, pretium rei, perceperit. *l.* 63. *de R.V.* (6. In specie *legis* 31. *Ex quib. caus. maj.*

12. Cessat (1. Si actor dolo possessionem amiserit. *l.* 69. *l.* 70. *de R.V.* (2. Contra dominum vel justo titulo possidentem. *l. pen.* *l.* 9. §. 4. *b.* *l.* 128. *de R. J.* (3. In rebus, quæ alienari vel usucapi non possunt *d. l.* 9. §. 5. *l.* 12 §. 4. *b.* (4. Lapsu 30 annorum. *l.* 35. *D. de O. & A.*

TIT. III.

Si Ager Vectigalis, id est, Emphyteuticarius petatur. Cod. 4. ult.

1. Emphyteusis accipitur vel pro contractu emphyteuticario, *Nov.* 7. *c.* 3. *Nov.* 120. *c.* 1. 5. 6. *l.* 2. *C. b.*; vel pro Jure per contractum constituto. *l.* 2. *l.* 3. *in f. C. b.*

2. Pro contractu accepta est, *contractus Juris Gentium, nominatus, consensu constans, bonæ fidei, quo dominus usum fructumque, & omnem utilitatem, prædii sui alteri hac lege concedit, ut id cultius meliusque reddat, & in recognitionem dominii certum annuum canonem solvat. d.* §. 3. *d. l.* 2.

3. *Bonæ fidei. arg. d.* §. 3. junct. §. 28. *I. de Act.*

4. *Consensu constans. d.* §. 3. quare ad hunc contractum scriptura non requiritur. *l.* 3. *C. b. Nov.* 120. *c.* 1. *arg. pr. I. de Empt. l.* 9. *C. Loc. cond.* quanquam, facilioris probationis gratia, sæpe adhibeatur. *l.* 1. *C. b.*

5. In perpetua tamen emphyteusi Ecclesiastica desideratur scriptura. *Nov.* 7. *præf.* §. 1. *Nov.* 120. *c.* 6. §. 2. & *c.* 7. §. 1.

6. *Ut id cultius.* Hic enim & olim fuit & nunc

est finis & effectus emphyteuseos. *l.* 1. *& seq. C. h.*

7. *Et certum Canonem.* Canon est exigua pensio annua, quantitati fructuum & valori rei neutiquam respondens, distincta a mercede & salario, quæ privatis *Canon*, civitatibus soluta *Vectigal* dicitur. *l.* 3. *C. l.* 1. *D. h.* v. Brisson. *de Verbor. signif.*

8. Ex quibus principiis facile colligitur, canonem ob incursionem hostium, sterilitatem, aliamve cœli solive calamitatem, non remitti, &, ut totius rei ad dominium, ita partis interitum ad emphyteutam pertinere. *l.* 1. *C. h.* & emphyteutam omnibus oneribus fundi solvendis obnoxium esse. *v. t. C. Sine cens. vel rel. l.* 2. *C. h. t.*

9. Adeo autem de naturâ emphyteuseos est canonis præstatio, ut eâ in Ecclesiasticâ per biennium, in seculari per triennium procrastinatâ, jus emphyteuseos ad dominum directum revertatur. *l.* 2. *C. h. Nov.* 7. *c.* 3. §. 2. *Nov.* 120. *c.* 8. etiamsi partem canonis solverit emphyteuta. *arg. l.* 78. §. 2. *de Contr. empt.* junct. *l.* 6. *C. de Dist. pign. l.* 56. *de Cond. & dem.* aut maturata solutione moram purgare paratus sit. *l.* 2. *C. h. l.* 23. *D. de O. & A. l.* 12. *C. de Contr. & comm. stip.*

10. Ita tamen ut canonis solutioni, omnique juri domini directi 30. annorum spatio, non tantum à tertio, sed & ab ipso Emphyteutâ, positis terminis habilibus, præscribi possit. *l.* 3. *l.* 4. *C. de Præs.* 30. *vel* 40. *ann.* Non obstat *l.* 3. *l.* 7. §. *ult. C. eod.*

11. Ex Contractu emphyteuticario nascitur actio personalis emphyteuticaria, *competens*, non tantum *Domino, ejusque heredi, contra emphyteutam, ejusque heredem, ad id, quod vel ex natura hujus contractus, vel ex conventione debetur;*

12. Sed

12. Sed & *Emphyteutæ contra dominum, si vel rem aliam, quam convenerit, in emphyteusin dederit, vel emphyteutam frui prohibuerit; ad rem ipsam, aliaque ex æquo & bono, & natura hujus contractus præstanda.*

13. Effectus emphyteuseos constitutæ est, quod emphyteuta, non modo quamlibet utilitatem & commoditatem, sed & jus dominio proximum, seu dominium utile, in re emphyteuticariâ, & utilem rei vindicationem, contra quemvis possessorem, ipsumque etiam dominum directum consequatur. *l.* 1. *pr.* & §. 1. *h. arg. l.* 23. *D. de R. V.*

14. Unde & emphyteusin pro lubitu alienare & oppignorare potest. *l.* 71. §. *pen.* & *ult. de Leg.* 1. *l.* 16. §. *ult. de Pign. act. l.* 31. *de Pign.* & *hyp. l.* 219. *de V. S.*

15. Modo, si emphyteusin vendat, domino mature denunciet, ipsique præ aliis intra duos menses emendi potestatem faciat, &, si quocunque titulo alienet, laudemium, seu quinquagesimam pretii partem præstet. *l.* 3. *C. h.*

16. Acquiritur jus emphyteuseos (1. Ultima voluntate. *arg. l. pen. C. de Usufr.* (2. Contractibus per traditionem confirmatis. *l.* 3. *de O. & A.* junct. *l.* 20. *C. de Pact.* (3. Usucapione, seu longi temporis præscriptione. *arg. l. ult. inf. C. de Præscr. long. temp. l.* 2. *C. de Serv. & aq. l. un. C. de Usuc. transf. l.* 14. *C. de Fund. patrim.* (XI. 61.) (4. Præscriptione longissimi temporis. *l.* 3. *l.* 4. *l.* 7. *C. de Præs.* 30. *vel* 40. *ann.*

17. Exstinguitur (1. Per consolidationem (2. Per corruptionem aut deteriorationem rei. (3. Non soluto intra biennium vel triennium canone. *Auth. Qui rem. C. de SS. Eccl.* (4. Lapso tempore in testamento vel contractu expresso. Non au-

tem perit morte domini directi, aut emphyteutæ. *arg. l. 9. de Prob.* §. 1. *I. de Perp. act.* sed ad heredes transmittitur. *Nov.* 120. *c.* 6. abrogatâ, hac in parte, *Nov.* 7. *c.* 3. nisi aliter pacto, vel testamento cautum sit. *d. N.* 120. v. *l.* 219. *de V. S.*

DIGESTORUM

LIBER VII.

TIT. I.

De Usufructu, & quemadmodum quis utatur fruatur. Cod. 3. 33.

1. Servitus in genere est, *jus in re, quo res aliena alterius rei vel personæ servit.* Dixi; *jus in re, v. l.* 2. *h. l.* 3. §. 12. *ad Exhib. l.* 13. *C. de Jud.*

2. *Res aliena:* quia res sua nemini servit. *l.* 5. *Si us. pet. l.* 26. *de Servitut. præd. urb.*

3. *Alterius rei vel personæ.* Servitus enim est vel prædialis, vel personalis, nulla mixta, per quam persona servit rei. Diss. alii per *l.* 44. *de Manum. test.*

4. *Servit*, i. e., Utilitatem præstat, sine qua nulla servitus esse potest. *l.* 15. *de Servit.* sic tamen, ut sufficiat utilitas etiam futura. *l. pen. de Servit. l.* 10. *de Serv. præd. rust.*

5. Servitute concessa tacite comprehenduntur omnia, sine quibus utilitas inde percipi nequit. *v. l.* 10. *de S. P. U. l.* 3. §. *ult. de Servit. præd. rust. l.* 2. *de Jurisd.*

6. Servitus autem præstatur, quoties dominus præ-

prædii servientis in suo aliquid pati, aut non facere cogitur ad utilitatem rei, vel personæ alienæ. *l.* 15. §. 1. *de Servit.* nisi aliud conventum sit, vel natura servitutum aliud exigat, ut in servitute oneris ferendi. *v. l.* 33. *de S. P. U. l.* 8. §. 2. *Si serv. vind.* vid. *tit. de Serv. Præd. urb. th.* 11.

7. Servitutis personalis species sunt. 1. Ususfructus. 2. Usus. 3. Habitatio. 4. Operæ servorum.

8. Ususfructus in genere est, vel quælibet fructuum perceptio, sive Dominii, sive alio jure facta. *l.* 4. *h. l.* 126. §. 1. *de V. O. l.* 21. §. 3. *de Exc. rei jud.* qui à Doctoribus dicitur *Causalis*, vel facultas percipiendi fructus à proprietate separata, quo sensu definitur *jus alienis rebus utendi fruendi, salva rerum substantia. l.* 1. *D. pr. I. h. t.* qui dicitur *Formalis*, & proprie est *Servitus*, cum alia species sit effectus dominii.

9. Ususfructus est vel Verus, vel Quasi Ususfructus, de quo in *Tit.* 5.

10. Verus Ususfructus consistere potest in quibusvis rebus, quæ, salvâ substantiâ, utilitatem fruenti præstare possunt, sive mobiles sint, sive immobiles. §. 2. *Inst. l.* 7. *D. h.* sive corporales, sive incorporales. *l.* 9. §. 1. *h. l.* 3. *de Us. ear. rer. l.* 37. *de Us. leg.*

11. Ususfructus constituitur vel ipso jure, vel facto hominis. Ipso jure (1. Patri in bonis adventitiis filiifamilias. §. 1. *I. Per quas pers. l.* 6. *C. de Bon. quæ lib.* exceptis quibusdam casibus, quos v. infra *ad tit. de Pecul. thes.* 15. (2. Patri in dimidiâ parte bonorum adventitiorum filii emancipati. *l.* 6. §. 3. *C. de Bon. quæ lib.* §. 2. *I. per quas pers. cuiq. adq.* (3. Conjugi ad secundas nuptias transeunti in bonis ex liberalitate defuncti conjugis

 aut

in petitione hereditatis eas deducat. *l.* 39. §. 1. *de Pet. her. l.* 25. *in fin. de Pign. act. l.* 40. *de Damn. inf.*

35. Malæ fidei possessor necessarias deducit. *l.* 5. *C. h. t.* (nisi sit fur, vel prædo. v. *l.* 13. *D. de Cond. Furt. l.* 1. *C. de Infant. expos. l.* 67. §. 2. *de Furt.*) non utiles. *l.* 37. *h.*

36. Repetuntur autem impensæ non nisi per retentionem; opposita doli mali exceptione. *l.* 48. *h. t. l.* 14. *de Dol. exc. l.* 21. *ad SC. Treb.* (ubi eum A. Fabro & Grotio pro *similem* leg. *non similem*) *l.* 33. *de Cond. ind. l.* 14. §. 1. *Comm. divid.* §. 30. *I. de R. D.*

37. Pretium pro re, quæ vindicatur, solutum, nec bonæ, nec malæ fidei possessor repetere potest. *l.* 3. *l.* 23. *C. h. t. l.* 2. *C. de Furt.*

38. Res, hac actione petitæ, restituendæ sunt in loco, in quo petuntur, vel, si alibi sint, impensis petitoris transferendæ; nisi dolo possessoris aliò sint translatæ. *l.* 10. & *seqq. h. l.* 11. §. 2. *ad exhib.*

39. Si res, quæ vindicatur, casu fortuito perierit ante litem contestatam, possessor, sive bonæ sive malæ fidei, non tenetur, excepto prædone manifesto. *l.* 8. *de Cond. furt.* Si post litem contestatam, simplex malæ fidei possessor tenetur, nisi res eodem modo apud dominum fuisset peritura. *l.* 15. §. *ult. h.* bonæ fidei possessor non tenetur, nisi ad id, quod actoris verè interest, ob litigandi temeritatem, & contumaciam. *v. l.* 68. *h. t. l.* 82. *in f. de V. O.*

40. Effectus rei vindicationis est, quod possessor victus teneatur rem cum accessionibus restituere, &, si per contumaciam restituere nolit, manu militari res ei auferatur; quodque contra eum, qui dolo possidere desiit, in litem jurari possit. *d. l.* 68.

TIT.

TIT. II.

De Publicianâ in rem actione.

1. Actio Publiciana est vel Rescissoria (de qua ad *Tit.6. lib.* 4.) vel Publiciana in specie sic dicta. *v. l.* 35. *de O. & A. l.* 57. *Mand.* §. 4. 5. *I. de Act.*; ubi vid. *Vinn.*

2. Publiciana, in specie dicta, est *Prætoria in rem, competens illis, qui rem, & jus usucapiendi à non domino, per traditionem, bonâ fide & justo titulo accepere, contra quemvis deteriore jure possidentem, ad restituendam rem, quam actor usucapere cœperat. v. l.* 1. *l.* 7. §. 2. *l. ult. b.* §. 4. *I. de Act.*

3. Bonam fidem sufficit adesse ab initio, id est, tempore traditionis. *l. un. C. de Usuc. transf. l.* 7. §. *pen. & ult. b. t. l.* 10. *de Usuc.* nisi quod in emptione requiratur simul tempore contractus & traditionis. *l.* 7. §. 17. *b. l. pen. D. de Usucap.*

4. Unde consequitur, bonam fidem non requiri tempore litis constatæ. *dd. ll.* Non obstat *l.* 11. §. 3. *b. t.*

5. Qui rem à furioso, nesciens eum furere, emit, cum usucapere possit, habet & Publicianam. *l.* 7. §. 2. *b.* cum quâ vix est, ut conciliari possit *l.* 2. §. 16. *Pro empt.* nisi adhibita inter jus strictum & æquitatem distinctione.

6. Quod si verus dominus, requisita usucapionis habens, ob difficultatem dominii probandi, Publiciana experiri velit, & ipsi competere videtur. *arg.* §. 4. *I. de Act. l.* 1. *l. ult. b.*

7. Justus titulus, quo actorem quoque instructum esse oportet, *l.* 1. *& seqq. b.*, hic intelligitur, qui est ad transferendum dominium idoneus,

neus, ut emptionis, etsi nec pretium solutum; nec fides de eo habita sit. *l. 8. b.*

8. Traditio quoque, sive vera, sive ficta, *l. 9. §. 1. l. 11. §. 1. b. t.* modo ad transferendum dominium idonea sit; necessaria est. *l. 1. & seqq. l. 7. §. ult. l. 9. §. 1. & seqq. b.* Adeo ut in eo titulo etiam requiri videatur, ex quo dominium citra traditionem ipso jure transfertur: *arg. l. 25. de Usuc.* junct. *l. 7. §. ult. b. l. 1. 2. 5. 8. Pro leg. §. 4. l. de Act.* Non obstat *l. 12. §. 1. l. 7. §. 8. b. t.*

9. Dixi: *Contra deteriore jure possidentem.* Qualis est qui destituitur justo titulo & bona fide. *l. ult. b.* vel rem bonâ quidem fide, & justo titulo ab eodem auctore emit; sed post traditionem actori factam, demùm accepit. *l. 9. §. 4. b.* adde *l. 12. §. ult. l. 14. D. Qui pot. in pign.* Ceterum dictæ legi 9. §. 4. videtur contraria lex 31. §. *ult. de Act. empt.*

10. Cum autem dolus sit pro possessione, *l. 131. l. 150. l. 157. de R. V.*, verius est, hanc actionem dari & contra eum, qui dolo possidere desiit. *l. 27. §. 3. de R. V.* junct. *l. 7. §. 8. b.* ut & qui liti se obtulit. *vid. tit. præced. th. 15. & tit. de Hered. petit. th. 19. l. 2. de Except. rei vend.*

11. Contra dominum eam non dari, ex dictis & ex *l. pen. b.* constat. Nisi (1. is, qui tradidit, postea demum dominium sit nactus. *l. 72. de R. V. l. 4. §. 32. de Dol. exc.* (2. Nisi actor rem à non domino nactus sit ex causâ, ex quâ ipse verus dominus conveniri poterat. *l. 28. de Nox. act. l. 18. §. 15. de Damn. inf.* (3. Nisi res actori contra dominum, qui eam petebat, per sententiam semel addicta sit. *l. 24. de Exc. rei jud.* (4. Nisi actor jusjurandum, sibi à domino delatum, præstiterit. *l. 7. §. 7. b.* (5. Nisi dominus litis æstimationem,

tionem, id est, pretium rei, perceperit. *l. 63. de R. V.* (6. In specie *legis* 31. *Ex quib. caus. maj.*

12. Cessat (1. Si actor dolo possessionem amiserit. *l. 69. l. 70. de R. V.* (2. Contra dominum vel justo titulo possidentem. *l. pen. l. 9. §. 4. h. l. 128. de R. J.* (3. In rebus, quæ alienari vel usucapi non possunt *d. l. 9. §. 5. l. 12. §. 4. h.* (4. Lapsu 30 annorum. *l. 35. D. de O. & A.*

TIT. III.

Si Ager Vectigalis, id est, Emphyteuticarius petatur. Cod. 4. ult.

1. Emphyteusis accipitur vel pro contractu emphyteuticario, *Nov. 7. c. 3. Nov.* 120. *c.* 1. 5. 6. *l. 2. C. h.*; vel pro Jure per contractum constituto. *l. 2. l. 3. in f. C. h.*

2. Pro contractu accepta est, *contractus Juris Gentium, nominatus, consensu constans, bonæ fidei, quo dominus usum fructumque, & omnem utilitatem, prædii sui alteri hac lege concedit, ut id cultius meliusque reddat, & in recognitionem dominii certum annuum canonem solvat. d. §. 3. d. l. 2.*

3. *Bonæ fidei. arg. d. §. 3.* junct. §. 28. *I. de Act.*

4. *Consensu constans. d. §. 3.* quare ad hunc contractum scriptura non requiritur. *l. 3. C. h. Nov.* 126. *c. 1. arg. pr. I. de Empt. l. 9. C. Loc. cond.* quanquam, facilioris probationis gratia, sæpe adhibeatur. *l. 1. C. h.*

5. In perpetua tamen emphyteusi Ecclesiastica desideratur scriptura. *Nov. 7. præf. §. 1. Nov.* 120. *c. 6. §. 2. & c. 7. §. 1.*

6. *Ut id cultius.* Hic enim & olim fuit & nunc

est finis & effectus emphyteuseos. *l.* 1. *& seq. C. h.*

7. *Et certum Canonem.* Canon est exigua pensio annua, quantitati fructuum & valori rei neutiquam respondens, distincta a mercede & salario, quæ privatis *Canon*, civitatibus soluta *Vectigal* dicitur. *l.* 3. *C. l.* 1. *D. h.* v. Brisson. *de Verbor. signif.*

8. Ex quibus principiis facile colligitur, canonem ob incursionem hostium, sterilitatem, aliamve cœli solive calamitatem, non remitti, &, ut totius rei ad dominium, ita partis interitum ad emphyteutam pertinere. *l.* 1. *C. h.* & emphyteutam omnibus oneribus fundi solvendis obnoxium esse. *v. t. C. Sine cens. vel rel. l.* 2. *C. h. t.*

9. Adeo autem de naturâ emphyteuseos est canonis præstatio, ut eâ in Ecclesiasticâ per biennium, in seculari per triennium procrastinatâ, jus emphyteuseos ad dominum directum revertatur. *l.* 2. *C. h. Nov.* 7. *c.* 3. §. 2. *Nov.* 120. *c.* 8. etiamsi partem canonis solverit emphyteuta. *arg. l.* 78. §. 2. *de Contr. empt.* junct. *l.* 6. *C. de Dist. pign. l.* 56. *de Cond. & dem.* aut maturata solutione moram purgare paratus sit. *l.* 2. *C. h. l.* 23. *D. de O. & A. l.* 12. *C. de Contr. & comm. stip.*

10. Ita tamen ut canonis solutioni, omnique juri dominii directi 30. annorum spatio, non tantum à tertio, sed & ab ipso Emphyteutâ, positis terminis habilibus, præscribi possit. *l.* 3. *l.* 4. *C. de Præs.* 30. *vel* 40. *ann.* Non obstat *l.* 3. *l.* 7. §. *ult. C. eod.*

11. Ex Contractu emphyteuticario nascitur actio personalis emphyteuticaria, *competens*, non tantum *Domino*, *ejusque heredi*, *contra emphyteutam*, *ejusque heredem*, *ad id*, *quod vel ex natura hujus contractus*, *vel ex conventione debetur*;

12. Sed

12. Sed & *Emphyteutæ contra dominum, si vel rem aliam, quam convenerit, in emphyteusin dederit, vel emphyteutam frui prohibuerit; ad rem ipsam, aliaque ex æquo & bono, & natura hujus contractus præstanda.*

13. Effectus emphyteuseos constitutæ est, quod emphyteuta, non modo quamlibet utilitatem & commoditatem, sed & jus dominio proximum, seu dominium utile, in re emphyteuticaria, & utilem rei vindicationem, contra quemvis possessorem, ipsumque etiam dominum directum consequatur. *l.* 1. *pr.* & §. 1. *h. arg. l.* 23. *D. de R. V.*

14. Unde & emphyteusin pro lubitu alienare & oppignorare potest. *l.* 71. §. *pen.* & *ult. de Leg.* 1. *l.* 16. §. *ult. de Pign. act. l.* 31. *de Pign.* & *hyp. l.* 219. *de V. S.*

15. Modo, si emphyteusin vendat, domino mature denunciet, ipsique præ aliis intra duos menses emendi potestatem faciat, &, si quocunque titulo alienet, laudemium, seu quinquagesimam pretii partem præstet. *l.* 3. *C. h.*

16. Acquiritur jus emphyteuseos (1. Ultima voluntate. *arg. l. pen. C. de Usufr.* (2. Contractibus per traditionem confirmatis. *l.* 3. *de O.* & *A.* junct. *l.* 20. *C. de Pact.* (3. Usucapione, seu longi temporis præscriptione. *arg. l. ult. inf. C. de Præscr. long. temp. l.* 2. *C. de Serv.* & *aq. l. un. C. de Usuc. transf. l.* 14. *C. de Fund. patrim.* (XI. 61.) (4. Præscriptione longissimi temporis. *l.* 3. *l.* 4. *l.* 7. *C. de Præs.* 30. *vel* 40. *ann.*

17. Exstinguitur (1. Per consolidationem (2. Per corruptionem aut deteriorationem rei. (3. Non soluto intra biennium vel triennium canone. *Auth. Qui rem. C. de SS. Eccl.* (4. Lapso tempore in testamento vel contractu expresso. Non au-

 tem

tem perit morte domini directi, aut emphyteutæ. *arg. l.* 9. *de Prob.* §. 1. *l. de Perp. act.* sed ad heredes transmittitur. *Nov.* 120. *c.* 6. abrogatâ, hac in parte, *Nov.* 7. *c.* 3. nisi aliter pacto, vel testamento cautum sit. *d. N.* 120. v. *l.* 219. *de V. S.*

DIGESTORUM

LIBER VII.

TIT. I.

De Usufructu, & quemadmodum quis utatur fruatur. Cod. 3. 33.

1. Servitus in genere est, *jus in re, quo res aliena alterius rei vel personæ servit.* Dixi: *jus in re*, *v. l.* 2. *b. l.* 3. §. 12. *ad Exhib. l.* 13. *C. de Jud.*

2. *Res aliena:* quia res sua nemini servit. *l.* 5. *Si us. pet. l.* 26. *de Servitut. præd. urb.*

3. *Alterius rei vel personæ.* Servitus enim est vel prædialis, vel personalis, nulla mixta, per quam persona servit rei. Diss. alii per *l.* 44. *de Manum. test.*

4. *Servit*, i. e., Utilitatem præstat, sine qua nulla servitus esse potest. *l.* 15. *de Servit.* sic tamen, ut sufficiat utilitas etiam futura. *l. pen. de Servit. l.* 10. *de Serv. præd. rust.*

5. Servitute concessa tacite comprehenduntur omnia, sine quibus utilitas inde percipi nequit. *v. l.* 10. *de S. P. U. l.* 3. §. *ult. de Servit. præd. rust. l.* 2. *de Jurisd.*

6. Servitus autem præstatur, quoties dominus præ-

prædii servientis in suo aliquid pati, aut non facere cogitur ad utilitatem rei, vel personæ alienæ. *l.* 15. §. 1. *de Servit.* nisi aliud conventum sit, vel natura servitutum aliud exigat, ut in servitute oneris ferendi. *v. l.* 33. *de S. P. U. l.* 8. §. 2. *Si serv. vind.* vid. *tit. de Serv. Præd. urb. th.* 11.

7. Servitutis personalis species sunt. 1. Ususfructus. 2. Usus. 3. Habitatio. 4. Operæ servorum.

8. Ususfructus in genere est, vel quælibet fructuum perceptio, sive Dominii, sive alio jure facta. *l.* 4. *h. l.* 126. §. 1. *de V. O. l.* 21. §. 3. *de Exc. rei jud.* qui à Doctoribus dicitur *Causalis*, vel facultas percipiendi fructus à proprietate separata, quo sensu definitur *jus alienis rebus utendi fruendi, salva rerum substantia. l.* 1. *D. pr. I. h. t.* qui dicitur *Formalis*, & proprie est Servitus, cum alia species sit effectus dominii.

9. Ususfructus est vel Verus, vel Quasi Ususfructus, de quo in *Tit.* 5.

10. Verus Ususfructus consistere potest in quibusvis rebus, quæ, salvâ substantiâ, utilitatem fruenti præstare possunt, sive mobiles sint, sive immobiles. §. 2. *Inst. l.* 7. *D. h.* sive corporales, sive incorporales. *l.* 9. §. 1. *h. l.* 3. *de Us. ear. rer. l.* 37. *de Us. leg.*

11. Ususfructus constituitur vel ipso jure, vel facto hominis. Ipso jure (1. Patri in bonis adventitiis filiifamilias. §. 1. *l. Per quas pers. l.* 6. *C. de Bon. quæ lib.* exceptis quibusdam casibus, quos v. infra *ad tit. de Pecul. thes.* 15. (2. Patri in dimidiâ parte bonorum adventitiorum filii emancipati. *l.* 6. §. 3. *C. de Bon. quæ lib.* §. 2. *l. per quas pers. cuiq. adq.* (3. Conjugi ad secundas nuptias transeunti in bonis ex liberalitate defuncti conjugis

aut succeſſione liberorum perceptis. *l.* 3. *l.* 5. *Auth. ſeq. C. de Sec. Nupt. Nov.* 22. *c.* 46. (4. Matri inopi in bonis liberorum, cum ipſa patri defuncto ſuccedentium, vide *Nov.* 117. *c.* 5. *& infr. tit. ad SC. Tertull. th.* 33. *& ſeq.*

12. Facto hominis conſtituitur (1. à Judice in judiciis diviſoriis, ſi res alium exitum non habeat, *l.* 6. §. 1. *b. l.* 6. §. 10. *Comm. div. l.* 16. §. 1. *Fam. erc.* §. 4. *& ſeqq. I. de Off. jud.* (2. à privatis vel ultimâ voluntate, quæ eſt ſimul titulus & modus hujus adquiſitionis, §. 1. *I. h. t. D. de Uſu & uſufr. leg. l.* 80. *de Leg.* 2. *l.* 64. *de Furt.* vel inter vivos, pactionibus & ſtipulationibus. *d.* §. 1. *I. l.* 3. *D. h.* §. 4. *I. d. Servit. præd.*

13. Quo modo promiſſus actione perſonali condici, accedente autem quaſi traditione verè conſtitutus, actione in rem confeſſoria vindicari poteſt. *l.* 3. *de O. & A. l.* 20. *C. de Pact. l. pen. C. de Uſufr. l.* 1. *D. Si uſusfr. pet. l.* 4. *Si ſerv. vind.*

14. Fit autem quaſi traditio in hac, aliisque ſervitutibus, vel per ceſſionem in Jure. *Ulp. in fragm. tit.* 19. §. 9. *& ſeqq. l.* 39. *de S. P. U. l.* 11. *l.* 14. *de S. P. R.* vel per cautionem, *l.* 3. §. 2. *de Act. emt.* vel per uſum à parte uſufructuarii, & patientiam à parte conſtituentis. *l. ult. de Servit. l.* 11. §. 1. *de Publ. act. l.* 1. *in f. de S. P. R.*

15. Conceditur vel pro diviſo vel pro indiviſo, *l.* 5. *b. l.* 6. §. 1. *Comm. præd.* vel ad tempus, aut ſub conditione, vel pure, *l.* 5. *C. b. l.* 16. §. 2. *Fam. erc.* vel in re ſingulari, vel in parte Bonorum, aut omnibus Bonis. v. *l.* 34. §. *ult. b. l.* 37. *l. ult. de Uſ. leg. l.* 29. *b. t.* junct. *N.* 18. *c.* 3.

16. Sed & uſucapione ad exemplum rerum corporalium acquiri poteſt. *l. ult. C. de Long. temp. præſ.* ſecus quam jure veteri. *l.* 3. *pr. de Adq.*

Adq. poss. l. 43. §. 1. *de A.R.D. l.* 44. §. 5. *de Usuc.*

17. Vis & effectus constituti usus fructus est, quod Usufructuarius ex re, ejusque accessione omnia emolumenta, omnemque utilitatem, quæ salvâ rei substantia, salvaque natura usus fructus percipi possunt, non modo ad necessitatem, sed & ad compendium & voluptatem percipiat. *l.* 7. *pr. l.* 9. *l.* 28. *l.* 41. *& passim h. t.*

18. Unde & lapicidinarum & metallorum, & alluvionis & seminarii fructum habet. *d. l.* 9. & aucupiorum quoque ac venationum & piscationum reditus ad eum pertinent. *d. l.* 9. §. 1. 5. quod quo sensu sit intelligendum, vide in *l.* 62. §. 1. *h. t. l.* 26. *D. de Usur. l.* 16. *de S. P. R.*

19, Hinc & arboribus demortuis, substitutis in ipsarum locum aliis, fruitur. *l.* 18. *h.* ut & vi tempestatis dejectis, quatenus id ad usum villæ necessarium est. *l.* 12. *pr. l.* 19. §. 1. *h.* atque omne genus fructibus, sive naturalibus sive civilibus. *l.* 58. *h. l.* 12. §. 2. *h.*

20. Thesaurus tamen & partus ancillæ non sunt in fructu. §. 39. *I. de R. D. l.* 7. §. 12. *Sol. matr.* §. 37. *I. de R. D. l.* 28. §. 1. *de Usur. l.* 68. *h.*

21. Ut vero fructuarius fructus acquirat, necesse est, ut vel ipse, vel ejus nomine alius, eos perceperit. *l.* 13. *Quib. mod. us. am.* §. 36. *I. de R. D. l.* 12. §. 5. *l.* 27. *h. l.* 48. §. 1. *eod.* Unde, mortuo usufructuario, fructus nondum percepti non transmittuntur ad ejus heredes, *d. l.* 13. *d.* §. 36. *l.* 8. *de Ann. legat.* nisi quod fructus civiles, ut pensiones & mercedes, pro rata temporis dividuntur inter proprietarium & fructuarii heredes, si quidem percipiantur ex rebus non frugiferis, ut ædibus, operis servorum, &c. *l.* 26. *h.* si autem ex fundo frugifero, debentur heredibus

fructuarii, licet is, perceptis jam à colono fructibus, mortuus sit, antequam pensionis dies venisset. v. *l.* 58. *b. t.*

22. Sed & his commodis non tantum ipse frui, verum & alteri ea locare, aliove titulo concedere potest. *l.* 12. §. 2. *l.* 38. *l.* 39. *l.* 67. *b.* §. 1. *l. de Us. & Habit.*

23. Quanquam ipsum jus Ususfructus cedere nequeat, nisi domino proprietatis. §. 3. *l. b. v. infra tit.* 4. *tb.* 6.

24. Hinc consequitur, dominum proprietatis non posse impedire, quo minus Usufructuarius hoc jure suo libere utatur. *l.* 15. §. 6. 7. *l.* 16. *l.* 17. *b.* sed potius teneri ad omnia hunc in finem necessaria. *l.* 19. §. 1. *l.* 30. *b.*

25. Sed &, hoc amplius, non modo invito, verum etiam consentiente usufructuario, servitutem fundo fructuario imponere prohibetur, nisi conditio fructuarii non fiat inde deterior. *d. l.* 15. *in f. l.* 16. *b.* Quæ sententia cum & rationem & notissimam juris regulam offendat, (*vid. l.* 145. *de R. J.* §. 8. *l. de Obl. ex del. l.* 2. §. 4. §. 7. *l.* 3. *l.* 7. *de Relig.*) *d. lex* 15. varie explicari & emendari solet. Ego pro *ne quidem* legendum suspicor *equidem*.

26. Quia autem ratio naturalis vult, eum sequi incommoda, quem sequuntur emolumenta, *l. un.* §. 4. *C. de Cad. tol. l.* 10. *de R. J.* necesse est, ut Usufructuarius sustineat tam ordinaria, quam extraordinaria rei fructuariæ onera, ut vectigalia, stipendia, tributa. *l.* 7. §. 2. *b. l.* 7. *de Public. & Vectig. l.* 27. §. 3. *l.* 64. *l.* 65. *b. l.* 28. *de Usufr. leg.*

27. Officium Usufructuarii est, ut utatur jure suo, sicuti bonum, frugi, & diligentem patremfamilias decet. *l.* 9. *l.* 13. *l.* 65. *b.* §. 31. *I. de R. D.*

Quare

Quare causam proprietatis deteriorem reddere prohibetur, quanquam meliorem facere potest, *p. l.* 13. §. 4. 5. *l.* 44. *l.* 61. *b. l.* 2. *Si usf. pet.* unde tenetur ædes fartas tectas tueri. *l.* 7. §. 2, *l.* 64. *b.* arbores adferere. *d. l.* 7. §. 3. *l.* 18. *b,* agros proscindere. *l.* 13. §. 2. *b,* gregem supplere, & in locum demortuorum capitum alia ex fœturâ submittere. *d.* §. 38. *l.* 62. §. 1. *l.* 68. §. *ult. l.* 69. *b.* aliasque boni patrisfamilias partes implere, adeoque præstare levem, non levissimam culpam. *l.* 9. §. 2. *l.* 65. *b. l.* 1. §. *ult. l.* 2. *Usf. quemadm. cav.* §. 38. *I. de R. Div.*

TIT. II.

De Usufructu accrescendo.

1. Jus accrescendi, ut in corporibus legatis, ita & in legato Usufructu locum habet, sic ut, si ejusdem rei Ususfructus pluribus conjunctim relictus sit, portio deficientis usufructuarii accrescat superstitibus, etiamsi illi concursu jam partes fecerint, vel suam partem amiserint: portio enim hic accrescit personæ, non rei. *l.* 1. §. 3. *l.* 10. *b. l.* 33. §. 1. *de Usufr. l.* 14. §. 1. *de Exe. rei jud.* §. *ult. I. de Usufr.* & *ibi Vinn.*

2. Modo conjuncti sint re, vel re & verbis simul; nam inter conjunctos verbis tantum jus accrescendi non habere locum, verius est. *l.* 1. *pr.* & §. 3. *l. pen. b.* §. 8. *I. de Leg. v. l.* 142. *de V. S. l.* 98. *de Leg.* 3. *infr. tit. de Legat.* & *fideic. th.* 35. & 36.

3. Nec obstat huic juri accrescendi, quod servitutes sint individuæ; *l.* 72. *de V. O. l.* 1. §. 9. *ad L. Falc. l.* 6. §. 1. *Comm. præd.* ususfructus enim,

 con-

contra communem regulam, dividuus est. *l.* 5. *de Usufr. l.* 14. *Quib. mod. us. am.*

TIT. III.

Quando dies Ususfructus legati cedat.

1. Diem cedere & venire quid sit, notum est ex *l.* 213. *de V. S.*

2. Dies Ususfructus, sive pure, sive ex die legati, non cedit nisi ab adita hereditate, aut existente die apposito. *l. un.* §. 2. 3. *h.* sic ut, qui ante diem petit, nihil agat. *d. l. un.* §. *ult.*

3. Ususfructus in singulos annos aut menses relicti dies non semel, sed quovis mense, vel anno cujusque legati cedit, quia plura sunt legata. *l. un. pr.* & §. 2. *h. t.*

TIT. IV.

Quibus modis Ususfructus vel Usus amittatur.

1. Ususfructus amittitur morte naturali Usufructuarii. §. 3. *I. de Usufr. l.* 3. §. *ult. l.* 5. *h. l.* 12. *C. de Usufr. l.* 57. *D. Sol. matrim. l.* 8. *de Ann. leg.* Nisi heredi expresse sit relictus. *d. l.* 5. *pr. l.* 38. §. 12. *de V. O.* quo casu ad primos tantum heredes transmittitur. *l.* 14. *C. de Usufr.*

2. Ususfructus civitati vel alteri universitati relictus exstinguitur vel spatio 100. annorum, *l.* 56. *de Usufr. l.* 8. *de Usufr. leg. l.* 23. *C. de SS. Eccles.* vel cum civitas aut universitas aratrum passa vel aliter exstincta est. *l.* 21. *h. t.* ubi v. *Gothofr. l.* 239. *de V. S.*

3. Etiam morte civili Usufructuarii, id est, maxi-

maxima & media capitis diminutione. *d.* §. 3. *I. de Usufr. l. pen. C. eod. l.* 1. 2. 3. *b.* nisi aliud in constituendo Usufructu convenerit. *l.* 3. *l.* 5. *b. l.* 23. *de Us. leg.*

4. Item Usucapione, vel præscriptione *l. pen.* §. 1. *C. de Usufr. l. pen. C. de Servit.*

5. Non utendo per modum definitum & expresse adjectum. §. 3. *I. de Usufr. v. l.* 4. §. 1. *de Servit. l.* 11. *l.* 18. *Quemadm. serv.*

6. Consolidatione seu conjunctione, vel confusione proprietatis cum Usufructu, ut, ex. gr., cessione factâ proprietario. *d.* §. 3. Nam cedendo extraneo adeo nihil agitur, ut nec proprietario, nec extraneo Usufructus acquiratur, nec cedenti adimatur. *d.* §. 3; excepto casu *legis* 66. *de J. dot.*

7. Lapsu temporis, ad quod erat concessus, *l.* 5. *C. de Usufr. l.* 15. *b. l.* 16. §. 2. *Fam. erc.*

8. Totius rei interitu. *d.* §. 3. *l.* 5. §. 2. *b. l.* 53. *de Usufr.* In re semel exstinctâ & postea restituta, sic ut plane eadem res sit, revivi̇scit Ususfructus. *l.* 36. *de Usufr. l.* 10. §. 1. & *seqq. l.* 23. *l.* 26. *b.*

TIT. V.

De Usufructu earum rerum, quæ usu consumuntur.

1. Quasi ususfructus est *jus, quo quis rebus alienis fungibilibus abuti potest, ut suis, ea lege, ut, finito hoc jure, vel res ejusdem quantitatis & qualitatis, vel æstimationem earum restituat, eoque nomine cautionem præstet.* §. 2. *I. de Usufr. l.* 5. §. 1. *l.* 7. *b.*

2. Consistit in rebus fungibilibus, quæ non ad-

admittunt usum sui, nisi cum sui interitu, adeoque & in vestimentis quotidianis *d.* §. 2. non in scenicis, aliisque rarioris usus, quæ magis ætati sunt ferendæ. *l.* 15. §. 4. 5. *de Usufr.* arg. *l.* 12. §. 1. *eod.* *l.* 12. *Usufr. quemadm. cav.* *l.* 1. *l.* 9. §. 3. *eod.* Diff. alii.

3. Quasi Usufructus iisdem fere modis constituitur, quibus verus, adeoque non modo ultima voluntate, sed & inter vivos; quo modo constitutus differt à Mutuo.

4. Finitur morte & capitis diminutione Quasi fructuarii *l.* 9. *l.* 10. *b.*

5. Ut & lapsu temporis, ad quod constitutus est, & cessione rei, facta proprietario, non autem abutendo, nec rei interitu.

TIT. VI.

Si Usufructus petatur, aut ad alios pertinere negetur.

1. Ex Usufructu constituto competit Usufructuario actio Confessoria in rem. §. 2. *I. de Act.* *l.* 5. *pr. b.* contra quemvis possessorem, aut turbatorem, aut liti se offerentem, *l. ult. b.*

2. Ad id ut possessio rei fructuariæ restituatur, vel relinquatur, & facultas præstetur eâ pro lubitu utendi fruendi. *l.* 5. §. *ult. b.*

3. Negatoria datur domino rei, nulli Usufructui obnoxiæ, ad rei suae libertatem, contra quoslibet turbatores aut usufructus petitores, asserendam. *l.* 5. §. *ult. b.*

TIT.

TIT. VII.

De Operis servorum. Cod. 3. 33.

1. Operæ servorum sunt *jus percipiendi quamlibet utilitatem ex operis servi alieni. l.* 1. *l.* 3. *h.*

2. Differt hæc servitus ab Usufructu. *l.* 1. §. 9. *ad L. Falc.* quatenus (1. In eo plus est. *v.* §. 4. *J. Per quas pers.* (2. Hae usucapto servo exstinguuntur, *l.* 2. *de Us. leg.* illæ non item. *l.* 17. §. *pen. de Usufr. l.* 44. §. 5. *de Usucap.*

3. Differt ab usu, *d. l.* 1. §. 9. quatenus in operis plus est, quam in usu. *d. l.* 2. *de Us. leg.*

4. Differt denique ab utroque, quatenus nec non utendo, nec morte, nec capitis diminutione legatarii, sed sola morte, vel usucapione servi amittitur. *l.* 2. *h. l.* 2. *de Us. legat.*

TIT. VIII.

De Usu & Habitatione. Cod. 3. 33.

1. Usus est *jus utendi rebus alienis, salva earum substantia.* §. 1. *I. l.* 10. *in f. D. h.*

2. Hujus servitutis effectus est, quod Usuarius ex re, huic oneri obnoxiâ, sumere possit quantum, pro personæ suæ qualitate, ad quotidianam necessitatem, sibi suæque familiæ desiderat. §. 2. *I. l.* 12. §. 1. 4. *D. h.*

3. Hinc, licet ea, quae in fructu sunt, aut ad compendium & emolumentum pertinent, non percipiat usuarius, *l.* 10. *l.* 14. §. 1. *h.* usu tamen pecorum relicto, non modo excrementis eorum agrum stercorare, §. 4. *I. h.* sed & modico lacte, similibusve, vel ex praesumpta voluntate testato-

ris,

ris, vel ex ipsâ rei, alium usum non admittentis, natura, ex æquo & bono uti potest. *l.* 12. §. 1. 2. 3. 4. *l. pen. pr.* & §. 1. *h. l.* 10. §. 1. *de Usf. ear. rer.*

4. Usu ædium relicto, non modo ipse cum familia habitare, sed & hospitem, & uxorem, & clientes & inquilinum recipere potest. §. 2. *I. l.* 2. 3. 4. & *seq. h. t.*

5. Cum autem hujus servitutis utilitas sola utentis necessitate circumscribatur, consequitur, usum vendi, locari, donari non posse. *l.* 8. *pr. l.* 11. *h.* & usuarium ad refectionem aut onera rei non teneri, nisi omnes fructus ad suam necessitatem consumat. *l.* 15. *l.* 18. *h.*

6. Ex quibus omnibus longe maximam inter usum & usumfructum differentiam colligere est, quæ tamen, pro subjectæ materiæ diversitate, vel major, vel minor est, vel aliquando nulla.

7. Modi autem, quibus, & res, in quibus constituuntur, vix differunt. *pr. I. l.* 10. *D. h. t.*

8. Habitatio est *jus alienas ædes inhabitandi salvâ earum substantiâ.* §. 5. *I. l.* 5. *C. h.*

9. Hanc servitutem qui habet, tantum vel ipse habitare, vel aliis habitandas ædes concedere potest. *d.* §. 5.

10. Unde differentia ejus ab usu & usufructu apparet, licet jure veteri proxime ad usum, jure novo propius ad usumfructum accedat. *l.* 15. *D. l.* 13. *C. h. t.*

11. Modi amittendi & acquirendi iidem sunt; nisi quod, ne jure veteri quidem, minima capitis diminutione amitteretur. *l.* 10. *pr. h. l.* 10. *de Cap. min.*

TIT.

TIT. IX.

Usufructuarius quemadmodum caveat.

1. Ut dictis servitutibus suus effectus constet, à fructuario, usuario & habitatore præstanda cautio, se usuros fruituros boni viri arbitratu, seque rem finita servitute salvam & integram restituturos. *l.* 1. *l.* 5. *h. l.* 13. *de Usufr.*

2. Quasi fructuarius cavet, se rem eandem in genere, vel æstimationem ejus restituturum. *l.* 7. *l.* 8. *de Usufr. ear. rer. l.* 7. §. 1. *h.* §. 2. *l. de Usufr.*

3. Cautionem autem hic desiderari fidejussoriam, certum est. §. 2. *l. de Usufr. l.* 1. *l.* 5. §. 1. *h. l.* 7. *de Præt. stipul.*

4. Quanquam, si fidejussores inveniri nequeant, pignoribus, sed &, his deficientibus, jurejurando quandoque caveri posse videatur. *arg. Auth. Generaliter. C. de Ep. & Cler. l.* 15. *Qui sat. cog. l.* 6. *Si cui plus quam per L. Falc.*

5. Atque haec cautio tantæ necessitatis est, ut eam ne ipse quidem testator remittere possit, imo nec uxor marito. *l.* 6. *D. l. pen. C. Ut in poss. leg. l.* 1. *C. de Usufr.* Nec est contrarium in *l.* 1. *pr. Ut in possess. legator. vel fideicomm.* vide *l.* 2. *l.* 7. *C. eod. tit. Bronkh. cent.* 3. *enant. assert.* 58. *Voet. ad h. t. n.* 9. & 10.

6. Præstanda cautio ab omnibus cujusvis generis & conditionis personis, usumfructum, similemve servitutem, quovis modo constitutam, habentibus. *l.* 1. *l.* 4. *C. de Usufr. l.* 1. §. 2. *h.*

7. Præstatur domino, vel, si plures sint, omnibus. *l.* 13. *de Usufr. l.* 8. *l.* 9. §. *ult. h. t.*

8. Qui cavere recusat, à commodo servitutis repellitur. *d. l.* 13. *pr. de Usufr. l.* 1. *C. eod.*

9. Ces-

9. Cessat cautio, si ab eo, qui eam exigendi jus habet, veluti herede, vel tacite, vel expresse sit remissa. *l.* 46. *D. l. pen. C. de Pact. l.* 71. *ad L. Falc.*

10. Ipso jure remittitur (1. Fisco. *l.* 1. §. 18. *l.* 6. §. 1. *Ut leg. seu fideic. caus. l.* 2. *in f. de Fund. dot.* (2. Patri in bonis liberorum adventitiis. *l.* 17. *in fin. de Test. tut. l. ult.* §. 4. *in f. l.* 6. §. 2. *C. de Bon. quæ lib.* (3. Donatori proprietatis, retento ususfructu. *arg. l.* 28. *de R. J. l.* 62. *D. de Æd. Ed.* (4. Cui proprietas ex die certo, ususfructus pure relictus est. *l.* 9. §. 2. *h.*

DIGESTORUM

LIBER VIII.

TIT. I.

De Servitutibus. Cod. 3. 34.

1. Servitus Prædialis est *jus, quo alienum prædium nobis, seu rei nostræ, servit, id est, utilitatem præstat. l.* 8. §. 1. *l.* 15. *h.*

2. *Alienum prædium.* Quia res sua nemini servit. *l.* 26. *de S. P. U. l.* 33. §. 1. *de S. R. P. l.* 5. *Si ususfr. pet.*

3. *Rei nostræ.* Servitutes enim reales jura prædii sunt, non hominis. *l.* 20. §. *ult. de S. P. R. l.* 86. *de V. S.* §. 3. *I. h. l.* 6. §. 2. *Si serv. vind. l.* 1. *Comm. præd.* unde nec ultra prædii necessitatem extendi possunt. *l.* 5. *l.* 6. *l.* 24. *l.* 33. §. 1. *de S. P. R.*

4. Ui-

4. *Utilitatem præstat.* Sic tamen ut utilitas futura sufficiat. *l. pen. h. l.* 23. §. 1. *de S. P. U. l.* 10. *de S. P. R.* & utilitas in prædialibus quoque servitutibus, ut in personalibus, comprehendat ea, quæ ad voluptatem potius, amœnitatemque prædii spectant, quam ad necessitatem. Servitutem enim prædialem amœnitatis causa constitui posse, verius est, & contra summum jus legis 8. *h. t.* consuetudine & interpretatione JCtorum receptum. *l.* 1. §. 11. *l.* 3. *de Aq. quot. & æst. l.* 8. §. 1. *Si serv. vind. l.* 1. *de S. P. R.*

5. Unde consequitur, in servitutibus, ex quibus, citra prædiorum vicinitatem, nulla utilitas vel amœnitas percipi potest, requiri prædia vicina. *l.* 5. §. 1. *l.* 7. §. 1. *l.* 24. *de S. P. R. l.* 38. & *seq. de S. P. U.* In aliis, quæ etiam absque vicinitate prosunt, non item. *l.* 14. §. 2. *h. l.* 17. §. *pen. de Aq. & Aq. Pl. l.* 4. §. *ult. Si serv. vind. l.* 31. *l. ult. de S. P. R. l.* 6. *l.* 7. §. 1. *Comm. præd.*

6. Ad naturam servitutum pertinet (1. Ut dominus prædii servientis patiatur quid in suo, aut non faciat, non ut quid ipse faciat. *l.* 15. §. 1. *h.* Excepta servitute oneris ferendi. *l.* 6. §. 2 *l.* 8. §. 2. *Si serv. vind. l.* 33. *de S. U. P.* (2. Quod servitus per partes imponi & adquiri non possit, quia totum fundum huic oneri obnoxium reddit. *l.* 6. §. 1. *Comm. præd. l.* 13. §. 1. *l.* 26. *de S. R. P. l.* 9. *D. h. t.* (3. Quod servitus nec ad tempus, nec ex tempore, nec sub conditione ipso jure constitui possit, ut tamen doli, vel pacti exceptio obstet contra placita servitutem vindicanti. *l.* 4. *h. l.* 57. §. 4. *de V. O.*

7. Servitus prædialis est vel Urbana, vel Rustica. Prædia autem Urbana & Rustica non locus distinguit, sed usus. §. 1. *I. h. l.* 211. *l.* 166. *l.*

198. *de V. S.* quanquam alias differentiæ ratio etiam à locorum diversitate sumatur. *v. l.* 4. §. 1. *In quib. cauf. pign. l.* 1. *de Reb. cor. l.* 22. *C. de Adm. tut. l.* 2. *de S. P. R.*

8. Unde constat, servitutem rusticam aut urbanam non ex se & suâ naturâ esse talem, sed ex ratione prædii dominantis, cui debetur. Sic ut eadem servitus ex Urbanâ Rustica, & versâ vice ex Rusticâ Urbana fieri possit. *l.* 2. *de S. P. R.* junct. *l.* 2. *de S. P. U. l.* 20. §. 1. *eod. l.* 11. §. 1. *de Publ. act.* Quemadmodum, hoc amplius, servitutes suâ naturâ prædiales possunt fieri personales. *l.* 6. *de S. R. P. l.* 1. §. 1. *l.* 20. *inf. de S. P. R.* junct. *l.* 14. §. *ult. de Alim. leg. l.* 32. *de Usufr.* junct. §. 2. *I. h. pr. I. h. t.* junct. *l.* 21. *de Usu & Habit. l. pen. de S. P. R. l.* 1. §. 12. *de Aq. quot.*

9. Servitutes prædiales constituuntur fere, ut personales, veluti per ultimam voluntatem, per conventiones inter vivos, accedente quasi traditione. §. 4. *I. h.* §. 1. *I. de Usufr.* Nam nudis pactionibus & stipulationibus non constituuntur, ut actione in rem vindicari possint, sed promittuntur, ut inde actio in personam & exceptio competat. *l.* 3. *de O. & A. l.* 20. *C. de Pact. l. pen. C. de Usufr. l.* 4. *h.*

10. Usucapionem quod attinet, olim usucapi non potuerunt servitutes, ob rationem *l.* 43. §. 1. *de A. R. D. l.* 3. *pr. de A. P. l.* 14. *h. t.* quod & confirmatum postea L. Scriboniâ. *l.* 4. §. *ult. l.* 10. §. 1. *de Usuc.* Sic tamen ut præscriptione longi temporis, cujus memoria non exstat, acquiri possent. *l.* 3. *de Loc. & itin. Pub. l.* 3. §. 4. *de Aq. quot.* modo possessio esset sine vitio acquisita. *l.* 10. *Si serv. vind. l.* 2. *l.* 7. *C. h. t.*

11. Tandem Justinianus confusâ cum usucapione

plone longi temporis præscriptione, ut servitutes prædiales; ad exemplum rerum immobilium, usucapi possint, constituit in *l. ult. in f. C. de Long. temp. præs. l. un. C. de Usuc. transf.*

TIT. II.

De Servitutibus Prædiorum Urbanorum.

1. Servitutes urbanæ sunt 1. Jus altius tollendi, quod est *jus, quo quis tenetur pati, vicinum ædes suas altius tollere, cum id ei lege, certum ædificandi modum præscribente; non esset permissum. v. l. 1. l. 9. l. 11. C. de Ædif. priv. l. 1. §. 17. de Op. Nov. nunc. Tacit.* 15. 43. Diff. alii.

2. Jus altius non tollendi, *quo vicinus, ad utilitatem prædii vicini, altius, quam ad certum modum, tollere prohibetur. l. 2. h.* Alioquin cuilibet integrum est ædes suas, etiam cum incommodo alterius, altius tollere. *l. 9. l. 10. l. 24. h. l. 24. §. ult. de Damn. infect. l. 8. §. 5. Si serv. vind. l. 61. l. 55. de R. J.*

3. Ne luminibus officiatur. *l. 22. & seqq. h.* quæ differt à servitute altius non tollendi. *l. 2. l. 4. l. 17. D. §. 2. I. h.* Diff. alii.

4. Stillicidii avertendi, vel non avertendi. *l. 2. l. 20. §. 2. & seqq. h. §. 1. I. h.*

5. Fluminis avertendi, vel non avertendi. *l. 1. l. 20. §. 5. D. §. 1. I. h. t.*

6. Tigni immittendi. *§. 1. I. l. 2. D. h. l. 8. §. 1. Si serv.*

7. Projiciendi. *v. l. 2. h. l. 242. de V. S.*

8. Servitus luminum. Quæ est *jus, quo vicinus cogitur admittere meam fenestram in suo vel communi pariete. l. 4. l. 8. l. pen. h. Caj. Inst. lib. 2.*

lit.

tit. 1. *l.* 8. *C. h. t. l.* 11. *D. Si serv. vind.* In pariete proprio fenestram aperire licet jure libertatis, ad lumen, vel prospectum, etiam cum incommodo vicini. *l.* 8. §. 5. *Si serv. vind. l. ult.* §. *ult. h.* Diff. alii.

9. Servitus prospiciendi seu prospectus. *l.* 1. *l.* 16. *h.* §. 2. *l. de Act.* quâ licet in fundum vel aream vicini prospectum habere, cum id consuetudine, vel lege prohibitum esset. v. *l.* 12. §. 3. *C. de Ædif. priv.*

10. Ne prospectui officiatur. *l.* 3. *l.* 15. *h.*

11. Servitus oneris ferendi, quâ vicini paries vel columna nostrarum ædium onus fert. *l.* 33. *h.* Sic ut vicinus hunc in finem parietem vel columnam suam reficere teneatur. *d. l.* 33. *l.* 6. *l.* 8. *Si serv. vind.*

12. Servitus cloacæ. v. *l.* 7. *de Serv.* junct. *l.* 28. *h.* & *tit. seq.*

13. Effundendi mittendique in fundum vicini. *l.* 8. §. 5. *Si serv.*

14. Fumum immittendi. *d. l.* 8. §. 5. *l. pen. de Injur.*

15. Positum habendi in fundo vicini. *l.* 17. §. 1. *Si serv. vind.* Et si quæ sunt id genus aliæ.

TIT. III.

De Servitutibus Prædiorum Rusticorum.

1. Servitutes rusticæ sunt 1. Iter, cujus definitionem v. in *pr. I. l.* 1. *D. h.* Ire autem est & equo commeare, & sellâ & lecticâ vehi. *l.* 7. *l.* 12. *h.*

2. Actus. v. *pr. I. de Servit. d. l.* 7. *l.* 12. *l.* 13. *h. t.* Unde actus & iter continet, ut dominus prædii do-

dominantis etiam sine jumento ire possit. *dd. ll.* nisi expresse testamento vel conventione aliter cautum sit. *l. 4. §. 1. Si serv. vind.* quanquam caveri non possit, ne dominus, agens jumentum vel vehiculum, simul eat. *l. 1. de Adim. leg.*

3. Via, cujus definitionem & naturam v. in *l. 7. l. 8. l. 23. l. 13. §. 2. h. t. pr. I. de Servit.*

4. Aquæductus, *pr. I. de Servit. l. 1. l. 9. l. 15. h. l. 3. pr. de Aq. quot.* Cæterum hæc servitus etiam ita constitui potest, ut aquam quærere & inventam ducere liceat. *l. 10. h.* vide *l. ult. Si serv. vind.*

5. Aquæ haustus, i. e., jus hauriendi aquam ex fundo, vel fonte alieno, ad utilitatem fundi nostri. *l. 5. §. 1. l. 9. h. v. l. 14. §. ult. de Alim. leg.*

6. Pecoris ad aquam appulsus. *l. 1. §. 1. h.*

7. Jus calcis coquendæ. *d. l. 1. §. 1. l. 6. h.*

8. Jus arenæ fodiendæ. *d. l. 1. §. 1.*

9. Jus pascendi. *d. l. 1. §. 1. l. 3. h.*

10. Jus pedamenta sumendi. *d. l. 3. §. 1. l. 6. §. ult. h. l. 1. §. 1. de Tign. junct.*

TIT. IV.

Communia Prædiorum tam Rusticorum, quam Urbanorum.

1. Quanta sit inter rusticas urbanasque servitutes similitudo & adfinitas, tum ex superioribus, tum ex sequentibus colligere est.

1. Omnes sunt individuæ. *l. 2. §. 1. l. 72. de V. O. l. 4. §. 4. l. 6. §. 4. Si serv. l. 17. de Servit. l. ult. de Serv. leg. l. ult. h. t.*

2. Omnes habent caussam continuam & perpetuam. *l. 28. de S. U. P. l. un. §. 4. de Fonte. l. 1.*

§. 5. 8. *de Aq. quot. & æst.* v. tamen *l. 2. h. t.* 8. §. 5. *Si serv. vind.*

3. Omnes, ex veriore sententiâ, pignori constitui & obligari possunt. *l.* 11. *inf. l.* 12. *de Pign. & hypot.* v. infra *Tit.* 3. *lib.* 20. *Thes.* 2.

4. Non possunt constitui sine prædiis, licet sine iis possint promitti. §. *pen. I. de Servit. l.* 25. §. 10. *Fam. erc. l.* 98. *de V. O. l.* 23. §. 1. *de S. P. U. l.* 10. *de S. P. R.*

5. Non possunt constitui ipso Jure ad tempus vel sub conditione. *l.* 4. *de Servit. l.* 56. §. 4. *de V. O.*

6. Omnes actione confessoria vindicari possunt. §. 2. *I. de Act. t. t. D. Si serv. vind.*

7. Omnes possunt jure veteri præscribi, jure novo usucapi, *l. ult. C. de Long. temp. præs. l.* 10. *pr. Si serv. vind. l.* 1. §. *ult. de Aq. & Aq. pl. l.* 5. §. *pen. de Itin. act. priv. vid. Supr. tit. de Servit, th.* 10. & *seqq.*

8. Omnes, æque atque aliæ res, sunt in bonis, seu in patrimonio. *l.* 5. §. 9. *de Op. nov. nunc. l.* 52. *de A. R. D. l.* 49. *de V. S.* junct. §. 2. *I. de Act. l.* 6. §. 1. & *ult. Si serv. vind. l.* 3. §. *ult. l.* 4. *Quæ in fraud. cred.* Non obstat *l.* 1. *D. de Us. & Usufr. leg.* vid. *Vinn. ad pr. Inst. de R. D.*

TIT. V.

Si servitus vindicetur, vel ad alium pertinere negetur.

1. Servitutum constitutarum effectus est jus in re, unde nascitur actio *Confessoria*; Ex jure verò dominii liberi *Negatoria.*

2. *Confessoria* est *actio in rem, competens domi-*

no

ne prædii, cui servitus, sive prædialis, sive personalis, constituta est. l. 1. l. 2. h. §. 2. l. de Act.

3. Contra quemvis possessorem & turbatorem illius servitutis. *l. 10. §. 1. h. t.* ut & contra eos, qui liti se obtulerunt, vel dolo possidere desierunt. *l. ult. Si usufr. pet.*

4. Ad id, ut Judex actori servitutem competere declaret, & reum in id, quanti actoris interest, servitutem turbatam non esse, condemnet, præstandamque cautionem, servitutem à se in posterum turbatum non iri, *l. 4. §. 2. l. 6. §. pen. l. 12. l. 18. h.*

5. Actio *Negatoria* est *actio in rem, competens domino prædii liberi & nulli, vel non illi, quæ petitur, servituti obnoxii. d. §. 2. I. l. 1. l. 4. §. 7. h.*

6. Contra quemvis, in eo prædio servitutem sibi afferentem. *d. l. 2. l. 8. §. 5. l. 17. pr. & § ult. h.*

7. Ad id, ut Judex declaret, prædium ab asserta servitute esse liberum, reumque condemnet ad id, quod actoris interest, servitutem usurpatam, & hoc prætextu liberum rei usum turbatum non esse, præstandamque cautionem, servitutem in posterum assertum non iri. *l. 4. §. 2. l. 7. l. 12. h. t.*

8. Creditoribus, quibus prædium pignoratum est, datur utilis confessoria. *l. 16. de Servit. l. 3. §. 3. l. 9. de Op. nov. nunc.* ut & Superficiariis. *l. 1. §. ult. de Superf.* Dominis prædium superius habentibus, cujus aquam domini prædiorum inferiorum, etiam citra servitutem, recipere tenentur. *l. 1. §. ult. de Aq. & Aq. pl. arc.* aliud exemplum v. in *l. ult. §. 1. C. de Servit. & Aq.* Ut & illis, qui diuturno usu servitutem nec vi, nec clam, nec precario sine justo titulo constitutam habent. *d. l. 1. l. 10. h. t.*

9. Non autem Usufructuario, nisi quatenus vindicat suum Usumfructum. *l. 1. pr. l. 5. §. 1. Si Usufr. pet. l. 1. §. 4. de Remission.* vel nomine procuratorio experitur. *l. 1. §. ult. de Novi oper. nunc.*

10. Cui Servitus a non domino constituta est, habet actionem Publicianam. *l. 11. §. 1. de Public.*

11. De aliis rebus aut juribus hæ actiones non dantur v. §. 2. *in f. J. de Action.*

TIT. VI.

Quemadmodum servitutes amittantur.

1. Servitutes amittuntur 1. Confusione, id est, si idem utriusque prædii dominus factus sit. *l. 1. h.* Idque in solidum: nam partis confusio pro parte tantum exstinguit servitutem. *l. 8. §. 1. D. de Servit. l. 27. l. 34. de S. P. R.* Sed nec confusio temporalis, veluti in prædio, sub conditione vel ex die legato, nocet. v. *l. 18. de Servitut. l. 38. §. 1. de Legat. 1. l. 2. §. pen. de Her. vend.*

2. Interitu alterutrius prædii, vel caussæ, unde servitus debetur. *l. 14. h. v. l. 34. §. 1. l. 35. D. de S. P. R. l. 33. de S. P. U.* Non autem mutatione prædii. v. *l. 20. §. 2. de S. P. U. l. 13. de S. P. R.*

3. Tacita vel expressa remissione domini prædii dominantis. *l. 8. l. 17. h. l. 14. §. 1. de Servit. l. pen. Comm. præd.*

4. Non utendo per modum & tempus, vel contra, quam constitutum est, utendo. *l. 7. l. 10. §. 1. l. 11. l. 18. h. t.* Sic tamen ut in re communi non usus unius ne pro parte quidem exstinguat servitutem. *l. 10. h. t.* Sed & in servitutibus urbanis, cum solus non usus non sufficiat, requiritur factum servituti contrarium, seu præscriptio liber-

bertatis à parte domini prædii servientis. *l. 6. l. 7. de S. P. U. l. 18. §. 2. h.*

5. Rusticæ solâ negligentiâ non usus per tempus amittuntur. *l. 18. de S. P. R. l. 10. §. 1. h.*

6. Exstincto jure temporario ejus, qui servitutem constituit. *l. 18. §. 1. h. arg. l. 31. de Pign. & H. l. 56. de R. J.*

DIGESTORUM

LIBER IX.

TIT. I.

Si Quadrupes pauperiem fecisse dicatur.

1. Pauperies est *damnum sine injuria facientis datum. l. 1. §. 3. h.* Nec enim potest animal injuriam facere, quod sensu caret. *d. l. 1. & pr. Inst. h.*

2. Hujus damni nomine datur Actio civilis de pauperie ex L. XII. Tabb. competens ei, cui quadrupes mansueta, commota feritate, contra naturam generis sui nocuit. *l. 1. pr. §. 4. 7. & l. ult. D. h.*

3. Contra dominum animalis, aut pro domino possidentem. *l. 1. §. 12. h.* Noxa enim caput sequitur. *§. 5. I. l. ult. D. l. 1. C. de Nox. act.* si plures sint domini, contra singulos in solidum. *l. 1. §. 14. h.* Datur etiam contra eum, qui se liti obtulit. *l. 7. & 8. de Interrog.* quique dolo possidere desiit. *l. 12. l. 21. l. 24. de Nox. act.*

9. Non autem Usufructuario, nisi quatenus vindicat suum Usumfructum. *l.* 1. *pr. l.* 5. §. 1. *Si Ususfr. pet. l.* 1. §. 4. *de Remission.* vel nomine procuratorio experitur. *l.* 1. §. *ult. de Novi oper. nunc.*

10. Cui Servitus a non domino constituta est, habet actionem Publicianam. *l.* 11. §. 1. *de Public.*

11. De aliis rebus aut juribus hæ actiones non dantur v. §. 2. *in f. J. de Action.*

TIT. VI.

Quemadmodum servitutes amittantur.

1. Servitutes amittuntur 1. Confusione, id est, si idem utriusque prædii dominus factus sit. *l.* 1. *h.* Idque in solidum: nam partis confusio pro parte tantum exstinguit servitutem. *l.* 8. §. 1. *D. de Servit. l.* 27. *l.* 34. *de S. P. R.* Sed nec confusio temporalis, veluti in prædio, sub conditione vel ex die legato, nocet. v. *l.* 18. *de Servitut. l.* 38. §. 1. *de Legat.* 1: *l.* 2. §. *pen. de Her. vend.*

2. Interitu alterutrius prædii, vel causæ, unde servitus debetur. *l.* 14. *h. v. l.* 34. §. 1. *l.* 35. *D. de S. P. R. l.* 33. *de S. P. U.* Non autem mutatione prædii. v. *l.* 20. §. 2. *de S. P. U. l.* 13. *de S. P. R.*

3. Tacita vel expressa remissione domini prædii dominantis. *l.* 8. *l.* 17. *h. l.* 14. §. 1. *de Servit. l. pen. Comm. præd.*

4. Non utendo per modum & tempus, vel contra, quam constitutum est, utendo. *l.* 7. *l.* 10. §. 1. *l.* 11. *l.* 18. *h. t.* Sic tamen ut in re communi non usus unius ne pro parte quidem exstinguat servitutem. *l.* 10. *h. t.* Sed & in servitutibus urbanis, cum solus non usus non sufficiat, requiritur factum servituti contrarium, seu præscriptio li-

bertatis à parte domini prædii servientis. *l.* 6. *l.* 7. *de S. P. U. l.* 18. §. 2. *b.*

5. Rusticæ solâ negligentiâ non usus per tempus amittuntur. *l.* 18. *de S. P. R. l.* 10. §. 1. *b.*

6. Extincto jure temporario ejus, qui servitutem constituit. *l.* 18. §. 1. *b. arg. l.* 31. *de Pign. & H. l.* 56. *de R. J.*

DIGESTORUM

LIBER IX.

TIT. I.

Si Quadrupes pauperiem fecisse dicatur.

1. Pauperies est *damnum sine injuria facientis datum. l.* 1. §. 3. *b.* Nec enim potest animal injuriam facere, quod sensu caret. *d. l.* 1. *& pr. Inst. b.*

2. Hujus damni nomine datur Actio civilis de pauperie ex L. XII. Tabb. competens ei, cui quadrupes mansueta, commota feritate, contra naturam generis sui nocuit. *l.* 1. *pr.* §. 4. 7. *& l. ult. D. h.*

3. Contra dominum animalis, aut pro domino possidentem. *l.* 1. §. 12. *b.* Noxa enim caput sequitur. §. 5. *l. l. ult. D. l.* 1. *C. de Nox. act.* si plures sint domini, contra singulos in solidum. *l.* 1. §. 14. *b.* Datur etiam contra eum, qui se liti obtulit. *l.* 7. & 8. *de Interrog.* quique dolo possidere desiit. *l.* 12. *l.* 21. *l.* 24. *de Nox. act.*

contra heredes datur, quâ dominos, vel possessores, non quâ successores *l.* 1, §. *ult. h.*

4. Ad id, ut vel damnum farciatur, vel animal noxae dedatur. *l.* 1. §. 11. *D. pr. l. h. l.* 6. §. 1. *de Re jud.* sic tamen ut hæc actio quandoque detur in solidum, nec sufficiat noxæ deditio. v. *l.* 1. §. 15. 16. *h. t.*

5. Si homo liber vulneratus sit, æstimatur impensa vulneris, & damnum operarum amissarum, aut quae amissurus est, non autem corpus, aut cicatrix. *l.* 3. *l. ult. h. l.* 1. §. 5. *de de His qui dejec.*

6. Ad exemplum hujus actionis Directæ introducta & Utilis, si non quadrupes, quæ pecudum numero est, sed animal mansuefactum, aut fera bestia, quæ in alicujus potestate est, vel bipes nocuerit. *l.* 1. §. 2. 5. 10. *l. pen. h. t.*

7. Si animal ab alio agitatum vel concitatum damnum dederit, competit actio L. Aquiliæ contra eum, cujus dolo vel culpa id factum est. *l.* 1. §. 4. 5. 6. 7. *h. t. l.* 11. §. 5. *D.* §. 8. *l. ad L. Aquil.*

8. Datur & actio Ædilitia contra eum, qui verrem, aprum, canem, ibi habet, qua vulgo iter fit. *l.* 40. *l.* 41. *l.* 42. *de Ædil. Ed.*

9. Actio de pastu pecoris ex L. XII. Tabb. competens ei, cujus interest, contra dominum animalis, quod, depascendo alienos fructus, damnum dedit. *l.* 14. §. *ult. de Præscr. verb.*

10. Actio L. Aquiliæ de his, quæ per injuriam domini depasta sunt. *l. ult. C. ad L. Aquil.*

11. Persecutio criminalis contra eum, qui pecus in agrum Principis aut privati immisit. *l.* 2. *C. de Pasc. publ.* (11. 60.) *l.* 1. *C. de Fund. & Salt. rei Domin.*

12. Actio

12. Actio ad Exhibendum, & Interdictum de glande legendâ. *l.* 9. §. 1. *ad Exhib. l. un. de Gland. leg.*

13. Pecoris alieni, in fundo suo deprehensi, inclusio ut Moribus permissa, ita Jure Romano plane est prohibita. *l.* 39. §. 1. *D. l. pen. C. ad L. Aquil.*

TIT. II.

Ad Legem Aquiliam.
Cod. 3. 35.

1. Lex Aquilia est Plebiscitum, quod, rogante Aquilio Tribuno, Plebs Romana de damno injuria dato jussit ac constituit. *l.* 1. *D.* §. 15. *I. h. Nov.* 18. *c.* 8.

2. Damnum injuria datum est, *delictum privatum, seu læsio rei alienæ per dolum aut quamlibet culpam facta.* §. 3. *I. l.* 44. *D. h.*

3. Legis Aquiliæ tria fuere capita, quorum secundum ab usu recessit. §. 12. *I. l.* 27. §. 4. *D. h.*

4. Primum cavet de servo & quadrupede occiso, ut qui servum alienum, aut pecudem injuriâ occiderit, quanti ea res eo anno plurimi fuerit, tantum domino dare damnas sit. §. 1. *I. l.* 2. *D. h.*

5. Tertio capite cavetur, ut reliqua damna, præter quadrupedem & servum occisum, æstimentur quanti res in diebus 30. proximis plurimi fuerit, *l.* 27. §. 5. *h.* veluti si aliud animal occisum, quadrupes, aut servus vulneratus, vel damnum in rebus inanimatis datum sit. §. 13. *J. h. t.*

6. Ad resarciendum damnum injuriâ datum com-

competit domino vel Actio L. Aquiliæ directa, contra eum, qui corpore & in corpus damnum dedit. *l.* 2. *pr. l.* 11. §. 6. *& seqq. D.* §. *ult I. b.*

7. Vel actio Utilis non ex verbis, sed ex sententia & mente L. Aquiliæ, datur domino, contra eum, qui damnum dedit in corpus, sed non corpore. *d.* §. *ult. l.* 11. §. 1. *b.* Datur & usufructuario, & bonæ fidei possessori. *l.* 11. §. 8. 10. *b.* & homini libero vulnerato, & patri, si filiusfamilias læsus sit. *l.* 13. *pr. l.* 7. *b. l.* 52. §. 16. *pro Soc.* Dicitur & in factum. *L.* 7. §. 6. *l.* 9. *l.* 11. §. 8. *l.* 29. §. *pen. b. t. l.* 1. §. 7. *Si quadr. paup.*

8. Vel Actio in factum, à Prætore accommodata L. Aquiliæ in casu, quo neque corpore, neque in corpus damnum datum est. *d.* §. *ult. l.* 49. *pr. l.* 7. §. 3. *l.* 33. *in f. b. l.* 11. *de Pr. Verb.*

9. Dantur hæ actiones Domino damnum passo, contra eum, qui per se vel per alium damnum dedit. *l.* 51. *l.* 37. *b. t. l.* 11. §. 6. *b. t.* junct. *l.* 23. §. 3. *eod.* ubi *pro* eum *leg.* Herum.

10. Ad præstandam æstimationem ex primo aut tertio capite; contra inficiantem in duplum. *l.* 2. §. 1. *l.* 23. §. *pen. b.* §. 19. 26. *I. de Action.*

11. Æstimatur autem non modo corpus occisum, vel læsum, sed quanti nostra, ob accessiones vel alias caussas, interest, occisum vel læsum non esse. *l.* 22. *l.* 23. *b.* sic tamen ut non affectionis, sed damni illati, & communis pretii habeatur ratio. *l.* 33. *b. l.* 63. *ad L. Falc. l.* 29. §. 3. *b. Plin. Hist. Nat. lib.* 9. *c.* 59.

12. Si plures damnum dederint, dantur contra singulos in solidum. *l.* 11. §. 2. *b.* unde, si plures servum percusserint, ut is inde mortuus sit, omnes de occiso tenentur, nisi constet cujus ictu perierit. *d. l.* 11. §. 2. secus quam in judicio

Le-

Legis Corneliæ de Sicariis. *l.* 7. *l.* 14. *l. ult. D. ad L. Corn. de Sic.*

13. Contra heredes non dantur. §. 9. *I. l.* 23. §. 8. *D. h. t.*

14. Cum actione Legis Aquiliæ concurrere possunt (1. Actio commodati. *l.* 7. §. 1. *D. Commod. l.* 34. *de O. & A:* (2. Locati. *l.* 27. §. 11. *h. l.* 5. §. *ult. h. t. l.* 33. §. 4. *l.* 43. *Loc. Cond.* (3. Injuriarum. *l.* 5. §. 1. *h. l.* 34. *D. de O. & A.* (4. Judicium L. Corneliæ de Sicariis, *l.* 1. §. 2. *ad L. Corn. de Sicar. l.* 23. §. 9. *h.* si servus dolo sit occisus. *l.* 3. *C. h.* §. 11. *l. h. l. un. C. Quand. Civ. act.* Modo hæc remedia non tendant ad eundem finem, ne bis idem petatur. *l.* 57. *de R. J. l.* 6. *l.* 7. *de Injur.*

15. Cessant L. Aquiliæ actiones, si damnum non injuria, sed vel casu fortuito, vel jure permittente datum sit. *l.* 23. *de R. J. l.* 1. *C. ad L. Corn. de Sicar.* nisi culpa casui causam dederit. §. 3. 4. 5. 7. 8. *l.* 5. *in f. l.* 8. §. 1. *D. h.* Exempla vide in *l.* 5. §. 2. *l.* 7. §. 2. *l.* 8. *l.* 11. *h. l.* 29. §. 2. 3. *l.* 30. §. *pen. & ult. l.* 27. §. 8. 9. *h. t. l.* 7. §. 4. *l.* 45. §. 3. & 4. *eod.* & passim.

16. Exempla damni jure dati ob defensionem vitæ & pudicitiæ, vide in *l.* 3. *de J. & J. l.* 4. *l.* 5. *l.* 45. §. 4. *h. l.* 1. *C. Und. Vi. l.* 9. *ad L. Corn. de Sicar.* junct. *l.* 8. *Quod met. caus. l.* 30. *h.* ædium, ad avertendum incendium, dirutarum, in *l.* 49. §. 1. *h. l.* 7. §. 4. *Quod vi aut clam. l.* 3. §. 7. *de Incend. ruin.* damni à magistratibus, juris dicendi causâ, dati in *l.* 29. §. *pen. h. t.* aliaque in aliis legibus passim *h. t.* obvia.

TIT.

TIT. III.

De His, qui dejecerunt, vel effuderunt.

1. Ex quasi delicto rerum dejectarum effusarumve, vel periculose positarum, dantur ex Edicto Prætoris actiones duæ, altera de dejectis & effusis; altera de periculose positis. Actio de dejectis & effusis tres habet species: Datur enim

2. Vel Actio Prætoria in factum, privata, competens ei, cui effusione vel dejectione nocitum est, contra inhabitatorem ædium, vel cœnaculi, unde dejectum vel effusum est, ad id, quod judici, ratione impensarum aut operarum, æquum bonumque videbitur, si homo liber vulneratus sit; ita tamen ut nulla cicatricum aut deformitatis habeatur ratio. *l.* 1. *pr.* & *l. ult. h. t. l.* 3. *Si Quadr.* & quidem in perpetuum, si ipse læsus agat; ad annum, si heres vel alius agat. §. 1. *I. de Obl. quæ ex quas. del. d. l.* 1. *pr. l.* 5. §. 5. *h. t.* vid. *J. à Costa ad* §. 1. *I. de Oblig. ex quas. del.*

3. Vel Actio, etiam privata, competens ei, cui nocitum est, ejusque heredi, contra inhabitantem, ad duplum damni dati, si vestimentis, vel aliis rebus nocitum sit. *d. l.* 1. *d. l.* 5. §. 5.

4. Vel Actio popularis & annalis, cuilibet ex populo, ad pœnam 50. aureorum, actori applicandam, si liber homo occisus sit, quæ, ut & illa de vulnerato, non competit heredi jure hereditario, sed ut uni ex populo, vel ut cognato aut affini. *l.* 5. §. 5. *h.*

5. Cum autem hæ actiones vel mere pœnales sint, ut popularis, & quæ in duplum competit; vel saltem ex parte rei, ut prima de homine vulnerato,

berato, consequitur eas in heredem non dari. *l.* 5. §. 5. *h.*

6. Ipsi dejicientes ex vero delicto & L. Aquiliâ tenentur, & vel ab eo, cui nocitum est, vel ab ipso inhabitante conveniri possunt, aut actione in factum, aut, si habitator dejectori locaverit, actione locati, ad id, quod actor dejectionis, vel effusionis causa solvit. *l.* 5. §. 4. *h.*

7. Actio de periculosè positis & suspensis est Popularis, in factum, annalis, competens cuilibet ex populo, contra inquilinum, vel dominum, qui rem in suggrunda protectove, vel aliter supra locum, ubi vulgo iter fit, suspensam positamve habuerit, cujus casus nocere cui posset, ad pœnam decem aureorum actori solvendorum. *l.* 5. §. 6. *& seqq. h. d.* §. 1. *I. de Oblig. ex quas. del.*

8. Si id, quod periculosè positum erat, ceciderit, agendum est vel actione L. Aquiliæ, vel ex Edicto superiore, de dejectis & effusis. *l.* 5. §. 11. 12. *l.* 1. §. 3. *h.*

TIT. IV.

De Noxalibus Actionibus.
Cod. 3. 41.

1. Noxa est vel ipsum maleficium. *l.* 1. *l.* 2. §. 1. *l.* 14. *h. l.* 18. §. 1. *de Jud. l.* 131. *l.* 174. *& l.* 200. *de V. S.* vel damnum ex maleficio datum. *l.* 1. §. 11. *Si quadr. paup.* vel ipsum corpus, quod nocuit. §. 1. *I. h. t. l.* 1. *in f. pr. de His qui dej. vel eff.* §. 1. *J. de Off. jud.* vel pœna ex maleficio debita. *l.* 1. *pr. D. pr. I. h. d. l.* 1. §. 11.

2. Noxia proprie peccatum est, noxa pœna pec-

peccati, auctore Festo. v. *l.* 17. §. 18. *de Ædil. Ed. l.* 238. §. *ult. de V. S.*

3. Actio noxalis est *Personalis, nunc Prætoria, nunc Civilis, competens iis, quibus ex privato delicto servi nocitum est; contra dominum servi, ignorantem vel prohibentem delictum, ad litis æstimationem, aut servum noxæ dedendum.*

4. *Personalis.* Est tamen in rem scripta: quia noxa caput sequitur. §. 5. *I. l.* 20. *l. ult. h. l.* 21. *Comm. l.* 1. §. 18. *Depos.*

5. *Nunc Prætoria nunc Civilis.* §. 4. *I. h.* quia non est actio ab aliis distincta, sed aliarum adjectitia qualitas, vide *pr. I. l.* 2. §. 1. *h.* junct. *l.* 4. §. 2. *l.* 21. §. 2. *l.* 26. §. 2. *h. t.*

6. *Quibus ex privato delicto servi. pr. I. h. d. l.* 200. *l.* 17. §. 18. *de Æd. Ed.* In publicis criminibus, ob quæ pœna corporalis infligitur, ipse servus convenitur & plectitur. *l.* 2. *C. de Accus. l.* 4. *C. ad L. Jul. de vi.*

7. Ex delictis filiorumfamilias locum non habet hæc actio. §. *ult. J. l.* 33. *l.* 34. & 35. *D. h. l.* 1. §. 7. *de His qui dej. l.* 3. §. 11. *de Pec.* ne quidem quatenus est in peculio. *l.* 58. *de R. I.* Actio tamen judicati de peculio, post condemnationem filiifamilias contra patrem exercetur. *dd. ll.* Si liberi, unde solvant, in ære non habeant, luunt in corpore. *l.* 1. §. *ult. de Pœn.*

8. *Nocitum est.* Si pluribus nocitum sit, noxæ deditione uni facta, ceterorum actio evanescit. *l.* 14. *l.* 20. *h. t.*

9. Si ipsi domino damnum datum sit, cessat hæc actio. vide §. 5. *I. l.* 1. *C. h. l. ult. C. An servus pro suo fact.* Ut & si servus, ante litem contestatam, in potestatem damnum passi perveniat. *l.* 26. §. *ult. l.* 37. *h. l.* 17. *l.* 18. *de Furt.* nec semel

ex-

exstincta reviviscit. *d. l.* 37.

10. *Contra dominum*, qui servum tempore litis motæ in potestate habet. *l.* 7. *l.* 37. *D.* §. 5. *I. h.* si plures sint domini, contra singulos datur in solidum. *l.* 5. *l.* 8. *h.*

11. Datur & contra quemvis bonæ vel malæ fidei possessorem. *l.* 11. *l.* 13. *l.* 28. *h. t.* item contra eum, qui dolo possidere desiit. *l.* 21. *l.* 24. *h. l.* 131. *l.* 150. *de R. J.*

12. Si servus manumissus sit, datur contra ipsum manumissum directa ex delicto actio. §. 5. *I. h. l.*4. *C. An serv. pro suo fact.* Nam & hic noxa caput sequitur. *l.* 1. §. 18. *Dep. l.* 15. *de Cond. furt.* ut, versa vice, homine libero post delictum in servitutem redacto, cessante directa, locus est actioni noxali. §. 5. *inf. I. h. l.* 1. *inf. de Priv. del.*

13. *Ignorantem vel prohibentem.* Nam si jusserit, vel, cum poterat, non prohibuerit, ipse ex delicto tenetur. *l.* 2. *l.* 3. *l.* 5. *h. l.* 44. §. 1. *ad L. Aq.* servis autem, quibus parere necesse est, ignoscitur in illis, quæ non habent atrocitatem facinoris. *l.* 157. *l.* 169. *de R. J. l.* 2. *l.* 9. *h. l.* 21. §. 1. *Rer. amot.*

14. *Ad litis æstimationem.* id est, ad id, quantum debetur ex obligatione & actione principali. *l.* 8. *l.* 31. *h. l.* 1. *in f. l.* 2. *Si fam. furt.* Si universa servorum familia furtum fecerit, idem juris est, quod in furto unius. *l.* 31. *D. h. l.* 32. *ad L. Aquil.* si aliter damnum dederit, singulorum servorum nomine dominus tenetur. *l.* 9. *de Jurisd.*

15. *Aut servum noxæ dedendum.* §. 1. *I. de Off. jud. l.* 6. §. 1. *de Re jud.* id est, ipsum servum, in pœnam & damni reparationem, dandum, ei, cui nocitum est, ut tradens liberetur, alter dominium servi adquirat. §. 3. *I. l.* 29. §. *ult. h. l.* 2.

 Si

Si ex nox. cauſ. Ratio eſt in §. 2. *I. l.* 2. *D. h.*

16. Ceſſat liberatio per noxæ deditionem, ſi vel dominus conſcius fuerit delicti. *d. l.* 2. vel ſervum ad ſe pertinere negaverit. *l.* 22. §. *ult. h.* vel, jam condemnatus, deditionem protraxerit, uſque dum conveniatur actione rei judicatæ. *l.* 20. §. 5. *D. de Pet. her.*

17. Sed & ſervus jam deditus, invito domino, manumittendus eſt, ſi ipſe damnum reſarciat. §. 3. *I. h.*

DIGESTORUM

LIBER X.

TIT. I.

Finium regundorum. *Cod.* 3. 39.

1. *Actio finium regundorum.* Fines regere eſt agros propriis finibus terminare.

2. *Eſt mixta.* (1. quia uterque confinium habet jus actoris & rei. *l.* 10. *h. t. l.* 37. *D. de O. & A.* (2. quia eſt tam in rem, quam in perſonam. *l.* 1. *D. h. l.* 8. *D. l.* 3. *C. eod.* §. 20. *I. de Actionib.*

3. *Civilis.* *l. ult. D. h.*

4. *Stricti juris.* vel, ut alii volunt, arbitraria. *l.* 4. §. 2. *l.* 3. *h.* vel potius, ut reliquæ tres mixtæ, bonæ fidei. arg. §. 20. *J. de Action.*

5. *Competens inter confines.* ſive dominii directi, ſive alio jure in re poſſideant. *l.* 4. §. 5. 9. *D. l.* 3. *C. h.* ſive caſu fortuito, ſive malitiâ aut culpâ alte-

alterius termini sint confusi. §. *pen. l. de Off. jud.*

6. Hinc contra tertium non confinem non datur. *v. t. D. de Term. mot.*

7. Nec inter eos, quorum prædia via publica vel flumine distincta sunt. *l.* 4. *in f. l.* 5. *h.*

8. Nec inter socios, qui communem fundum habent pro indiviso. *l.* 4. §. 6. 7. *h.*

9. *Prædiorum rusticorum.* Urbana enim, parietibus satis distincta, rarius confusioni terminorum obnoxia sunt. *v. l.* 2. *l.* 4. §. 10. *h. t.*

10. *Ut fines commodâ agrorum divisione regantur.* id est, sublata confusione, sua cuique pars restituatur, & agri evidentibus finibus distinguantur, adhibita quandoque, propter veterum finium incertitudinem, adjudicatione & condemnatione judicis. §. *pen. I. de Off. jud. l.* 2. §. 1. *l.* 3. *l.* 4. *pr.* & §. 5. *D. l.* 3. *C. eod.*

11. Aliquando, si veterum terminorum nulla exstent vestigia, ut novi, opera Agrimensorum, constituantur. *l.* 2. §. 1. *l.* 3. *l.* 8. *D. l.* 3. *C. h. t.*

12. *Et ad præstationes personales.* id est, ad fructus, ab uno perceptos, & impensas ab altero factas, resarciendumque damnum dolo culpave datum. *l.* 4. §. 1. 2. *h.*

13. In probandis & discernendis finibus fidem faciunt testes. *v. l.* 28. *de Probat. l.* 2. §. 8. *de Aq. pluv.* vetera instrumenta, libri censuales. *l.* 11. *D. h. l.* 10. *D. de Probat. l.* 4. *de Censib.* ocularis inspectio. *l.* 8. §. 1. *D. h.* Agrimensores. *l.* 4. §. 1. *l.* 8. §. 1. *D. l.* 3. *C. eod.*

14. Effectus hujus actionis institutæ & pendentis est, quod interea temporis neutri integrum sit ex agro confini quid usurpare. *l.* 4. *C. h.*

15. Finitæ effectus est agri confusi distinctio, ita tamen, ut in hoc judicio pluribus ejusdem

rei pro indiviso adjudicatio fieri possit. *l.* 4. §. 5. *h. t.*

16. Exstinguitur spatio 30. annorum, à tempore finium turbatorum. *l. ult. C. h.* Nisi (1. non ipsa res, aut præstationes personales, sed divisio tantum terminorum confusorum petatur: cui præscribi nullo tempore posse ratio Juris vult. v. *l.* 70. *Pro soc. l.* 77. §. 20. *de Leg.* 2. *l. ult. C. Comm. div.* (2. Nisi fines cum ipso fundo, 10. vel 20. annis sint usucapti. *l.* 2. §. 6. *pro Emt.* quæ non est per *l. ult. C. h.* abrogata. (3. Nisi agri sint limitanei. *l. ult. C. de Fund. limitroph.* (XI. 59.) cui tamen legi videtur abrogatum per *l.* 3. *l.* 4. & 7. *C. de Præscr.* 30. *vel* 40. *annor.* (4. Nisi agatur de præscribendo spatio quinque pedum, à L. XII. Tabb. & L. Manilià constituto, ut inter conterminos agros vacuum relinqueretur, vel Deo Terminali sacrum, vel ad iter, vel ad versuram aratri. *l. pen. C. h.* Nam nec hoc præscribi poterat. *d. l. pen.* §. 1. *Inst. de Usuc.* Quod tamen postea per *l. ult. C. h.* & *l.* 3. 4. *l.* 7. *C. de Præscr.* 30. *vel* 40. *annor.* abrogatum est.

17. Cum hoc judicio concurrere possunt (1. Criminales accusationes ex legibus Agrariis. *l.* 3. *D. de Term. mot.* (2. Edictum D. Hadriani de Termino moto. *l.* 2. *de Term. mot.* Sic ut Judex, qui de crimine termini moti cognovit, unà etiam de finibus cognoscere possit, & versà vice. *l.* 4. §. 4. *h. l.* 3. *l.* 10. *C. de Jud.* (3. Pœna alteri tanti, in casu *l.* 4. *C. h.* (4. Pœna contumaciæ, in casu *l.* 4. §. 3. *D. h.*

TIT.

TIT. II.

Familiæ Erciscundæ.
Cod. 3. 36.

1. Familia hic est hereditas, seu res hereditariæ. *l.* 2. *D. h. l.* 195. §. 1. *D. de V. S.* Ipsum enim Jus hereditatis dividi non potest. *l.* 8. *in f. de R. V. tit. Inst. de Reb. Corp. Auctor ad Herenn. lib.* 1. *Paterfamilias uti super familia pecuniave sua legassit, ita Jus esto.* Hinc familiæ emptor in §. 1. 10. *I. de Test. ord.* & *apud Sueton. in Ner. c.* 4.

2. *Erciscere familiam* est hereditatem seu hereditaria bona dividere. Unde *Erctum*, vel *Herctum* idem est, quod hereditas. *Erctum citum*, patrimonium divisum. Festus: *Herctum citum, quod fit inter consortes.* Unde, *Hercto non cito*, id est, patrimonio non diviso. *Gell.* 1. 9. *in f.*

3. Actio familiæ erciscundæ est *Civilis. l.* 1. *D. h.*

4. *Mixta.* (1. Quia duplex. *l.* 1. §. 3. *l.* 44. §. 4. *h. l.* 13. *de Jud. l.* 37. *de O. & A.* (2. Quia ex Jure in re dominii, & obligatione, adeoque in rem simul, & in personam est. *l.* 22. §. 4. *D. h.* §. 4. *I. de Obl. quæ quasi ex contr.* §. 3. *I. de Off. jud.* §. 20. *I. de Action.*

5. *Bonæ fidei.* §. 28. *I. de Act. l.* 9. *C. h.*

6. *Competens coheredi contra heredem. l.* 1. §. 1. *l.* 51. §. 1. *D. h.* quod adeo verum est, ut non habeat locum nisi inter confitentes de Jure hereditatis, reo & actori communis. *l.* 1. §. 2. *Si pars her. d. l.* 51. §. 1. *l.* 49. *h. l.* 36. *eod.*; cui non est contraria *l.* 37. *eod.*;

7. Cujus sensus est: quod non obstet confes-

sio judicialis de coherede, quo minus postea, detecto errore, is, qui confessus est, possit petere integram hereditatem, posteriore fortè testamento delatam, imo & partem falso coheredi per errorem solutam, repetere per petitionem hereditatis. *arg. l.* 17. *de Pet. Her. l.* 1. *Si pars her.* vel condictionem indebiti, quam sola hic rei judicatæ auctoritas potest impedire. *d. l.* 36. *l.* 65. §. 2. *ad SC. Treb. l.* 1. *C. de Cond. ind.*

8. Sive coheredes sint Jure Civili, sive Prætorio, sive testamentarii, sive ab intestato, sive directi, sive fideicommissarii, effectum quod attinet, nihil interest. *l.* 2. *l.* 24. §. 1. *l.* 40. *l.* 49. *h.* Contra titulo singulari possidentes non datur. *l.* 25. §. 7. *h. l.* 45. *D. h.* Nec refert omnes, plures, an unus divisionem petat. *l.* 2. §. 4. *l.* 43. *h.* Ratio est in *l.* 77. §. 20. *de Leg.* 2. *l.* 26. §. 4. *de Cond. Ind.* nec an omnes possideant, an nemo, an quidam. *l.* 1. §. 1. *l.* 25. §. 2. *h. l. pen. Comm. divid.*

9. *De Hereditate dividenda.* id est, rebus omnibus titulo heredis possessis, ex quibus aliquod commodum percipi potest, quales quales tandem illæ fuerint, sive testatoris propriæ, sive alio Jure ab eo possessæ. *l.* 1. *l.* 2. *l.* 19. *l.* 25. §. 20. *D. h. l.* 8. *l.* 9. *l.* 10. *l.* 11. *& seqq. l.* 28. *l.* 29. *h. l.* 22. §. 4. *ult. l.* 23. *l.* 24. *l.* 47. *h. t.*

10. Modo communes sint & honeste dividi possint. Unde non veniunt in hoc Judicium (1. Nomina: quia non sunt communia, sed ipso Jure LL. XII. Tabb. pro portionibus hereditariis divisa. *l.* 25. §. 1. *D. l.* 6. *C. h. l.* 1. *C. Si cert. pet. l.* 1. *C. de Except.* sic tamen, ut stipulationes de divisione nominum interponi possint. *l.* 2. §. *ult. l.* 3. *h.* (2. Res extra commercium, adeoque

&

& extra communionem positæ. *l.* 30. *h.* (3. Quæ communes aut hereditariæ esse desierunt. *l.* 12. §. *ult.* *l.* 54. *D. h.* (4. Quæ communes quidem sunt, sed dividi suâ naturâ non possunt. *l.* 25. §. 9. *h.* junct. *l.* 2. §. 2. *de V. O.* ut servitutes prædiales, quæ in actionem hanc non veniunt, nisi ut dividantur mensurâ & temporibus. *l.* 19. §. 4. *it. seq. l.* 4. *de Aq. Cott. & æst.* vid. *supr. tit. Comm. Præd. th.* 1. vel per adjudicationem ab aliis rebus, non à se ipsæ dividantur. *d. l.* 25. §. 9. *& seqq. h. t.* (5. Instrumenta hereditaria. *l. ult. de Fid. Instr. l.* 4. §. *ult. l.* 5. *l.* 6. *D. h.* (6. Res, quæ dividi quidem, sed non honeste possunt, ut mala venena, libri improbatæ lectionis, &c. *l.* 4. §. 1. *D. h.* v. *l.* 2. §. 2. *l.* 3. *C. de Summ. Trin. l.* 6. *l.* 8. *C. de Hæret. l. un. C. de Famos. libell. Suet. in Aug.* 31. *Tacit.* 4. *Annal.* 35. 14. *Annal.* 50. *Act. Apost. c.* 19. *v.* 19.

11. Hoc judicio frustra petitur divisio, si defunctus eam ipse fecerit, *l.* 10. *l.* 21. *C. h.* Huic enim omnino standum, quatenus expressa est. *l.* 39. §. 1. *D. h. t.* Nam divisio in quibusdam rebus facta, non facit præjudicium in reliquis indivisis, in quibus locus est successioni in partes viriles. *l.* 32. *D. l.* 10. *l.* 11. *l.* 21. *C. h. l.* 9. §. 12. 13. *de Her. inst.*

12. Datur hæc actio ad id, ut partes hereditariæ ad amussim æqualitatis quam accuratissime exigantur, nec cuiquam iniqua conditio inferatur. Quâ in re non modo plurimum permittitur arbitrio judicis, v. *l.* 20. §. 3. *l.* 22. §. 1. 2. 4. *D. l.* 11. *l.* 24. *C. h.* §. 4. 5. *I. de Off. Jud. l.* 1. *C. Comm. utr. jud.* sed & quandoque adjudicationes faciendæ. *l.* 3. *C. Comm. divid.* §. 4. *I. de Off. Jud. l.* 16. §. 1. *l.* 52. §. 2. *l.* 55. *h. t.* vel forte experiun-

dum, quæ cuique portio tribuenda sit. *v. l.* 5. *b. l.* 2. *C. Quando & quib. quart.* (x. 34.) *Vinn. l. Sel. Quæst.* 35. *Bronkb. cent.* 1. *misc. Quæst. assert.* 52.

13. Effectus divisionis legitimè factæ est, ut à communione discedatur, & mutua præstetur cautio de evictione rerum divisarum. *l.* 14. *C. b. l.* 25. §. 21. *l.* 33. *D. b. t. l.* 77. §. 8. *de Leg.* 2.

14. Adeo ut, si auctoritate judicis facta sit, ne quidem ob læsionem ab eâ resiliri possit. *l.* 36. *D. b. l.* 65. §. 2. *ad SC. Treb.* Si extra Judicium, potest, non modo ob læsionem ultra dimidum, etiam si sine dolo. *arg. l.* 2. *C. de Resc. vend.* junct. *l.* 1. *C. Commun. utr. jud.* sed & ob minorem, si dolo facta sit. *l.* 3. *C. Comm. utr. jud.*

15. Cum autem actione familiæ ecifcundæ non nisi semel agi possit, consequitur, si quid eo judicio indivisum relictum sit, actione communi dividundo agendum esse. *l.* 20. §. 4. *l.* 27. *b. l.* 3. *C. de Neg. gest. l.* 35. *d. Pact. l.* 122. §. *ult. de V. O. l.* 4. §. *ult. Comm. divid.*

16. *Et Præstationibus personalibus. v.* §. 4. *I. de Off. jud. l.* 19. *l.* 22. §. 4. *D. b.* Quo pertinent etiam omnia, quæ ex defuncti bonis, dum viveret, heres percepit, si bonorum collationi obnoxia sint. *l.* 4. *l.* 13. *C. b.* Excipiuntur ea, quæ à patre filio studiorum vel simili causa, non credendi animo subministrata sunt. *l.* 50. *D. b. v. l.* 34. *D. l.* 1. *l.* 11. *l.* 15. *C. de Neg. gest. l. ult. de Petit. her.* Sed & ad id, ut quæ ex hereditate improbe sublata sint, restituantur, & damna, dolo, lataque, vel levi culpa data, resarciantur. *l.* 16. §. 4. *& seq. l.* 25. §. 16. *D. l.* 3. *l.* 10. *l.* 19. *C. b. l.* 35. *D. de Pact.* Quo nomine Jusjurandum præstandum. *l.* 44. §. 4. *D. b.* Actio expilatæ he-

re-

reditatis coheredi contra coheredem non datur. *d. l.* 3. *C. b. l.* 1. *C. Expil. her.* Denique ad fumptus in communem hereditatem factos, omniaque commoda & incommoda communicanda. *l.* 19. *D. l.* 24. *l.* 18. §. 1. *C. b. l.* 3. *C. de Neg. geft.*

17. Actio negotiorum geftorum, licet nunquam ex eadem caufa cum actione familiæ ercifcundæ concurrat (vid. *Vinn. I. Sel. Quæft.* 37. *Voet. ad b. t. n.* 40 & 41.) datur tamen coheredi, qui id, quod pro fuâ tantum parte gerere potuiffet, communiter geffit; veluti, fi coheres negotium coheredis, vel ante aditam, vel poft divifam hereditatem, geffit. *l.* 49. *inf. D. l.* 20. *C. b. t. l.* 31. §. *ult. l.* 40. *D. de Neg. geft.* Quo fenfu accipiendæ funt *l.* 18. *inf. C. b. l.* 3. *C. de Neg. geft. l.* 41. *D. de Reb. Cred.*

18. Extinguitur fpatio 30. annorum, refpectu rerum feparatim & animo fibi habendi, poffeffarum, non refpectu divifionis, cui nunquam præfcribitur. *l.* 77. §. 20. *de Leg.* 2. *l.* 65. §. 11. *l.* 70. *pro Soc. l.* 26. *de S. P. U.* Cæterum licet teftator prohibuerit divifionem, tamen non ceffat hæc actio, nifi prohibitio facta fit ad certum tempus. *arg. l.* 14. §. 2. *D. Comm. divid.* & *l. ult. C. eod.*

TIT. III.

Communi dividundo. Cod. 3. 37.

1. Eft *actio Civilis, Bonæ fidei. l.* 4. §. 2. *b. t.* §. 28. *I. de Act.*

2. *Mixta.* Tum quia duplex, *l.* 2. §. 1. *b. l.* 13. *de Jud. l.* 37. *de O. & A.*

3. Tum quia tam in rem, quam in perfonam eft. §. 3. *I. de Obl. quæ quafi ex contr.* §. 5. *I. de Off. jud. l.* 1. *l.* 3. *l.* 4. *D. b.* §. 20. *I. de Act.*

T 5 4. Per-

4. *Perpetua.* Ad tempus 30. annorum, si socii separatim, non si communiter possideant. *l.* 2. *l.* 3. *C. de Præscr.* 30. *vel* 40. *ann. l.* 1. §. 1. *C. de Ann. exc.* Junct. *l.* 26. §. 4. *de Cond. ind. l.* 77. §. 20. *de Leg.* 2. *l. ult. C. h.*

5. *Competens ei, qui rem singularem. l.* 1. *l.* 2. *h.* In quo differt ab actione familiæ erciscundæ. §. 3. 4. *I. de Obl. quæ ex quas. contr. l.* 4. *pr. h.* Unde sæpius hæc actio institui potest. *l.* 4. §. 2. *D. h. l.* 20. §. 4. *Fam. erc.*

6. *Ex quacunque causa cum alio communem habet. l.* 2. *pr. h.* etiam ex vero & nominato contractu societatis. *l.* 1. *l.* 2. *D. h.*

7. Modo (1. Communio sit nata ex justâ & honestâ causâ. *l.* 7. §. 4. 5. *D. h. l.* 57. *Pro. Soc. l.* 70. *in f. de Fidej.* Ratio est in *l.* 12. §. 1. *de Furt.* (2. Ex causa dominii mutui, *seu quæ pergit ad vigorem judicii*, *d. l.* 7. §. 4. *D. h.* id est, quæ peti possit judicio rei vindicationis, vel alia actione in rem. *d. l.* 7. §. 6. *& seqq. h.* quo sensu intelligenda *l.* 4. *pr. h.*

8. Datur autem non directis tantum, sed & utilibus dominis, & bonæ fidei possessoribus, & aliud Jus in re, veluti servitutis, aut pignoris in re singulari indivisâ habentibus. *l.* 7. *pr.* §. 3. 6. 7. 8. 10. 11. 12. *l.* 2. *l.* 19. §. 4. *h. l.* 25. §. 9. *Fam. erc.*

9. *Contra socium, sive quocum actori res communis est, ad rem communem dividendam; idque vel æquis partibus, vel condemnatione & adjudicatione. v. l.* 3. *C. h. l.* 6. §. 10. *l.* 7. §. 10. *h.* §. 5. *I. de Off. Jud.* vel licitatione. *l.* 1. *D. l.* 3. *C. h.* pro arbitrio judicis, *dd. ll.* & ipsarum partium. *l.* 3. §. 1. *l.* 21. *D. h.*

10. *Et præstationes personales l.* 4. §. 3. *h.* id est,

est, (1. Ad restituendam partem lucri. *l.* 3. *l.* 4. *C. l.* 11. *D. h.* §. 3. *I. de Obl. quæ quasi ex contr.* (2. Ad resarciendum damnum dolo culpave levi datum. *l.* 4. *in f. C. l.* 20. *l.* 28. *D. h. t. l.* 25. §. 16. *Fam. erc.* (3. Ad refundendam partem necessariarum & utilium impensarum. *l.* 4. §. 3. & 4. *l.* 11. *D. h.*

11. Aliquando, manente vel dissoluta communione, contenditur tantum ad præstationes. *l.* 14. §. 1. *l.* 6. §. 1. *l.* 11. *h. t. l.* 31. *Fam. erc.*

12. Id quod habet cum actione familiæ erciscundæ commune, ut & ea, quæ de præscriptione, læsione, evictione dicta sunt, & quæ sunt id genus alia, ex *tit. Cod. Comm. utr. jud.* petenda. *v. l.* 6. §. 11. *h.*

13. Ex superioribus principiis consequitur, socium de re communi nihil posse invito socio statuere. §. 9. *J. de R. D. t. t. C. de Commun. rer. alien. t. t. C. Si Commun. res. pign. dat. l.* 27. §. 1. *de S. P. U.* ita ut is, qui secus fecerit, non modo hac actione, sed & interdicto *uti possidetis* teneatur. *l.* 12. *l.* 28. *D. h.* Socii tamen suæ quisque partis liberi sunt arbitri, non modo in rebus pro diviso, sed & pro indiviso communibus. *l.* 1. *l.* 2. *C. h. l.* 3. *C. de Commun. rer. alien. l.* 68. *D. Pro soc.*

14. Cum communio sit mater discordiarum, adeoque è Republica & privatorum utilitate sit, ne quis invitus in communione detineatur. *l.* 77. §. 20. *de Leg.* 2. *l.* 2. *C. Quando & quib. quart. pars ex bon. decur. deb.* (X. 34.) placuit, non obstante conventione, ne unquam bona communia dividantur, unum ex sociis posse ad divisionem provocare. *l.* 14. §. 2. *D. l. ult. C. h. l.* 26. §. 4. *de Cond. ind.*

TIT.

TIT. IV.

Ad Exhibendum. *Cod.* 3. 42.

1. Exhibere hic est (1. Facere in publico potestatem, ut ei, qui acturus est, explorandi & experiundi sit copia *l.* 2. *l.* 9. §. 5. *D.b.* *l.* 3. §. 8. *D. de Hom. lib. exhib.* (2. Restituere. *l.* 7. §. 3. 4. 5. 6. *b.*

2. Actio ad exhibendum est *Civilis. arg. l.* 1. *D. b.* junct. *l.* 1. *de R. V.*

3. *Personalis. l.* 3. §. 3. *D. b.* Ratio est: Quia nascitur ex quasi contractu. *arg. pr. I. de Obl. qua quas. ex contr. l.* 5. *de O. & A. l.* 13. *in f. Commod. l.* 32. *de Reb. cred.* arbitraria. §. 31. *J. de action.*

4. *In rem scripta.* Quare datur contra quemvis possessorem. *d. l.* 3. §. *ult. v. l.* 9. *in f. Quod met.*

5. *Praparatoria actionis in rem.* Ei enim competit, qui in rem acturus est qualicunque in rem actione. *l.* 1. *C. l.* 3. §. 3. 4. 9. 12. *D. b.* licet & illis detur, qui in personam acturi sunt. *l.* 3. §. 5. 7. *l.* 12. §. 2. *D. l.* 2. *C. b. t. l.* 11. *in f. de Reb. cred.*

6. *Competens ei, cujus, ex justa & probabili causa, peculiariter interest. l.* 3. §. 11. *l.* 13. *l. pen. D. b.* Modo & litis contestatæ & rei judicatæ tempore intersit. *l.* 7. §. *ult. b.* Heredi, non ut heredi, sed suo nomine competit. *l.* 12. §. *ult. D. b.* sed & pluribus ejusdem rei nomine datur *d. l.* 3. §. 12. *b.*

7. *Contra quemvis possessorem.* Modo restituendi & exhibendi facultatem habeat *l.* 3. §. *ult. l.* 4. *l.* 5. *pr.* & §. *ult. l.* 7. *D. b.* nisi dolo possidere desierit. *d. l.* 5. §. 2. *l.* 12. §. 3. *l.* 14. *D. l.* 5. *l.* 7. *C. b. t. l.* 131. *de R. J.* Heres posses-

so-

foris suo nomine tenetur, & ex dolo defuncti, quatenus est locupletior. *l.* 12. §. *ult. b.*

8. *Ad rem mobilem.* sive sola sit, sive alteri inclusa. *l.* 6. *b. l.* 23. §. 5. *de R. V. l.* 36. *de Procur.* Exceptio est in tigno alienis ædibus juncto. *d. l.* 6. *h. l.* 1. *l.* 2. *de Tign. junct.* §. 29. *I. de R. D. supr. de Rei vind. tb.* 15. & *tit. D. de Tign. junct.*

9. *Exbibendam.* Quandoque simul ad restituendam rem cum omnibus accessionibus. *l.* 9. §. *pen.* & *ult. D. b.* §. 3. *I. de Off. jud. l. ult. C. b.* in eodem statu. §. 3. *I. de Off. jud. l.* 9. §. 6. *b.* adhibità summarià causæ cognitione. *l.* 3. §. 9. 12. *D. b.*

10. *Vel si res dolo non exbibeatur, ad præstandum interesse*, jurejurando in litem actoris æstimandum. *l.* 3. §. 2. *l.* 5. §. 2. *D. b. t. l.* 5. *D. de In lit. jur.* si post litem contestatam sine dolo res perierit, verum interesse præstatur. *l.* 7. §. 5. *l.* 12. §. 4. *D. b.* Si res exhibeatur quidem, sed dolo aut culpa deterior facta, possessor tenetur de damno injuria dato. *l.* 17. *D. l.* 7. *C. b.* si nec dolo, nec culpa possidentis fiat, ut res non exhibeatur, cautio de exhibendo, *si in potestatem pervenerit*, præstanda est. *l.* 5. §. *ult. l.* 12. §. 5. *D. b.* §. 1. *I. de Div. stipul.* §. 3. *J. de Offic. jud.*

11. Exstinguitur spatio 30. annorum. *pr. I. de Perp.* & *temp. l.* 2. *l.* 3. *C. de Præscr.* 30. *vel* 40. *ann.*

DIGESTORUM

LIBER XI.

TIT. I.

De Interrogationibus in jure faciendis, & Interrogatoriis actionibus.

1. Interrogatio in jure est *actus, quo is, qui in personam acturus erat, reum in jure interrogabat, anne fieret auctor, cui cum reus responderet, nascebatur actio interrogatoria, sin minus, pro confesso habebatur. l. 4. l. 9. §. 4. 5. l. 11. §. 9. D. h. t. l. 39. pr. de Procurat.*

2. *In Jure.* id est, coram Prætore, apud tribunal. *l. 4. §. ult. h. l. pen. de J. & J.*

3. *In personam acturus.* Ne actor plus peteret, sed exploratum haberet, an, & ex qua parte sine periculo agere posset. *l. 1. h. t.* Non modo ubi quis unum ex pluribus heredibus, vel bonorum possessoribus convenire volebat, *l. 1. 2. 3. 5. 12. h.* sed & in aliis casibus, ubicunque judicem æquitas moverit. *l. 21. h. v. l. 7. l. 8. l. 9. §. ult. l. 10. l. 14. h.* & in quibus certum condicitur, ut metus sit plus petitionis. *l. 1. D. h.*

4. Non videtur habuisse locum in actionibus bonæ fidei, vel arbitrariis, ut in rei vindicatione; vel in aliis in rem actionibus. *d. l. 1. l. 73. de R. V. arg. l. 4. C. de Edend.* Dissentiunt alii per *l. 20. §. 1. h. l. 36. l. ult. de R. V.* In petitione hereditatis, quia tam est in personam, quam in rem, locum habuit. *l. 11. C. de Pet. her.*

5. *Reum*

5. *Reum interrogabat*. Fiebat illa interrogatio vel ab ipso actore, vel a Prætore. *l*. 9. §. 1. *l*. 11. §. 9. *h*. *t*. idque non in quavis judicii parte, sed ante litem contestatam: quia judicii præparatoria erat. *l*. 1. *D*. *h*. Quod in *l*. *pen*. *h*. traditur, longè alium habet sensum.

6. *Necessar*. *respond*. etiam sæpius & plenius, si res id exigat. *l*. 9. §. 6. *h*. Ita tamen ut reo petenti tempus ad deliberandum concedendum sit. *l*. 5. *l*. 6. *D*. *h*. nec quisquam de facto alieno, *l*. 9. §. 3. 4. *l*. 19. *h*. (v. tamen *l*. 39. *de Procurat*.) nec de re, super qua jam controversiam ab alio patitur, invitus interrogari possit. *l*. 6. §. 1. *h*.

7. Silentium interrogati contra ipsum interpretandum. *l*. 11. §. 4. *h*. adeo ut non semper qui tacet consentire, sed & quandoque negare & dissentire videatur. v. *l*. 142. *de R*. *Jur*.

8. Effectus responsionis est, quod reus confessus teneatur Interrogatoria actione ex quasi contractu; (quæ & Confessoria dicitur. *l*. 23. §. *ult*. *l*. 25. §. 1. *ad L*. *Aquil*.) tacens vel non congrue respondens pro confesso habeatur. *l*. 9. §. 4. 5. *l*. 11. §. 1. *h*. mentiens se ipse oneret. *l*. 4. *pr*. *d*. *l*. 11. §. 3. 4. *D*. *h*. *t*. *l*. 1. & *t*. *t*. *de Confess*. *l* 1. §. 15. *Si quadr*. *paup*.

9. Actio Interrogatoria est *Prætoria*, *personalis*, *competens interroganti*, *contra reum respondentem*, *ad præstandum id*, *quod ex confessione sua debere intelligitur*. *l*. 1. *l*. 10. *l*. 11. §. 9. *h*.

10. *Personalis*. Quia nascitur ex obligatione quasi contractus. *d*. *l*. 11. §. 9. obligatur enim reus ex responsione tamquam ex tacitâ promissione. *d*. *l*. nisi vel in responsione erraverit. *d*. *l*. 11. §. 3. 8. 10. *h*. *t*. vel ab eâ per pœnitentiam, sine captione adversarii, recesserit. *d*. *l*. 11. §. 12.

11. Qui

11. Qui ex semisse heres heredem se dixit ex quadrante, in mendacii pœnam in solidum, id est in integrum semissem convenitur. *l.* 11. §. 3. *h.* quæ mendacii pœna etiam in aliis falsis responsionibus locum habet. *l.* 7. *l.* 10. *h.* modo falsa responsio nec naturæ negotii, nec juri contraria sit. *l.* 13. *pr.* & §. 1. *l.* 14. *in f. h.*

12. Contra respondentem datur, licet sine interrogatione responderit. *l.* 9. *pr. h.*

13. Actori interroganti, licet non ipse, sed ejus nomine Prætor interrogaverit. *d. l.* 11. §. 9. Tertio, qui non interrogavit, non competere hanc actionem, res ipsa loquitur. v. *l. ult. D. h. t.*

14. Verum hæc actio jam olim, si non Callistrati JCti, at certe Triboniani ætate ab usu recessit. vide *legem.* 1. §. 1. *b. t.* à Triboniano, ut videtur, interpolatam. *l.* 2. §. 40. *de O. J.*

TIT. II.

De quibus rebus ad eundem judicem eatur.

1. Sæpe plures causæ apud eundem judicem sunt terminandæ, vel ob diversitatem jurisdictionis, & fori, quod sortiuntur plures consortes ejusdem litis, *l.* 1. *l.* 2. *D. h. l.* 5. *C. Arbitr. tutel. v. l.* 1. *l.* 2. *C. de Consort. ejusd. lit.* vel ob connexionem & continentiam rerum. *l.* 10. *C. de Jud.* vel ob mutuam petitionem, seu reconventionem, quam vocant. *l.* 11. §. 1. *D. de Jurisd. l.* 22. *de Jud. l.* 14. *C. de Sentent. & interloc.*

2. Continentia causæ est, *conjunctio sive connexio judiciorum affinium*, sive quia moventur super eadem re, ut petitorium & possessorium, *l.* 10. *C. de Judic. l.* 35. *de Acq. poss. l.* 24. *D. de R. V.* sive

five quia alterum alteri ita connexum est, ut illud præparet aut manifestius reddat, ut actio ad Exhibendum & Rei vindicatio; sive alterum cum altero concurrat, ita ut ei præjudicare, vel illud impedire posset. v: *l. pen. de Nox. act.* His & similibus casibus continentiam causarum dividere leges vetant.

TIT. III.

De Servo corrupto. Cod. 6. 2.

1. Si quis alieni servi mores corruperit, tenetur actione de servo corrupto, quæ est actio personalis, ex delicto, *l. 1. §. 3. h. §. 1. I. de Obl. ex del. §. 23. I. de Action.* Prætoria, *l. 1. D. h.* pœnalis ex parte rei, *l. 13. h.* rei persecutoria ex parte actoris. *l. 11. §. 2. l. 14. §. 5. h. t.*

2. Competens domino servi corrupti ejusque heredibus. *l. 13. h.* usufructuario, *l. 9. §. 1. D. h. t.* & parentibus, ob corruptum animum liberorum, datur utilis actio. *l. 14. §. 1. h.*

3. Contra eum, qui alienum servum dolo malo corrupit. *dd. ll.* Aliquando contra ipsum dominum corrumpentem. v. *l. 9. §. 1. l. 14. §. 3. 4. h.* Non contra heredem corrumpentis. *l. 13. D. h.* ne quidem in simplum: quia ex parte actoris quidem est pœnalis & rei persecutoria, sed ex parte rei mere pœnalis. Res enim, quæ actori abest, à reo præstatur pœnæ loco, dataque est hæc actio odio rei, ejusque facti puniendi gratiâ, quales actiones in heredem non dantur. *§. 9. I. l. 23. §. 8. D. de L. Aquil. l. 9. §. 1. Quod fals. tut. l. 3. §. pen. Si mens. fals. l. 1. §. ult. de Eo per quem fact.*

4. Si servus servum corruperit, datur contra dominum servi corrumpentis cum noxæ deditione. *l.* 5. §. 3. *h.*

5. Dixi: *dolo malo*, quia ex delicto nascitur. *l.* 1. *l.* 3. *l.* 5. *h.* (Si dolus absit, aliquando utili Legis Aquiliæ actioni locus est. *d. l.* 3. *l.* 4. *h.*)

6. Veluti si servum *recepit*, *persuasitve quid ei*; *l.* 1. *l.* 2. *l.* 3. *h.* quia ad omnes corruptelas pertinet hæc actio. *l.* 9. §. 1. *h.*

7. *Quo eum deteriorem faceret.* sive impellendo, & suadendo, sive laudando servi malitiam & consilium. *l.* 1. §. 3. 4. 5. *h. l.* 16. *pr. de Pœn.*

8. *Ad præstandum duplum damni dati. l.* 1. *D. h.* id est, duplum ex re & pœna mixtum. *l.* 14. §. 5. *D. h.* sic ut ineatur æstimatio, non modo quanto vilior servus est factus, sed & rerum, quas secum fugiens abstulit. *l.* 9. §. *ult. l.* 10. *l.* 11. *h. l. ult. de Fugit.* §. 8. *I. de Obl. ex delict.* non ratione damni postea dati. *d. l.* 11. *princ.* & §. 1. Non tamen infamiam irrogat. *l.* 5. §. 1. *l.* 6. *l.* 7. *de Obseq. par. & patr.* licet vocetur turpis actio. *l.* 56. *Pro soc.*

9. Marito contra uxorem in simplum datur. *l. ult. D. h.* Ratio est in *l.* 1. *D. de Act. rer. am.*

10. Cum hac actione concurrere possunt actio furti & condictio furtiva. *l.* 11. §. *ult. l.* 12. *h.* §. 8. *I. de Obl. ex del.* & extraordinaria accusatio. *l. ult. D. de Offic. Præf.*

TIT.

TIT. IV.

De Fugitivis. Cod. 6. 1.

1. Fugitivus est, *qui ea mente à domino, fugæ causâ, discedit, ne ad eum redeat. l. 17. D. de Ædil. edict. l. 225. de V. S.*

2. Erro est, *qui sine causa vagatur, & tempus nugis terit ac consumit. d. l. 17. §. 14.* Hic autem Fugitivi appellatione & Erro continetur. *l. 1. §. 5. D. h.*

3. Ad coërcendam servorum in fugiendo, aliorum in fugitivis celandis & occultandis improbitatem, cautum est,

4. Ut servi ad Barbaros fugientes, metallo, pedis, aut unius manus amputatione, vel qua alia id genus pœna afficiantur. *l. 3. & Auth. seq. C. h.*

5. Ut ubique apprehensi diligenter custoditi ad dominum remittantur, severius, si se pro liberis gesserint, à magistratu puniendi. *l. 1. §. 2. 3. 7. l. 2. D. h.*

6. Ut ipsi fugitivi, ad detegendas aliorum fugas, quæstioni subjiciantur. *l. 4. l. 6. C. h. t.*

7. Ut servi fugitivi, bona licet fide & titulo justo possessi, nulla sit usucapio. *l. 1. C. h.* Ratio est in *d. l. & l. 60. D. de Furt.* junct. *§. 2. J. de Usuc.*

8. Qui sciens servum alienum celat, se furti obstringit. *l. 1. pr. h.*

9. Qui fugitivos in agris suis repertos non remittunt intra 20. dies, mulctâ coërcentur. *l. 1. §. 1. b.*

10. Ejus, qui servum fisci celat, pœna est restitutio servi cum 12. libris argenti. *l. pen. C. h.*

11. Qui fugitivum clam domino recipit, eun-

dem cum alio pari servo, vel 20. solidis restituere cogitur. *l.* 4. *C. h.*

12. Domino servum fugitivum ubivis, etiam in alienis prædiis, investigare integrum est *l.* 1. §. 2. *l.* 3. *h.* Scilicet auctoritate Magistratus. *l.* 18. *de in jus voc. l.* 176. *de R. J.*

TIT. V.

De Aleatoribus. Cod. 3. 43.

1. Alea proprie est ludus tesserarum. Martial. *lib.* 14. *Epigr.* 15. *Ovid.* 2. *Trist. v.* 471. *& seqq. Horat.* 2. *Od.* 7. Latius accepta est, *omnis ludus vel in totum, vel maximam partem in fortunæ arbitrio positus.* Unde sæpe pro fortuna accipitur. *Liv.* 1. *c.* 59. & incerto rerum eventu. *l.* 8. §. 1. *de Contr. empt. l.* 4. §. 1. 2. *l.* 19. §. 1. *l.* 25. *h. t.*

2. Dico *omnis ludus:* ut & talos, sive tesseras, & chartas, & similia, animis, ad magna natis, indigna oblectamenta comprehendat,

Quique alii lusus (nec enim nunc persequar omnes)
Perdere, rem caram, tempora nostra solent,

ut mea faciam verba Ovidii *lib.* 2. *Trist. v.* 483. *& seq.*

3. Etiamsi enim aleæ lusum ad merum jus gentium exigentibus, videri possit hæc ludicra & innocua animi, à negotiis gravioribus feriati, exercitatio non esse illicita; tum quod cuilibet integrum sit pecuniam suam sub qualibet, etiam fortuita, conditione alienare; tum quod sorti, omni, etiam ipso Divino, jure, locus sit: Quoniam tamen in effrœnem & immoderatam ludendi libidinem & certissimum Reip. detrimentum exibat Alea, merito Romanis legibus prohibita

hibita & coërcita est, dato etiam Prætori & Ædilibus negotio animadvertendi in aleatores, v. *l.* 4. §. 2. *l.* 19. §. 1. *l.* 25. §. 6. *de Ædil. Ed. l.* 26. *de Injur. l.* 225. *de V. S. Juven. Sat.* 1. 87. *& seqq. Martial.* 5. 85. *Horat.* 3. *Od.* 24. *in f. Cicer.* 2. *Philip. cap.* 23.

4. Digna sunt, quæ explicentur Justiniani in *l. ult. C. h. t.* verba: *Alearum usus* (legendum videtur *lusus*) *antiqua res est* (quam, si qua Philostrato fides, in castris Græcorum, Trojam obsidione prementibus, invenit Palamedes, cum otia miles ageret) *& extra operas pugnatorias concessa* (Ratio est, ne milites otio & inertia marcescerent ac torperent. Ita tamen ne liceat in arma ludere. *arg. l.* 3. §. 13. *de Re mil.*) *verum pro tempore* (id est, successu temporis) *abiit in lacbrymas* (id est, eventum lachrymosum,) *multa millia extranearum nationum suscipiens.* (id est, plerosque omnes populos illo ludendi studio & intemperie, veluti pestilenti sidere afflans, qua laborarunt non modo Asiatici, & Græci, *Sarisb. in Polyc.* 1. *c.* 5. sed & Romani, *Sueton. in Aug. c.* 71. *in Claud. c.* 33. Gothi, *Sidon. Apollin.* 1. *Ep.* 2. Germani, *Tacit. de Moribus Germ. c.* 24. & quæ non gentes? *Quidam enim ludentes*, (sic enim legendum est, non, ut vulgo, *nec ludentes*) *nec ludum scientes*, *sed numeratione tantum proprias substantias perdiderunt*, id est, posita arca de totis fortunis & facultatibus decreverunt. v. *Juven. Sat.* 1. *v.* 89. *& seqq.*

5. Ludere in pecuniam SCto prohibitum est, ut tamen liceat in convivio de eo, quod vescendi causa apponitur, ludere. *l. ult. h.* v. *Martial. lib.* 14. *Ep.* 18. Nisi id fiat in fraudem legis. *l.* 1. *C. h.* ...

dem cum alio pari servo, vel 20. solidis restituere cogitur. *l.* 4. *C. h.*

12. Domino servum fugitivum ubivis, etiam in alienis prædiis, investigare integrum est *l.* 1. §. 2. *l.* 3. *h.* Scilicet auctoritate Magistratus. *l.* 18. *de in jus voc.* *l.* 176. *de R. J.*

TIT. V.

De Aleatoribus. Cod. 3. 43.

1. Alea proprie est ludus tesserarum. Martial. *lib.* 14. *Epigr.* 15. *Ovid.* 2. *Trist.* *v.* 471. & *seqq.* *Horat.* 2. *Od.* 7. Latius accepta est, *omnis ludus vel in totum, vel maximam partem in fortunæ arbitrio positus.* Unde sæpe pro fortuna accipitur. *Liv.* 1. *c.* 59. & incerto rerum eventu. *l.* 8. §. 1. *de Contr. empt.* *l.* 4. §. 1. 2. *l.* 19. §. 1. *l.* 25. *h. t.*

2. Dico *omnis ludus*: ut & talos, sive tesseras, & chartas, & similia, animis, ad magna natis, indigna oblectamenta comprehendat,

Quique alii lusus (nec enim nunc persequar omnes)
Perdere, rem caram, tempora nostra solent,

ut mea faciam verba Ovidii *lib.* 2. *Trist.* *v.* 483. & *seq.*

3. Etiamsi enim aleæ lusum ad merum jus gentium exigentibus, videri possit hæc ludicra, & innocua animi, à negotiis gravioribus feriati, exercitatio non esse illicita; tum quod cuilibet integrum sit pecuniam suam sub qualibet, etiam fortuita, conditione alienare; tum quod sorti, omni, etiam ipso Divino, jure, locus sit: Quoniam tamen in effrœnem & immoderatam ludendi libidinem & certissimum Reip. detrimentum exibat Alea, merito Romanis legibus prohibita

hibita & coërcita est, dato etiam Prætori & Ædilibus negotio animadvertendi in aleatores, v. *l.* 4. §. 2. *l.* 19. §. 1. *l.* 25. §. 6. *de Ædil. Ed. l.* 26. *de Injur. l.* 225. *de V. S. Juven. Sat.* 1. 87. *& seqq. Martial.* 5. 85. *Horat.* 3. *Od.* 24. *in f. Cicer.* 2. *Philip. cap.* 23.

4. Digna sunt, quæ explicentur Justiniani in *l. ult. C. h. t.* verba: *Alearum usus* (legendum videtur *lusus*) *antiqua res est* (quam, si qua Philostrato fides, in castris Græcorum, Trojam obsidione prementibus, invenit Palamedes, cum otia miles ageret) *& extra operas pugnatorias concessa* (Ratio est, ne milites otio & inertia marcescerent ac torperent. Ita tamen ne liceat in arma ludere. *arg. l.* 3. §. 13. *de Re mil.*) *verum pro tempore* (id est, successu temporis) *abiit in lacbrymas* (id est, eventum lachrymosum,) *multa millia extranearum nationum suscipiens.* (id est, plerosque omnes populos illo ludendi studio & intemperie, veluti pestilenti sidere afflans, qua laborarunt non modo Asiatici, & Græci, *Sarisb. in Polyc.* 1. *c.* 5. sed & Romani, *Sueton. in Aug. c.* 71. *in Claud. c.* 33. Gothi, *Sidon. Apollin.* 1. *Ep.* 2. Germani, *Tacit. de Moribus Germ. c.* 24. & quæ non gentes? *Quidam enim ludentes,* (sic enim legendum est, non, ut vulgo, *nec ludentes*) *nec ludum scientes, sed numeratione tantum proprias substantias perdiderunt*, id est, posita arca de totis fortunis & facultatibus decreverunt. v. *Juven. Sat.* 1. *v.* 89. *& seqq.*

5. Ludere in pecuniam SCto prohibitum est, ut tamen liceat in convivio de eo, quod vescendi causa apponitur, ludere. *l. ult. h.* v. *Martial. lib.* 14. *Ep.* 18. Nisi id fiat in fraudem legis. *l.* 1. *C. h.*

 6. In

6. In *l.* 1. *l.* 2. *& f. C. h.* negatur petitio, conceditur & jubetur repetitio ejus, quod alea perditum est. *v. & l.* 25. *C. de Episc. aud. l. ult.* §. 1. 2. *D. h.* quæ actio institui potest intra 50. annos. *l.* 1. *l. f.* §. 1. *C. h. t.*

7. Qui aliquem ludere coëgit, pro arbitrio Prætoris punitur. *v. l.* 1. *pr. &* §. *ult. h.*

8. Aleatorum susceptoribus verberatis, damnum furtumve, vel injuriam passis negatur omnis actio *l.* 1. *pr.* §. 1. 2. *h.*

9. Domus, in qua, permittente domino, lusum est, fisco cedit. *l.* 2. *l. ult. C. h.*

10. Quod in alea perdidit socius, ex re communi petere nequit. *l.* 59. *in f. D. pro Soc.*

11. Quod in aleæ lusu actum, contractum est, non producit obligationem efficacem. *l. ult.* §. 1. *D. Quar. rer. act. l.* 19. §. *ult. de Probat.*

12. Cum nihil cum alea commune habeat concertatio virtutis causâ, licet non modò pilum vel hastam jacere, luctari, Pyrricham saltare, sive ludicro Trojæ se exercere; *l.* 2. §. 1. *D. l.* 1. *l. ult. C. h. t. l.* 7. §. 4. *Ad L. Aq. l.* 4. *D. de His qui not. infam. l.* 3. §. 6. *de Postul. l. un. C. de Athletis. Suet. in Cæs. c.* 39. *in Ner. c.* 12. *Virgil.* 5. *Æneid. v.* 596. *& seqq.* sed & eo nomine in pecuniam ludere, ut tamen ditioribus non liceat nisi solidum, vel aureum in singulas commissiones interponere. *d. l.* 1. *C. h.* ne eludatur auctoritas SCti in *d. l.* 3. *h. t.*

13. Sed & Legibus Titia, Publiciâ, & Cornelia in illis certaminibus licet sponsionem facere. *d. l.* 3. *h.* Ita tamen fit & aliæ sponsiones super rebus non inhonestis, licet non virtutis causâ factæ, non sint prohibitæ, modo non cadant in aleæ speciem. *l.* 5. *D. de Fœn. Naut. l.* 57.

l. 63.

l. 63. l. 108. de V. O. l. 17. §. ult. de Præſ. Verb. Plin. 9. Hiſt. Nat. c. 35.

14. Denique nec Urna fortunæ (Belg. Lotetije) in qua nec modus exceditur, nec bona fides læditur, eſt prohibita. *arg. l. 8. §. 1. de Contr. empt. l. 12. de Act. empt.*

15. Sed & uſus ſortis receptus & jure probatus eſt, ubicunque res non poteſt animi judicio expediri, modo non vertatur præjudicium alicujus tertii. *Proverb. cap. 16. v. 33. & ibi Interpr. l. 14. D. de Judic. Quintil. Inſt. Orat. 7. c. 1. l. 5. Fam. erc. l. 24. §. 17. de Fid. lib. l. 3. pr. C. Comm. de Legat. §. 23. Inſt. de Legat. l. 2. pr. C. Quand. & quib.* (x. 34.) *Cic. pro Cluent. Suet. in Aug. c. 13. 29. 31. 35. in Cæſ. c. 12. in Galbâ. c. 3. Virg. 6. Æn. v. 431. & ſeq. ubi Interpr.*

TIT. VI.

Si menſor falſum modum dixerit.

1. Menſor hoc loco eſt, *qui perticâ, decempedâ, aliave machina ſive norma, agros metitur, & de quantitate pronunciat.*

2. *Modus* eſt menſura, quantitas & ſpatium agri. *l. 40. de Contr. empt. l. 4. in f. de Act. empt. l. 12. C. de Serv. & Aq. Modulus* eſt ipſum inſtrumentum, quo fit menſura. *l. 8. §. 5. de Op. n. nunc. l. 30. §. 1. de Damn. inf. Horat. 1. Ep. 7. v. ult.*

3. Qui falſum modum per dolum aut latam culpam renunciat, in factum actione tenetur, quia actione locati conveniri non poteſt, niſi mercedem accipiat. *l. 1. h. l. 4. §. 1. Fin. reg.* Eſt autem *actio Prætoria in factum, competens ei,*

cujus intereſt, *falſum modum ſeu agri*, *ſeu alterius rei*, *renunciatum non eſſe*. *l.* 3. §. 1. *b*; Ejusque heredibus. *l.* 3. §. 5. *b*.

4. Non datur, ſi læſo alia actione conſultum ſit. *l.* 3. §. 2. 3. *l.* 5. §. 1. *b. l.* 18. §. 3. *de Dol. mal.*

5. *Sive agri ſive &c.* Prætor enim hanc actionem de agrimenſione propoſitam latius porrexit, *l.* 2. *in f. l.* 6. *l. ult. b l.* 10. *& ſeq. de Leg.*

6. *Contra menſorem*, quavis ratione modum renunciantem. *l.* 1. §. *ult. l.* 2. *l.* 3. §. 4. *b*. contra plures in ſolidum. *l.* 3. *pr. b.* ſed & contra eum, qui officio menſoris non fungens, falſum modum renunciavit. *l. ult.* §. 2. *b*. Non contra heredem menſoris: quia ob delictum concurrens, ſaltem ex parte rei, pœnalis eſt. *l.* 3. §. 5. *l.* 4. *b. l.* 49. *de O. & A.*

7. *Qui dolo falſum modum renunciavit*. vel lata culpa. *l.* 226. *de V. S. l.* 8. §. 3. *de Precar. l.* 1. §. 5. *de O. & A.* non levi, ut imperitia artis: quia menſor *non eſt civiliter obligatus*, ex locato ſcilicet. *l.* 1. §. 1. *b*.

8. Extinguitur ſpatio 30. annorum. *l.* 4. *b*. licet ſit prætoria pœnalis, contra regulam *l.* 35. *de O. & A.*

TIT. VII.

De Religioſis & ſumptibus funerum, *& ut funus ducere liceat*. *Cod.* 3. *Tit. ult.*

1. Locus Religioſus eſt *ſepulchrum*, *in quo cadaver*, *vel cineres hominis mortui reconditi ſunt ab eo*, *qui jus inferendi habet*, *ut ibi perpetuo maneant*. §. 9. *I. de R. D. l.* 2. §. 3. *l.* 40. *b. l.* 6. §. 6. *Comm. divid. l.* 10. *C. b*. *Gell.* 4. 9. *Cic.* 2. *de Legib. c.* 21. *& ſeqq.*

2. Lo-

2. Locus autem fit religiosus non modo, si totum cadaver, sed & si pars præcipua, scilicet caput inferatur. *l.* 44. *h.* ubi *pro* imago sit *leg.* imago fit.

3. Si nihil illatum sit, sed locus tantum sepulturæ destinatus, seu Cenotaphium, locus non fit religiosus, *l.* 6. §. *ult. l.* 42. *h. t. l.* 6. §. *ult. l.* 7. *D. de R. div.* sed sepulchrum inane, & honorarium. *Virg.* 3. *Æneid. v.* 301. *& seq. lib.* 6. *v.* 505. *& seq.* ubi v. *Serv. Suet. in Claud. c.* 1.

4. Cadavera in privatis fundis, non in templis, aut publicis cœmiteriis, apud Romanos fuisse sepulta, ex dictis, & aliunde constat, v. *Martial. lib.* 1. *Epigr.* 155. *&* 117. *& lib.* 10. *Ep.* 43.

5. Fuerunt tamen & sepulchra publica, in quibus pauperes, & tennioris fortunæ homines sepeliebantur. *l.* 3. §. *pen. de j. Fisc. Horat.* 1. *Serm. Sat.* 8. *v.* 10. Aggenus Urbicus *Comment. in Frontin. de Limitib. agror: Sunt in suburbanis loca publica, inopum destinata funeribus, quæ loca Culinas appellant. v. & Euang. Math. c.* 27. *v.* 7. *Horat.* 1. *Sat.* 8. 10.

6. Cum autem locus religiosus defunctorum manibus & memoriæ consecretur, locus commercio eximitur. *l.* 12. §. 1. *h. l.* 2. *C. eod. l.* 14. *C. de Legat. l.* 1. §. 9. *de O. & A. l.* 83. § 5. *de V. O.* §. 2. *I. de Inut. stip.* §. *ult. I. de Empt. vend. l.* 43. *de R. V. l.* 3. *C. Quæ res pign. l.* 30. *Fam. erc.*

7. Eadem de caussâ maximus est sepulturæ favor, & summa ratio, quæ pro religione facit. *l.* 43. *h. v. l.* 11. *C. h. t. D. de Cadav. Punitor. l.* 12. *D. h. t. l.* 4. *Quib. mod. serv.* Adeoque ne capite quidem punitis negatur, nisi ob atrocitatem facinoris. *d. t. D. de Cadav. Punit. d. l.* 11. Pœnæ enim species est non sepeliri. *Suet.*

in Vespas. c. 2. *inf. Deuter.* 28.26. *Jerem.* 7.33. & 16. 4. *Grot. de J. B. & P. lib.* 2. *c.* 19.

8. Hinc & pietatis causa sepelire defunctum, non est argumentum aditæ hereditatis. *l.* 4. *l.* 14. §. 7. 8. 9. *b. l.* 10. *de acq. vel om. her.* & heredes voluntati testatoris, sepulturam prohibentis, impune non parent. *l.* 27. *de Cond. instit. Ovid.* 5. *Fast.* 555.

9. Ut autem sepulchra in summâ reverentia, & jus sepeliendi in summo erat favore, ita alio respectu in horrore erant, & vivi illis, ut mortualibus omnibus, contaminari, & sanctæ sacræque res pollui credebantur. *l.* 12. *C. b. Tacit.* 1. *Ann. c.* 62. *Virg.* 2. *Æn. v.* 717. & *seq.*

10. Unde in Urbe & Municipiis sepelire prohibitum est. *Cic. lib.* 4. *ad Familiar. Epist.* 12. & 2. *de Legib. c.* 23. *Corn. Nep. in Attic. c. ult. l.* 3. §. 5. *de Sep. viol. d. l.* 12. *C. b.*

11. Quia autem nemo nisi in fundo suo sepelire potest, §. 9. *I. de R. D. l.* 43. *b.* introductæ sunt actiones de mortuo injustè illato, vel injustè sepeliri prohibito.

12. Actio de mortuo injustè illato est *Prætoria in factum, rei persecutoria, perpetua, competens domino loci, ejusque heredi, contra eum, ejusque heredem, qui in locum purum actoris hominem mortuum, aut ossa ejus intulit, ad hoc ut cadaver tollat, aut loci pretium solvat. l.* 2. §. 1. 2. *l.* 7. *b. l.* 13. *eod. Cic.* 2. *de Legib. c. ult.*

13. Utilis actio competit illis, quorum interest, qui, licet domini non sint, jus tamen prohibendi habent. *l.* 8. §. 4. *b.* Qui in sepulchrum alienum intulit utili actione tenetur. *d. l.* 7. *b.*

14. Non hæc, sed ordinaria ex contractu eo nomine datur actio socio contra socium. *d. l.* 2. §. 1.

§. 1. *h. t. l. 6. §. 6. Comm. div. l. 39. pro Soc. d. l. 43.*

15. Qui dolo in locum, publicis usibus destinatum, intulit, insuper extra ordinem punitur. *l. 8. §. 2. h. Cic. 2. de Legib. c. 23.*

16. Ut autem inferre in locum alienum non licet, & talis sepultura locum non facit religiosum, *l. 2. §. 7. l. 4. l. 7. l. 43. D. l. 2. C. h.* ita nec domino injussu Principis aut Pontificis, penes quos cura sacrorum erat & religiosorum, illata cadavera refodere integrum est. *l. 8. & l. 44. §. 1. D. l. pen. C. h. l. 50. de Pet. her. Plin. 10. Ep. 73. 74.*

17. Actio de mortuo injustè sepeliri prohibito est *Prætoria, perpetua, in factum, competens ei, qui prohibitus est mortuum inferre, quo ei jus inferendi erat, ad id quanti interest, se prohibitum non esse. l. 8. §. ult. h.* Nec heredi datur nec contra heredem. *l. 9. D. h.* Ratio est, quia injuriam & vindictam persequitur. v. *l. 1. §. 4. 6. l. 27.* junct. *l. 13. pr. D. de Injur. §. 1. Inst. de Perp. & temp. l. 7. C. de Revoc. don.*

18. Sepulchra vel singulorum erant, vel communia. Atque hæc iterum vel communi illatione religioni dicata, vel familiaria, vel hereditaria. De quibus v. *l. 5. l. 6. D. l. 4. l. 8. l. 13. C. h. Kirchmann. de Funerib. lib. 3. c. 13. Brisson. 2. Select. Ant. c. 14.*

19. Sumptus funeris est, *qui ita funeris causa erogatur, ut sine eo funus honeste duci non possit. l. 12. §. 2. & seq. l. 14. §. 3. 4. & 5. l. 37. D. h. l. 5. de Pet. her.* cui imputatur tamen impensa in postremum morbum facta. *arg. l. 4. C. de Pet. her. l. 37. D. l. 3. C. h.* Diss. alii. Sumtus autem æstimantur arbitrio judicis, pro dignitate & facultatibus defuncti. *l. 12. §. 5. 6. l. 14. §. 3. 6. h. l. 133. de Legat. 1.*

20. Un-

20. Unde excluduntur sumptus vani & inepti, licet à testatore imperati, *l.* 14. §. 5. 6. *h. v. l.* 113. *in f. de Leg.* 1. *l. ult. D. de Aur. arg. Suet. in Jul. c.* 84. *Cic.* 2. *de Legib. c.* 33. *& seq. l.* 4. §. *pen. ad L. Jul. pecul.*

21. Ad sumptus in funus faciendos tenetur in primis, cui id negotii defunctus dedit. *l.* 14. §. 2. *h. l.* 12. §. *ult. l.* 13. *Mand.* tum heres, aliique ad quos bona defuncti delata sunt. *l.* 14. §. 13. 15. *& ult. l.* 15. *l.* 21. *l.* 31. *D. h.* etiam imperio magistratus, si partibus suis desint, coërcendi. *l.* 12. §. *ult. h. l.* 50. §. 1. *de Pet. her. l.* 5. *C. h. t.*

22. Qui nomine alieno sponte sua sumptus funeris fecit, habet actionem funerariam. *l.* 14. §. 6. 12. *h.* quæ est *actio personalis, Prætoria, bonæ fidei, perpetua, subsidiaria, & privilegiata, competens ei, qui animo repetendi, funeris alieni causâ, sumptus fecit, contra heredem, aliumve, ad quem ea res pertinet, ad expensas in funus erogatas restituendas.* Dicitur *Personalis;* nascitur enim ex quasi contractu negotiorum gestionis cum ipso defuncto. *l.* 1. *l.* 4. *l.* 14. §. 7. 9. 13. 16. *h.*

23. *Prætoria.* Quia eam summâ ratione Prætor proposuit. *l.* 12. §. 2. 3. *h.*

24. *Bonæ fidei. l.* 14. §. 6. *&* 13. *arg.* §. 28. *I. de Action.*

25. *Perpetua. l.* 31. §. *ult. h.*

26. *Subsidiaria.* Quia non habet locum, si alia competat. v. *l.* 14. §. 12. 15. *h.*

27. *Competens ei &c.* Sive per se sive per alium, *l.* 14. §. 15. *h.* sive possessor hereditatis, sive legatarius, sive alius, *l.* 32. *l. ult. h.* sive animo proprium negotium gerendi, sive minus. *l.* 14. §. 11. *h.* eorumque heredibus. *l.* 31. §. *ult. D. h.*

28. *Animo repetendi.* Nam qui pietatis gratia

fune-

funeravit, non habet hanc actionem. *l.* 14. §. 7. 8. 9. *h. t. l.* 13. *C. de Neg. gest.*

29. *Contra eum, ad quem ea res pertinet. l.* 12. §. 2. *l.* 14. §. *ult. h.* id est, mandatarium, heredes, *l.* 12. §. 2. 4. *h.* eorumque heredes. *d. l.* 31. etiam contra sepulturam prohibentes. *l.* 14. §. 13. *h.*

30. *Ad expensas &c.* Quæ deducuntur ex hereditate ante omne creditum. *l.* 14. §. 1. *l.* 18. *l.* 19. *l. pen. l. ult.* §. *ult. h. t.* Ratio est (1. Ne corpora insepulta jaceant. *l.* 12. §. 3. *h. t.* (2. Quia expedit defunctos de suo, non de alieno funerari. *l.* 12. §. 3. *l.* 14. §. 1. 13. *h. t. l.* 3. §. 5. *de Minor.*

31. Unde &, uxore mortua, actio funeraria datur contra patrem, vel maritum, aliosve, ad quos dos pervenit, ut mulier ex dote, tanquam proprio patrimonio, sepeliatur. *l.* 16. *& seqq. h.* aliquando simul contra uxoris heredes & maritum pro rata. v. *l.* 22. *& seqq. h. l.* 13. *C. de Neg. gest.*

32. Lex XII. Tab. in vestibus lugentium modum quoque servari voluit. Elugendo conjugi olim decem menses mulieribus ex L. Numæ præfiniti sunt. *l.* 1. *l.* 8. *l.* 9. *l.* 10. *l.* 11. *D. l.* 15. *C. de His qui not. inf. l.* 1. *l.* 2. *C. de Sec. Nupt. l.* 8. §. 4. *C. de Repud. Ovid.* 1. *Fastor.* v. 33. *& seq.* Parentes & liberi, agnati & cognati, secundum pietatis rationem, & animi sui patientiam, prout quisque voluerit, lugendi sunt. *l.* 23. *D. de His qui not. inf.*

33. Quo minus funus ducere liceat, nemo debiti aliove prætextu impedire potest. *l.* 38. *D. h. l.* 1. §. 6. *de Injur.* Adeo ut creditor non modo debiti jacturam faciat, sed etiam tantumdem defuncti debitoris heredibus præstare teneatur, & tertiæ bonorum partis publicatione ac perpetua in-

infamiâ plectatur. *l. 5. D. ad L. Jul. de Vi publ. l. ult. C. de Sep. viol. Nov. 60. c. 1. Nov. 115. c. 5. §. 1.* ita ut ne intra nonum quidem ab obitu diem, heredibus, nomine æris alieni à defuncto conflati, molestia fieri possit. *Auth. Item. & Auth. Sed neque. C. de Sep. viol.* & illi, qui exsequias funeris sequuntur, eo tempore in jus vocari nequeant. *l. 2. in f. l. 3. de In jus voc.*

TIT. VIII.

De Mortuo inferendo, & sepulchro ædificando.

1. Eodem pertinent duo hujus tituli Edicta, in *l. 1. pr. & §. 5. h.*

2. Primum, & possessionis & proprietatis causam continens, competit domino. *l. 1. §. 2. h. l. 43. de Relig.* v. *l. 2. §. 2. de Interd.* contra eum, qui funus in locum licitum inferre prohibet, ad id ut sepelire liceat. *l. 1. pr. & §. 1. h.*

3. Secundum cavet, ne quis prohibeat monumenta exstrui, perfici, vel exornari. *l. 1. §. 5. 6. 8. 9. h.* modo ne propius ad alienas ædes fiat ædificatio. *l. 3. h. l. ult. D. Fin. reg.*

4. Locus, jam religioni consecratus, refici aut instaurari sine permissu Pontificis aut Principis non potest. *l. ult. D. h. l. 8. de Relig. vid. tit. præced. th. 15.*

5. Exstrui autem solebant sepulchra eâ amplitudine & magnificentiâ, ut in iis commorari & versari, non secus atque in ædificiis subterraneis, etiam vivi possent. v. *l. 3. de Sep. viol. l. 71. §. 2. de Cond. & Dem. l. 44. de Man. testam. Petron. in Satyr. c. 71. Cic. 2. de Legib. c. 25. Kirchmann. de Funerib. lib. 3. c. 15. Euang. Matth. c. 8. ℣. 28. & c. 27. ℣. 60. l. 18. §. ult. de Alim. leg.*

6. Ne

6. Ne quis mulierem prægnantem mortuam, antequam ei partus excidatur, sepeliat, lege Regià, incerto auctore latà, cautum est. *l.* 2. *D. h. v.* & *l.* 18. *de Stat. hom.* *l.* 3. *de Pœn. Quintil. Declam.* 277. *Ælian. Var. Hist.* 5. 18.

DIGESTORUM

PARS TERTIA.

LIBER XII.

TIT. I.

De Rebus creditis, Si certum petatur, & de Condictione.

Cod. 4. 1. 2.

1. Rationem inscriptionis reddit Ulpianus, *l.* 1. *h.*

2. *Rerum* significatio latissime patet. *l.* 1. *in f. h. pr. l. de R. D. pr. l. de Reb. corp. l.* 32. §. 2. *de Leg.* 2. Angustius accepta distinguitur à Personis & Actionibus. §. *ult. I. de Jur. nat. l.* 1. *de Stat. hom. pr. Inst. de Rer. div.*

3. *Crediti* etiam generalis appellatio est. *l.* 1. *h.* ut complectatur vel quidquid debetur ex quâlibet causâ. *l.* 10. *l.* 11. *l.* 12. *de V. S. l.* 1. *l.* 2. §. 3 *h.* vel ex mutuo. *l.* 2. §. 1. *h.* ad cujus causam proprie & strictè *credendi* & *creditorum* verbum refertur. *l.* 9. *pr. de Auct. tut. l.* 3. *ad SC. Mac. l.* 41. *D. h.*

4. Om-

4. Omnes significationes quodammodo sunt hujus tituli, quatenus generalis condictio certi non modò ex mutuo, sed & ex aliis omnibus causis competit, ex quibus verum, & certum debitum ob præsentem obligationem debetur. *l. 9. h.*

5. Est autem *certum, de quo constat, quid, quale, quantumque sit. l. 6. h. l. 74. de V. O.*

6. *Condictio* est actio in personam. §. 15. *I. de Act.* cujus in inscriptione fit mentio, quia primario hoc capite agitur de mutuo, ejusque actione, id est; singulari condictione certi.

7. Appellata est mutui datio ab eo, quod de meo tuum fit; & ideo, si non fiat tuum, non nascitur obligatio, verba sunt Pauli in *l. 2. §. 2. h.* Nonius Marcellus, capite de Differentiis verborum, *Mutuum à fœnore*, inquit, *in hoc distat, quod mutuum sine usuris, fœnus cum usuris sumitur. Unde honestius est mutuum, quod sub honesto affectu fiat meum tuum, usu temporis necessarii.* vid. infr. *th. 53.*

8. Latissime acceptum tribuitur negotiis, in quibus vel usus, vel aliud quid præter dominium transfertur. *l. 49. §. 2. de Leg. 3. l. 12. §. 14. de Instr. vel. Instrum. leg.* Strictius accipitur vel pro re, quæ in contractum mutui venit, *pr. & §. 1. I. Quib. mod. re.* vel pro ipso contractu. §. 2. *J. de J. Nat. pr. I. Quibus mod. re. contr. obl.*

9. Quo sensu definitur *contractus nominatus, ab una parte obligatorius, stricti Juris, re constans, quo res fungibilis alteri datur ea lege, ut alia ejusdem generis & quantitatis quandocunque repetenti creditori restituatur.*

10. *Contractus. pr. I. quib. mod. re contr. l. 1. §. 2. de O. & A.*

11. *Ab*

11. *Ab una parte obligatorius*, scilicet à parte debitoris, pariter ut stipulatio. Nec aliud dicere voluit Ulpianus in *l.* 10. *in f.* & *l.* 19. *de V. S.*; cum qua confer inscriptionem *legis* 1. *l.* 7. *l.* 11. *D. de Minor.*

12. Res fungibiles sunt, *quæ functionem in suo genere recipiunt, quarumque altera alterius vice perfecte fungitur, quales sunt res, quæ in promiscuo usu commercii, pondere, numero & mensura constant. l.* 2. §. 1. *h.*

13. Cum ad perfectionem contractuum, re constantium, necessaria sit traditio; consequitur, adeo hic requiri rei traditionem, ut ante eam nulla nascatur obligatio mutui, vel alienatio. *l.* 2. §. 3. *l.* 30. *h. l.* 3. §. *ult. l.* 4. *D. ad SC. Mac. l.* 17. *D. l.* 20. *C. de Pact.*

14. Sive autem vera, sive symbolica, sive quæ fit per fictionem brevis manus, adhibeatur traditio, nihil refert. *l.* 9. §. *ult. l.* 11. *l.* 15. *D. h.*

15. Quibus nihil est contrarium in *l.* 19. *de Præscr. verb.* nec, ut videtur, in *l.* 34. *Mand.*

16. Traditionis quovis modo à domino factæ effectus est, quod transferatur dominium rei mutuo datæ in accipientem. Nam in mutuo fieri alienationem, tam certum & exploratum est, quam id, quod certissimum. §. 2. *I. Quib. al. lic. pr. I. Quib. mod. re. contr. l.* 9. *pr. de Auct. tut. l.* 16. *l. pen. h.*

17. Unde consequitur, in creditore & dominium requiri & liberam rerum administrationem. §. 2. *I. Quib. al. lic. l.* 2. §. *pen. h. l.* 54. *de R. J.* Ita tamen ut multa singularia hoc in negotio recepta sint; nec tam modus & forma agendi, quam effectus & utilitas contrahentium; ex

X

ex æquo & bono, sæpe spectetur. *l.* 12. *l.* 15. *l.* 19. §. 1. *D. l.* 7. *C. Si cert. petat.*

18. Nihil interest utrum ipse dominus, an ejus mandato & nomine alius mutuum dederit. *l.* 5. §. 3. *de Adm. tut. l.* 4. *C. Si cert. pet.* imo, hoc amplius, ad producendam condictionem ex mutuo, sufficit si dominus suam pecuniam meo nomine, & me non invito, licet sine mandato meo, mutuam dederit. *l.* 2. §. 4. *l.* 9. §. 8. *h. t.*

19. Si quis autem pecuniam alienam sine mandato, dolo malo, suo nomine mutuam dederit, cum dans non sit dominus, nec mutuum contrahit, nec dominium transfert. *l.* 11. *inf. l.* 13. *h.* quare à domino vindicari nummi, si exstent, vel ad exhibendum actione peti, si dolo malo consumpti sunt, possunt. *d. l.* 11. *inf.*

20. Quod si stipulatio intervenerit, dans, licet dominus non sit, accipientem ex stipulatu, *l.* 2. *C. Si cert. pet.* vel si nummi bona fide consumpti sint, condictione certi convenire potest. *l.* 11. *inf. l.* 12. *l.* 13. §. 1. *l.* 19. §. 1. *h. l.* 56. §. 2. *de Fidej. l.* 81. *de J. dot.*

21. Ipse dominus, licet vindicare & ad exhibendum agere possit, nullam habet actionem mutui, ad repetendam pecuniam, quam alius proprio, non domini nomine mutuam dedit. Ratio est in *l.* 38. §. 17. *de V. O. l.* 3. *de O. & A. l.* 1. §. 16. *ad SC. Treb.* Nisi dans ei actionem cedat, quo casu condictione certi utili contra accipientem experiri potest. *d. l.* 2. *C. Si cert. pet.* junct. *l.* 1. *C. de O. & A.*

22. Ex mutuo pecuniæ alienæ, nomine domini, ab alio mutuo datæ, etiam sine cessione, domino condictio competit. *l.* 2. *C. Per quas pers.*

23. Prohibentur fœnus exercere vel mutuum

dare magistratus & administratores Provinciarum, eorumque comites & socii: *l.* 33. *h.* *l.* 3. *C. Si cert. pet.* Cujus rei ratio non est obscura. vide *l. un. C. de Contract. jud. l.* 6. *in f. de Off. Proconf. t.t. C. Negotiat. ne milit. l.* 31. *l. ult. C. Loc. l.* 19. *de Off. Præf.* Excipe Præsidis Officiales. *l.* 34. *h.*

24. Pecuniam sub usuris mutuam sumere omnibus magistratibus integrum est. *d. l.* 34. §. 1. *h.* vide tamen *l.* 16. *C. Si cert. pet.*

25. Filiusfamilias ex mutuo civiliter & cum effectu non obligatur. *t. t. D. & C. ad SC. Mac.*

26. Civitates aliæque Universitates, ut mutuum dare, ita accipere possunt. *l.* 15. *ad SC. Mac.* Administratores mutuum accipientes se ipsi, non civitatem aut universitatem, obligant: nisi pecunia in publicam utilitatem versa sit. *l.* 27. *D. h. l.* 11. *D. de Pign. & hyp.*

27. Si erratum sit in causâ tradendi, veluti si pecuniam tibi tradam animo donandi, tu quasi mutuam accipias, dominium non transfertur. *l.* 18. *D. h. t. l.* 2. *de Jud. l.* 15. *de Jurisd. l.* 55. *de O. & A.* ita tamen ut, si eam repetere velim, obstet mihi exceptio doli mali. *d. l.* 18. A qua Ulpiani sententia dissentit Julianus in *l.* 36. *D. de A. R. D.* vid. *Vinn. ad* §. 40. *I. de R. D. & II. Sel. Quæst.* 35.

28. *Eâ lege, ut alia ejusdem generis & qualitatis.* vide *l.* 2. §. 1. *h.*

29. Unde colligitur, nec conveniri posse, ut eadem species, nec ut plus reddatur, quam acceptum est, *l.* 11. *h. l.* 17. *de Pact.* nec debitorem invito creditori aliud pro alio solvere posse. *l.* 2. §. 1. *l.* 3. *h.* vid. infr. *tit. de Solut. th.* 2. Adeo ut debitor ne quidem dando pecuniam, pro re alia mutuo data, defungi; nec judex, extra ca-

 sum

sum necessitatis, debitorem in æstimationem condemnare possit. *l.* 18. *Comm. div. l. ult. C. de Fideic. libert. l.* 9. *C. de Resc. vend.* sed nec debitor creditori invito particularem solutionem obtrudere potest. *l.* 3. *Famil. erc. l.* 41. §. 1. *de Usur.* vid. infr. *tit. de Solut. th.* 3. Nisi pars debiti sit liquida, pars illiquida. *l.* 21. *D. h. t.*

30. Regula tamen de reddendâ re ejusdem qualitatis fallit 1. In pecunia numerata *l.* 99. *de Solut, l.* 65. §. 1. *de V. O.* quia in ea non corpus, pondus & numerum, sed externum & imposititium valorem, ei à Majestate impressum, ad rationem vocamus, & æstimamus. v. *l.* 1. *de Contr. empt. l.* 34. §. 3. *de Leg.* 1. *l.* 95. *in f. de Leg.* 3. *l.* 94. §. 1. *de Solut. Sen.* 6. *de Benef. c.* 5. Atque hoc ita (1. Nisi aliter cautum sit. *l.* 3. *b. l.* 1. §. 6. *Depos.* (2. Nisi creditor ex alia pecuniæ, forte minoris, specie damnum passurus sit. *d. l.* 99. *de Solut.* ubi non *debitorem*, sed *creditorem* legendum esse, nemo non videt. Simile mendum vide in *l.* 8. *de Tut.* &, ut quidam volunt, in *l.* 18. *ad Exhib.* ut & apud *Senec. lib.* 1. *de Benef. c.* 2.

31. Quod si ante solutionem pecuniæ valor & bonitas mutata sit, verior, cum ratione Juris nostri convenientior, & summis orbis Europei tribunalibus probatior opinio est, habendam esse rationem temporis contractus, sive interna, sive externa bonitas mutata sit. *arg. l.* 3. *D. h. l.* 67. *de Contr. empt. l.* 41. §. 4. *de Leg.* 3. *l.* 7. *de Aur. arg. leg. l.* 8. *Mand.* vid. *Vinn. ad pr. Inst. Quib. mod. re Contr. Oblig. n.* 9. & 10. *Huber. in Præl. eod. tit. n.* 4.

32. Nisi (1. Mutatio monetæ fiat post moram debitoris vel creditoris: illa enim fit periculo moram committentis. *l.* 5. *l.* 22. *h. l. ult. de Cond.*

trit.

trit. l. 102. *de Solut. l.* 37. *Mandati. l.* 173. §. 2. *de R. J.* (2. Nisi aliud pactum conventum sit. *l.* 3. *in f. h. d. l.* 67. *de Contr. empt.*

33. Secundo fallit Regula de reddendâ re ejusdem qualitatis, si ea, ob moram debitoris corrupta, aut perdita, restitui non possit, quo casu ejus quod interest præstita æstimatione, creditori satisfieri potest & debet. v. *l.* 22. *D. h. t.*

34. Cujus difficillimæ Legis occasione graviter quæsitum, (vid. *Vinn. I. Sel. Quæst.* 39. *Voet. ad tit. D. de Trit. action.*) & adhuc sub judice lis est, cujus temporis ratio habenda sit in adjudicatione æstimationis loco rei, quam debitor vel per rerum naturam non potest, vel per contumaciam non vult restituere? Quæ quidem controversia, ut Julianum cum aliis JCtis conciliemus, non unâ distinctione videtur componenda.

35. Distinguimus enim, I. An vera rei æstimatio facienda sit officio Judicis sine Jurejurando in litem actoris. II. An æstimatio, quæ veram excedere potest, officio Judicis facienda sit per Jusjurandum in litem ab actore præstandum. III. An petatur Jure actionis sive obligationis sine officio Judicis, & Jurejurando.

36. Primo casu, insuper habitâ differentiâ inter bonæ fidei & stricti Juris judicia, subdistinguimus, an tacite vel expresse convenerit de tempore ineundæ æstimationis, an minus.

37. Si convenerit de tempore reddendæ rei, æstimatio fit, quanti tum fuisset res.

38. Sin minus, quanti fuisset cum petita res est. Adeo ut hoc casu primo semper spectetur tempus moræ, in qua debitor constituitur, vel cum ipse creditor, vel pro creditore dies certus, conventione partium condictus, eum

interpellat. v. infra *Tit. de Usur. thes.* 39.

39. Cujus interpellationis, vel operâ creditoris, vel lapsu diei, factæ, effectus est, ut augmentum pretii, à tempore moræ ad definitivam usque sententiam, lucro cedat creditoris, decrementum damno debitoris. Atque hic, aut nullus sensus est responsi Juliani in *d. l.* 22. quocum consentiunt *l.* 12. §. 1. *Si quis caut. l.* 3. *in f. de Cond. tritic. l.* 11. *de Re jud. l.* 13. §. 20. *l.* 21. §. 3. *D. l.* 5. *C. de Act. empt. l.* 59. *de V. O.*

40. Secundo casu, quo æstimatio fit officio judicis per jusjurandum in litem, distinguendum est inter bonæ fidei & stricti juris judicia; ut in bonæ fidei condemnationis, in stricti juris judiciis litis contestatæ tempus spectetur. *l.* 3. §. 2. *Commod.*; cui non est contraria. *l.* 22. *de O. & A.*

41. Cujus differentiæ ratio est in diversâ horum judiciorum natura. vide *l.* 7. *de Neg. gest. l.* 2. *l.* 3. §. 1. *l.* 38. §. 7. *D. de Usur. l.* 25. §. 8. *l.* 31. §. 13. *de Ædil. Ed. l.* 3. *de Resc. Vend. l.* 38. *l. ult. de Pet. hered. l.* 99. *de V. O.*

42. Atque hoc ita, nisi res ante perierit: tunc enim, quia æstimatio iniri non potest, quanti tempore sententiæ sit, æstimatur quanti fuerit tempore interitus. *l.* 3. *de Cond. trit.*

43. Tempora autem litis contestatæ & sententiæ, ut termini, ad quos referendam diximus rerum æstimationem, non strictè, sed paulo latius accipienda sunt, ut judex etiam antecedentium temporum rationem habere possit, & quandoque debeat. *l.* 3. *D. de Cond. tritic. l.* 13. *D. de Solut.*

44. Ita ut tempus litis contestatæ in strictis, sententiæ in bonæ fidei judiciis, hic spectetur tanquam terminus, ad quem æstimatio extendi potest, ut is, qui ante hunc terminum in mora

fuit,

fuit, in stricti juris negotiis præstare debeat, quanti res plurimi fuerit usque ad litem contestatam; in bonæ fidei judiciis, usque ad sententiam: nam ubi mora commissa est, in utroque genere judiciorum mora est terminus, à quo fit æstimatio. *l.* 2. *de In lit. jur. l. pen. de Cond. trit. l.* 8. §. *pen. de Cond. furt.* (cui non obstat *l.* 2. §. 3. *de Privat. del.*) *l.* 37. *Mand. l.* 3. §. *ult. l.* 21. §. 3. *de Act. empt.*

45. In casu tertio, quo æstimatio non officio judicis, aut jurejurando in litem, sed jure obligationis seu actionis petitur, ratio habetur temporis contractus. *l.* 28. *de Novat. l.* 37. *pr. Mand. l.* 22. *de O. & A.* Neque enim tum quæritur, utrum creverit æstimatio, an non, sed in eam condemnat judex, in quam se debitor obligavit. *dd. ll.*

46. *Jure* autem *actionis* præstatur æstimatio, cum à contrahentibus, ex. gr., per stipulationem in obligationem deducta est, ut in *l.* 28. *de Nov.* vel cum ab initio deberi cœpit, ut in *l.* 37. *Mand.*

47. *Officio judicis*, cum petitur res ipsa, quæ in obligationem deducta est, sed præstari non potest: tum enim ex officio judicis loco rei succedit æstimatio. *l.* 10. *in f. de J. dot.* junct. *l.* 91. §. *ult. de V. O.* §. 9. *I. de Legat.*

48. Tantum de tempore. Locum quod attinet, spectatur pretium loci, de quo convenit, vel, si nihil ea de re pactum conventum sit, loci, in quo petitur. *d. l.* 22. *in f. h. l.* 3. §. *ult. de Act. empt. l. ult. de Cond. trit. l.* 1. *D. de Ann. leg.*

49. *Quandocunque repetenti.* Semper enim repeti potest. Potest tamen, & sæpe solet dies & conditio per stipulationem restitutioni mutui adjici. *v. l.* 7. *l.* 40. *h. t.*

50. Ex mutuo nascitur Condictio certi, quæ est *actio stricti juris, competens creditori, contra debitorem, ad reddendam rem ejusdem qualitatis & quantitatis, & ad resarciendum damnum mora rei datum creditori.*

51. *Creditori.* Si plures mutuum dederint, singulis pro parte. *l. 9. C. Si cert. pet.* ut & si quis communes nummos mutuos dederit. *l. 13. inf h.*

52. *Contra debitorem.* Si plures sint, singuli pro parte tenentur, etsi uni facta sit numeratio, nisi solidum promiserint singuli. *l. 5. C. Si cert.*

53. *Ad reddendum rem ejusdem qualitatis.* Hinc speciatim promittebant debitores se *probam pecuniam* restituturos. *l. 40. h. v. l. 24. §. 1. de Pign. act.* & omnia *recte dari. d. l. 40.* Non datur ad usuras, nisi stipulatione promissas. *l. 3. C. de Usur. l. 24. D. de Præscr. verb.*

54. Hæc actio promiscuo usu loquendi dicitur *Condictio. §. 6. I. de Obl. quæ quas. ex contr. l. 2. C. Per quas pers.* condictio certi. *l. 9. pr. D. h. pr. I. Quib. mod. re contrah.* condictitia actio. *§. 1. I. Quib. mod. re l. 24. h. t.* actio mutui. *l. 5. C. Quib. non obj. long.* actio Kalendarii. *l. 39. §. 8. 14. de Adm. tut.* vide *l. 40. l. 41. h. l. 41. §. 6. de Leg. 3. l. 90. de V. O.* infra *Tit. de Usur. th.* 14.

55. Condictio certi est vel *specialis* ex mutuo, supra definita, vel *generalis. l. 1. h. t.*

56. Generalis est *actio personalis, qua certum petitur ex omni causa, ex qua certum quid debetur, sive ex qua quis ad certum debitum efficaciter obligatus est, sive contractus sit, sive delictum, sive aliud negotium. d. l. 9.*

57. Summam cum obligatione mutui affinitatem habet *litterarum obligatio*, sic ut nihil aliud sit, nisi civile & præsumptum mutuum, à mu-

mutuo naturali & vero non differens, nisi quod ibi vera numeratio sit facta, hic facta, ex confessione litteris consignata, præsumatur. *l.* 38. *de O. & A. l.* 59. *de Legat.* 3.

58. Atque hinc est, quod veteres JCti, cum hanc obligationem non ignorarent, distinctam tamen contractus speciem non fecerint. Infer. *l.* 1. 2. 3. *C. de Non num. pec.* junct. *l.* 1. §. 1. *de O. & A. l.* 1. §. 3. *l.* 7. § 1. *de Pact. l.* 8. §. 1. *de Fidej.* Unde nec alia hinc datur actio quam condictio certi. *l.* 3. *l.* 5. *C. de Non num. pec.*

59. Litterarum obligatio est, *ad cujus perfectionem & effectum, præter consensum & scripturam, nihil requiritur.*

60. Est vel vetus vel nova. Vetus, qua debitor & creditor quisque in suis libris, seu tabulis Accepti & Expensi, nomen seu debitum scribebat, scriptumque, prolatis in judicio tabulis, probabat; quare *nominibus* fieri dicebatur. *pr. I. de Litt. Obl.* Unde & Debita, & ipsi Debitores passim appellantur *Nomina. l.* 1. *ad SC. Mac. l.* 26. §. 2. *Mand. l.* 33. *l.* 59. *de Leg.* 3. *l.* 41. §. *ult. de Fid. lib. Horat.* 2. *Epist.* 1. *v.* 105. *Cic.* 5. *Fam. Ep.* 6. *lib.* 3. *de Offic. c.* 14. *Columell. de Re Rust.* 1. *c.* 7.

61. Nova Litterarum Obligatio est *confessio de mutuo, qua quis, spe futuræ numerationis, chirographo pecuniam se accepisse & debere confessus est, quæ numerata non fuit, sed tamen, tanquam præsumtum mutuum, solvenda est.*

62. *Confessio de mutuo.* Verum enim mutuum non est, quia numeratio secuta non est, nec habet formam mutui, quod re constat. *l.* 30. *D. h. l.* 17. *de Pact.*

63. *Chirographo.* Quod, licet latius acceptum, ad omnes scripturas pertineat, *l. pen. Qui Test.*

potissimum pertinet ad contractus, estque instrumentum, quo quis se debere confessus est, distinctum à syngrapha. *Ascon. Pædian. in Verr.* 3. Concepta hujus cautionis formula est in *l.* 40. *D.h. l.* 41. *§. ult. de Usur.*

64. *Confessus est, &c.* Numeratio pecuniæ duplici potissimum modo fiebat, *vel de domo & ex arca, vel de mensæ scriptura. De domo* cum pecunia vere numerabatur, & à debitore accipiebatur. *d. l.* 40. *h. l.* 38. *inf. Mand, l.* 26. *de Pecun, constit. Sen. Ep.* 16. *De mensæ scriptura*, cum pecunia in tabernis argentariis deposita numerabatur. *Donat. in Adelph. Terent. Act.* 2. *Scen.* 4.

65. Cum autem nemo tam supine negligens credatur, ut pecuniam fateatur numeratam, quam non accepit, ex confessione chirographo consignata nascitur præsumptio veri mutui. Unde, ut olim tabulæ Accepti & Expensi, sic Jure novo chirographa fidem debiti faciunt. *l.* 41. *ad L. Aquil. l.* 59. *de Leg.* 3. *l.* 27. *de Furt.*

66. Ita tamen, ut hæc præsumptio, per exceptionem non numeratæ pecuniæ intra biennium oppositam, elidi possit, eo effectu, ut chirographum vim probandi contra debitorem amittat, & creditor numerationem aliunde probare necesse habeat, ut mensæ rationibus, tabularum obsignatione, testibus. *l.* 3. *l.* 10. *C. h. v. Gell. l.* 14 *c.* 2.

67. Quæ exceptio locum habet (1. In Mutuo. *dd. ll* (2. In Pignore, tanquam accessorio mutui. *t. C. Si pign. convent. num. pec. l.* 1. *l.* 3. *C. de Non num. pec.* (3. In Dote. *t. C. de Dote cauta non numer. Nov.* 100. vid. infr. *tit. de Jur. dot. th.* 8.

68. In aliis contractibus locum non habet. *l.* 5. *l.* 11. *l.* 13. *C. de Non num. l.* 25. *de Prob.* Unde ap-

apparet, quo sensu accipienda sit *l.* 14. *pr. C. de Non num. pecun.*

69. Nominatim negatur (1. In Deposito. *d. l.* 14. (2. In apochis publicarum functionum, seu tributorum. *d. l.* 14. §. 1. *v. l. ult. C. de Apoch. publ.* (x. 22.) *l.* 2. *in f. C. de Quadr. præs.* (3. In cautione apud argentarios facta. *Nov.* 136. *c.* 6. *ubi vide Cujac.*

70. Post biennium Exceptio non numeratæ pecuniæ opponi non potest, etsi debitor onus probandi contrarium in se suscipiat, *l.* 8. *l.* 10. *l.* 14. *pr.* & §. 3. *C. de Non num. pec. l.* 3. *C. de Postul.* arg. *l. ult. C. In quib. caus. in int. l.* 2. *C. de Naufrag.* nisi intra biennium protestatio in scriptis sit facta, *d. l.* 14. §. *ult.* vel litis contestatio intervenerit. *d. l.* 14. §. *ult. l.* 8. *C. eod.* tunc enim exceptio non numeratæ pecuniæ sit perpetua. *dd. ll.*

71. Minoribus hæc biennii præscriptio non currit. *l.* 2. *l. ult. C. In quib. caus. in int. rest.* Majores, ex justa causâ, contra ejus lapsum in integrum restitui possunt. *l.* 1. *D. Ex quib. caus. Maj. Auth. Quod locum C. de Dote caut.*

72. Cessat autem hæc Exceptio etiam intra biennium (1. In chirographo, cujus fides solutione partis, vel usurarum agnita est. *l.* 4. *C. de Non num. pec. l.* 2. *C. de His quæ v.* (2. In confessione mutui testamento inserta, *arg. l.* 13. *C. de Non numer. pecun. l.* 37. §. 5. *de Leg.* 3. (3. Si quis in locum ejus, qui, ob numerationem factam, verè erat obligatus, se debitorem substituerit. *l.* 6. *l.* 12. *C. de Non num. pec.* (4. Renunciatione, post scriptam confessionem seorsim in alio instrumento facta. *arg. l.* 14. §. 1. *eod. l. pen. C. de Pact. l.* 22. *C. ad SC. Vellej.* vid. *Sand.* 3. *Decis. tit.* 2. *def.* 1.

73. Qui propriam scripturam vel numerationem

nem sibi factam falso inficiatur, convictus in duplum condemnatur. v. *l.* 4. & *Auth. Contra C. de Non num. pec.* *Nov.* 18. *c.* 8. ubi *Cujac.* vid. *Statut. Urb. Traject. Rubr.* 7. *art.* 7.

74. Ut debitori non numeratæ pecuniæ exceptio, vel protestatio, aut condictio chirographi intra biennium, *l.* 7. *l.* 8. *l.* 14. *C. de Non num. pec. l. ult. C. de Cond. ex lege.* ita creditori, qui, spe futuræ solutionis, apocham dedit, competit replicatio non solutæ pecuniæ, intra trigintra dies, *l.* 14. §. 2. *C. de Non num. pec. v. l.* 19. §. *ult. de Acceptil.* ubi proponitur differentia inter *apocham* (vulgo Quitantie) & inter *acceptilationem*, quæ est remissio debiti.

TIT. II.

De Jurejurando, sive Voluntario, sive Necessario, sive Judiciali. Cod. 4. 1.

1. Jusjurandum est *Religiosa asseveratio, facta Deo teste, cum execratione nostri, si scientes fallamus.*

2. Dicitur *Religiosa asseveratio*; unde jusjurandum sæpe vocatur *Religio. l.* 25. §. 3. *D. de Probat. l.* 2. *l.* 11. *l. ult. C. h. t.* v. *Cicer.* 3. *de Offic. c.* 29. *Gell. lib.* 4. *c.* 3. *Tacit.* 4. *Histor. c.* 41.

3. *Deo teste.* v. *Tacit. d. loc. Ovid.* 6. *Epist. Her. v.* 30. *Virg.* 12. *Æneid. v.* 200. & *seqq. Juven. sat.* 3. *v.* 144. & *seqq. l.* 5. §. 3. *l.* 33. *h. t.* maxime autem solenne, & sanctum erat jusjurandum per *Jovem Lapidem. v. Gell.* 1. *c.* 21. *Cic.* 7. *Epist. Fam.* 12. vid. infr. *th.* 39.

4. *Cum execratione.* Omni enim jurijurando execratio addi solebat, v. *Plaut. Amphitr. Act.* 3. *Sc.* 3. *Propert.* 2. *El.* 15. & 4. *El.* 7. *Cic.* 7. *Epist. Fam.*

Fam. 1. *Plin. in Panegyr. Virg.* 4. *Æneid in pr.*

5. *Si scientes fallamus. Plin. & Plaut. d. loc. l.* 26. *h. l.* 22. *de V. O.*

6. Jusjurandum fit vel non controversæ, vel controversæ rei causâ. Ad primum genus pertinet: (1. Quod citra necessitatem temerè profertur. Quod & Divino, *Exod.* 20. 7. *Matth.* 5. 33. 34. & Civili Jure prohibitum est. *l.* 13. §. *ult. h. t. l.* 8. *de Cond. Inst. l.* 20. *l.* 26. *de Cond. & Dem. Nov.* 77. *v. Auth. Sacrament. C. Quand. mul. l.* 4. *& Auth. Decernit. C. de Rec. arb.* (2. Quod firmandæ fidei causâ in publicis privatisque negotiis, animo serio & deliberato, imploratâ Dei in caput fallentis vindictâ, præstatur. Quod ut Romano, ita & Divino jure permissum est. vide *Exod.* 22. 9. 11. *Genes.* 22. 19. *Jes.* 45. 23. *Hebr.* 6. 13. 16. 2 *Cor.* 1. 23. 11. 31. *Rom.* 1. 9.

7. Atque hoc Jusjurandum, ut sanctè servandum, ita jure civili non habet majorem, quam pacta nuda, vim atque effectum. *l.* 35. §. 1. *h. l.* 95. §. 4. *de Solut. l.* 7. §. 16. *de Pact.* v. tamen *l.* 7. *D. de Oper. libert. l.* 41. *C. de Transf. Auth. Sacramenta puberum. C. Si advers. vend.*

8. Quare nec res jure Naturali aut Civili illicitas aut invalidas confirmat. *l.* 5. *C. de Legib. l.* 112. §. *ult. de Leg.* 1. *d. l.* 7. §. 16. *de Pact.* Quod tamen ex Jure Canonico partim mutavit Fredericus Barbarossa in *d. Auth. Sacram. Puberum.*; de qua vid. *Vinn. I. Sel. Quæst.* 15. & *Bronkh. cent. I. enant. assert.* 62.

9. Ad hoc genus jurisjurandi referenda sacramenta Militum. v. *l.* 11. *de Test. mil. l.* 12. §. 3. *de Re mil. l.* 2. *de Veteran. l.* 2. *de His quæ not. Gell.* 16. *c.* 4. Magistratuum & Judicum. *Tacit.* 16. *Annal. c.* 22. & 4. *Histor. c.* 41. *Plin.* 5.

Ep.

Ep. 14. *l.* 14. *& Auth. seq. C. de Judic.* Episcoporum & Clericorum. *Nov.* 137. *c.* 2. Advocatorum, ut & Medicorum. *d. l.* 14. *C. de Jud.* Tutorum & Curatorum. *l. ult.* §. 5. *Auth. quod nunc. C. de Curat. Fur. Nov.* 72. *c. ult.*

10. Jusjurandum, rei controversæ causâ, adhibetur aut ad religionem & majorem fidem, aut ad litem decidendam. Ad primum genus pertinet (1. Jusjurandum calumniæ. (2. Testimonii. *l.* 9. *C. de Testib.* (3. Judicio sistendi causa factum. *l. pen. C. de Dignit. Nov.* 112. *c.* 2.

11. Jusjurandum calumniæ est, *quo actor & reus, initio litis, de causæ suæ Justitia, omnemque à se calumniam & malitiam abesse & abfuturam esse jurare tenentur. l.* 2. *& t. t. C. de Jur. propt. cal. Nov.* 42. *c.* 3. §. 1. *l. de Pœn. tem. lit. Plin.* 5. *Ep. ult.*

12. Actor hoc Jusjurandum recusans causâ cadit, reus pro confesso habetur. *Auth. Principal.* §. 5. *C. d. t.* adeo ut ne pacto quidem id remitti, *l.* 1. *l.* 2. §. 4. *C. eod.* nec referenti jusjurandum judiciale deferri possit. *l.* 34. §. 7. *h.*

13. Gratia hujus sacramenti facta est Episcopis & Clericis. *l.* 25. §. 1. *in f. C. de Episc. & Cl.* v. tamen *Auth. Hoc jus porrectum. C. de SS. Eccl. Nov.* 123. *c.* 7. patronis & parentibus. *l.* 7. §. 3. 4. *de Obseq. par. l.* 8. §. 5. *Qui satisd. cog. l.* 34. §. 4. *h.* (ubi *l. æque* pro *neque.*) *l.* 16. *h. t. l.* 13. §. *pen. de damn. inf.* quod tamen abrogasse videtur Justinianus in *l.* 1. *& seq. C. de Jurej. propt. cal. Nov.* 49. *c. ult.*

14. Jusjurandum, litis decidendæ causâ, adhibetur vel ad controversiam finiendam, quod dicitur *litis decisorium*, *v. l.* 1. *h. Exod.* 22. 10. & 11. *Hebr.* 6. 16. vel ad rem æstimandam, quod est Jusjurandum in litem. *v. tit. seq.* Jusjurandum

dum litis decisorium est vel Voluntarium, vel Necessarium, vel Judiciale.

15. Voluntarium est, *quod pars parti defert extra judicium, per modum conventionis vel transactionis. l. 2. l. 17. l. 28. §. 10. l. 39. h. t.*

16. Cujus effectus est, quod inde competat actio Prætoria juranti, vel ei, cui jurare parato Jusjurandum remissum est. *l. 9. §. 1. h.* contra eum, qui Jusjurandum detulit, ad id quod sibi deberi juravit. *§. 11. I. de Act. l. 5. §. 2. l. 11. in f. l. 28. in f. D. l. 1. l. 8. C. h. l. 15. D. de Except. l. 56. de Re jud.*

17. Quæ non est nova & distincta actio, sed adjectitia qualitas, actioni in rem vel in personam accedens. *l. 9. in f. l. 10. l. 11. h. l. 7. §. 7. de Publ. act.* ut tamen ipsa maneat personalis ex conventione, nec priorem exstinguat. *dd. ll.*

18. Nam per Jusjurandum non fit novatio, nec quidquam obstat, quo minus pristina actio institui possit. *d. l. 7. §. 7. l. 13. §. 3. 5. l. 30. h. l. 25. §. 1. de Const. pec. l. ult. C. de Compens.* licet vim quodammodo habeat novationis. *l. 26. §. 2. l. 9. §. 3. h. t.* Diss. alii. Vid. *Huber. ad tit. Instit. de Action. n. 15.*

19. Reo juranti datur exceptio, vel actori, si certum sit, Jusjurandum esse delatum, & præstitum, aut remissum, denegatur actio. *l. 9. l. 11. h. §. 4. I. de Except. l. 7. §. 7. de Publ. act.*

20. Hi effectus, nec perjurii, nec novorum instrumentorum prætextu eludi possunt, aut tolli. *d. §. 11. I. l. 1. pr. Quar. rer. act. non dat. l. 5. §. 2. l. 28. in f. l. 31. in f. D. l. 1. l. 8. C. h. l. 21. D. de Dol.* Exceptio est in *l. ult. C. h.*

21. Hoc Jusjurandum, semel ex conventione susceptum, referri nequit. *l. 17. h. t.*

22. Al-

22. Alteri autem nec nocet nec prodest. *l.* 10. *l.* 11. *inf. l.* 12. *h. l. un. D. Si mul. ven. nom. l.* 7. §. 7. *de Publ. act. l.* 63. *de Re jud. l.* 3. *de O. & A.*

23. Judiciale Jusjurandum est, *quod pars defert parti in Judicio, jurans se id calumniæ causâ non facere, accedente auctoritate judicis. l.* 34. §. 4. 6. *f. h. l.* 12. §. 1. *C. h. l. ult. C. de Fideic. v. Sueton. de Clar. Rhetor. c.* 6. nec interest ante, an post litem contestatam fiat, an actor aliquam fidem suæ intentionis fecerit, an nullam. *l.* 34. §. 6. *l.* 35. *pr. D. l.* 9. *l.* 12. *pr. C. h. l. ult. C. de Fideic. l. ult.* §. 10. *C. de Jur. delib. l.* 25. §. *pen. de Probat.* Non obstant *l.* 11. *l.* 12. §. 2. *C. h. t. l.* 4. *C. de Edend. l.* 7. *C. de Testib.* vid. *Vinn. l. Sel. Quæst.* 42.

24. Atque hoc vel præstandum vel referendum est, nisi quis solvere malit. *l.* 34. *pr.* §. 6. *l.* 38. *D. l.* 9. *l.* 12. *C. h. t.* Ratio est, quia, cum quis in propriâ causâ testis & judex constituitur, manifestæ turpitudinis est, nec jurare velle, nec Jusjurandum referre. *l.* 34. §. 7. *d. l.* 38. *D. d. l.* 9. *C. h. d. l. ult. C. de Fideicomm.*

25. Recusari tamen potest (1. Si deferens sacramentum semel delatum revocaverit. *l.* 11. *C. h.* (2. Si deferens nolit Jusjurandum de calumniâ præstare. *l.* 34. §. 4. *l.* 37. *D. l.* 9. *C. h.* (3. Si deferatur in foro non competente. *l.* 35. *in f. h. l.* 28. §. 2. *de Judic.* (4. In obligatione litterarum post biennium. *l.* 14. §. 3. *C. de Non numer. pec.* (5. Si is, cui defertur, non sit satis certus. *l.* 34. *pr. h. l.* 4. *de In lit. jur.* Nam liquido jurandum est. v. *l.* 18. *h. Cicer.* 2. *Fam. Ep.* 37. *Terent. Andr.* 4. 3. 12. *Senec. de Benef.* 7. *c.* 9. *Ovid.* 3. *de Pont. Ep.* 3. *v.* 49. & *Ep.* 6. *v.* 21.

26. Effectus Jurisjurandi Judicialis relati est, quod necessariò præstandum sit. *l.* 34. §. 6. *D. l.*

pen. §. 2. *C. h.* nisi remissum sit. *l.* 5. §. *ult.* *l.* 6. *l.* 9. §. 1. *D.* *l.* 1. *l.* 8. *C. h.*

27. Effectus præstiti est, quod post, & secundum id sententia judicis feratur. *l.* 34. *in f. h.* unde non Jurisjurandi, sed rei judicatæ actio vel exceptio datur. *l.* 4. §. 1. 2. *l.* 6. *l. ult. de Re jud. t. t. de Exc. rei. jud.* *l.* 8. *C. h.* à quâ sententia appellari non potest, si judex sententiam tulerit post jusjurandum delatum vel relatum. *l.* 12. §. 1. 2. 3. *C. h.* *l. ult.* §. 1. *de Appell.* quo casu non potest de perjurio quæri. *l.* 1. *C. h.* *l.* 21. *l.* 22. *l.* 23. *D. de Dol. mal.* A delatione tamen hujus Jurisjurandi appellari potest. *d. l.* 12. §. 2. *C. h.*

28. Jusjurandum Judiciale & Voluntarium deferre possunt domini habentes liberam bonorum administrationem, & ipsi ad jurandum habiles. *l.* 34. *pr.* & §. 7. *l.* 75. §. 1. *D. h.* vel ipsorum loco tutores ac curatores, aut procuratores in rem suam, vel alii generale omnium bonorum, aut speciale mandatum habentes. *l.* 17. §. 1. *l.* 18. *l.* 19. *l.* 34. §. 1. *l.* 35. *h.*

29. Deferri possunt omnibus, cujuscunque sexus, ætatis, conditionis. *l.* 20. *l.* 26. *h.* ut tamen pupillus, procurator aut defensor, non teneantur id præstare vel referre. *l.* 34. §. 2. 3. *l. ult. h.* *l.* 4. *de In lit. jur.*

30. Ut & in omnibus causis. *l.* 3. §. 1. *l.* 9. §. 2. *h. t.* *l.* 5. *l.* 8. *l.* 11. §. 1. *de Injur.* *l.* 34. *h.* non tamen de facto alieno. *l.* 11. §. *pen. Rer. Amot.* *l.* 9. §. 3. *de Interrog.* in criminalibus nec accusatori, nec reo deferri potest. Ratio est in *l.* 1. *D. de Bon. eor.* *l.* 3. *l.* 7. *D.* *l.* 17. *C. de Accus.*

31. Necessarium Jusjurandum est, *quod judex, judicio cœpto, in causis dubiis, etiam altera parte non petente, defert nunc reo, nunc actori.* *l.* 31. *D.* *l.* 3. *l.* 12. *C. h.*

32. Est

32. Est vel *suppletorium* vel *purgatorium*. Suppletorium, *quod judex, etiam non rogatus, defert ei, qui semiplene probavit, ad explendum defectum plenæ probationis. dd. ll.*

33. Purgationis est, *quod judex defert ei, contra quem militant præsumptiones semiplenâ probatione leviores, ad earum fidem elevandam & diluendam.*

34. Effectus utriusque Jurisjurandi Necessarii est, quod Judex litem det secundum jurantem. Est enim hoc Jusjurandum species probationis, quare & appellationi, & quæstioni de perjurio, & rescissioni sententiæ ob nova instrumenta locus est. *l.* 31. *h. l.* 2. *C. Si ex fals. instr. l. ult. de Appellat.*

35. Jurare possunt, &, pro re natâ, coguntur omnes, qui non prohibentur, modo intellectu & communi sensu sint præditi, & à suspicione perjurii immunes; v. *Grot. de J.B. & P.* 2. 2. 13. Nihil causæ est, quod clericos & sacerdotes à Jurisjurandi necessitate excuset. v. *Nov.* 123. c. 7. *Nov.* 137. c. 2. quibus derogatur *l.* 7. *l.* 8. *l.* 25. §. 1. *C. de Ep. & Cler.* Personæ honestiore loco natæ, aut in dignitate positæ, vel quæ valetudine in Jus ire impediuntur, non excusantur, sed domi jurant. *l.* 15. *D. l. pen.* §. 5. *C. h. t. d. Nov.* 123. *c.* 7.

36. Olim Sacerdos Vestalis & Flamen Dialis, licet ad testimonii dicendi necessitatem obstricti, jurare non cogebantur. *Gell.* 10. 15. *Senec.* 6. *Contr.* 8. *Liv.* 31. *c. ult. Tacit.* 2. *Annal. c.* 34.

37. Quæsitum est, an Jusjurandum recte præstetur à procuratore in animam domini? Certe nec ratio, nec auctoritas, sive Juris civilis sive historiæ obstant, quo minus affirmemus. *l.* 9. §. *pen.*

§. *pen. l.* 34. §. 3. *l. ult.* §. 2. *h. l.* 97. *de Cond. & Demonstr. l.* 13. §. 13. *de Damno infecto, l.* 5. §. 3. *de Admin. tut.* quanquam regulariter quis ipse jurare cogitur. *l. pen.* §. 4. *C. h.* Exemplum L. Valerii Flacci pro fratre C. Valerio Flacco Flamine Diali jurantis memorat *Liv. lib.* 31. *cap. ult.*

38. Ad formam modumque Jurisjurandi requiritur (1. Ut fiat verbis apertis, & compositis ad animi sensa clare & distincte sine fraude exprimenda. *l.* 18. *h. t.* (2. Ut juretur per Deum. *l.* 5. §. 1. & 3. *l.* 33. *D. h. l.* 41. *C. de Transf.* (3. Secundum formulam à parte adversa vel Judice conceptam. *l.* 3. §. *ult. l.* 4. *l.* 5. *l.* 33. *l.* 34. §. 5. *pen. D. h. t. Horat.* 1. *Epist.* 1. 14.

39. Fiebat & per salutem ac per genium Principis. *l.* 13. §. *ult. D. l.* 2. *C. h.* §. 1. *I. de Fideic. her. Gen.* 42. *v.* 15. per Principem. *Sueton. in Jul. c.* 85. *in Claud. c.* 11. *Horat.* 2. *Epist.* 1. *v.* 15. per caput suum, suam suorumve salutem. *l.* 3. §. *ult. l.* 4. *l.* 5 *pr. l.* 33. *h. Matth.* 5. 36. *Juven. Sat.* 6. *v.* 16. 17. sed & per Jovem lapidem jurare moris fuit, v. *Briss. de Formul. libr.* 8. alios jurandi modos & formulas vide apud *Ovid.* 3 *Heroid. v.* 103. & *seqq. Virg.* XII. *Æneid. v.* 197. & *seqq. Juvenal. Sat.* 2. *v.* 98. *ubi Grang.* & *Sat.* 13. *v.* 78. & *seqq. Gell. lib.* 11. *c.* 6.

40. Sed & Justinianus, licet improbet & puniat juramenta manifeste impia, *Nov.* 77. tamen, quâ fuit superstitione, Jusjurandum per Angelos probat in *Nov.* 8. 137. & passim. Quod ut tanto Principe indignum, ita haud improbandum est, quod idem Justinianus voluit, ut animi Jurantium majoris venerationis, religionis, & veritatis stimulo percellantur, sacramenta præstari tactis Sacrosanctis Evangeliis. v. *l.* 14. *C. de Judic.*

nem sibi factam falso inficiatur, convictus in duplum condemnatur. v. *l.* 4. & *Auth. Contra C. de Non num. pec. Nov.* 18. *c.* 8. ubi *Cujac.* vid. *Statut. Urb. Traject. Rubr.* 7. *art.* 7.

74. Ut debitori non numeratæ pecuniæ exceptio, vel protestatio, aut condictio chirographi intra biennium; *l.* 7. *l.* 8. *l.* 14. *C. de Non num. pec. l. ult. C. de Cond. ex lege.* ita creditori, qui, spe futuræ solutionis, apocham dedit, competit replicatio non solutæ pecuniæ, intra trigintra dies, *l.* 14. §. 2. *C. de Non num. pec.* v. *l.* 19. §. *ult. de Acceptil.* ubi proponitur differentia inter *apocham* (vulgo Quitantie) & inter *acceptilationem*, quæ est remissio debiti.

TIT. II.

De Jurejurando, sive Voluntario, sive Necessario, sive Judiciali. Cod. 4. 1.

1. Jusjurandum est *Religiosa asseveratio, facta Deo teste, cum execratione nostri, si scientes fallamus.*

2. Dicitur *Religiosa asseveratio*; unde jusjurandum sæpe vocatur *Religio. l.* 25. §. 3. *D. de Probat. l.* 2. *l.* 11. *l. ult. C. h. t.* v. *Cicer.* 3. *de Offic. c.* 29. *Gell. lib.* 4. *c.* 3. *Tacit.* 4. *Histor. c.* 41.

3. *Deo teste.* v. *Tacit. d. loc. Ovid.* 6. *Epist. Her. v.* 30. *Virg.* 12. *Æneid. v.* 200. & *seqq. Juven. sat.* 3. *v.* 144. & *seqq. l.* 5. §. 3. *l.* 33. *h. t.* maxime autem solenne, & sanctum erat jusjurandum per *Jovem Lapidem. v. Gell.* 1. *c.* 21. *Cic.* 7. *Epist. Fam.* 12. vid. infr. *th.* 39.

4. *Cum execratione.* Omni enim jurijurando execratio addi solebat, v. *Plaut. Amphitr. Act.* 3. *Sc.* 3. *Propert.* 2. *El.* 15. & 4. *El.* 7. *Cic.* 7. *Epist. Fam.*

Fam. 1. *Plin. in Panegyr. Virg.* 4. *Æneid in pr.* 5. *Si scientes fallamus. Plin. & Plaut. d. loc. l.* 26. *h. l.* 22. *de V. O.*

6. Jusjurandum fit vel non controversæ, vel controversæ rei causâ. Ad primum genus pertinet: (1. Quod citra necessitatem temerè profertur. Quod & Divino, *Exod.* 20. 7. *Matth.* 5. 33. 34. & Civili Jure prohibitum est. *l.* 13. §. *ult. h. t. l.* 8. *de Cond. Inst. l.* 20. *l.* 26. *de Cond. & Dem. Nov.* 77. *v. Auth. Sacrament. C. Quand. mul. l.* 4. *& Auth. Decernit. C. de Rec. arb.* (2. Quod firmandæ fidei causâ in publicis privatisque negotiis, animo serio & deliberato, imploratâ Dei in caput fallentis vindictâ, præstatur. Quod ut Romano, ita & Divino jure permissum est. vide *Exod.* 22. 9. 11. *Genes.* 22. 19. *Jes.* 45. 23. *Hebr.* 6. 13. 16. 2 *Cor.* 1. 23. 11. 31. *Rom.* 1. 9.

7. Atque hoc Jusjurandum, ut sancte servandum, ita jure civili non habet majorem, quam pacta nuda, vim atque effectum. *l.* 35. §. 1. *h. l.* 95. §. 4. *de Solut. l.* 7. §. 16. *de Pact.* v. tamen *l.* 7. *D. de Oper. libert. l.* 41. *C. de Transf. Auth. Sacramenta puberum. C. Si advers. vend.*

8. Quare nec res jure Naturali aut Civili illicitas aut invalidas confirmat. *l.* 5. *C. de Legib. l.* 112. §. *ult. de Leg.* 1. *d. l.* 7. §. 16. *de Pact.* Quod tamen ex Jure Canonico partim mutavit Fredericus Barbarossa in *d. Auth. Sacram. Puberum.*; de qua vid. *Vinn. I. Sel. Quæst.* 15. *& Bronkh. cent. I. enant. assert.* 62.

9. Ad hoc genus jurisjurandi referenda sacramenta Militum. v. *l.* 11. *de Test. mil. l.* 12. §. 3. *de Re mil. l.* 2. *de Veteran. l.* 2. *de His quæ not. Cell.* 16. *c.* 4. Magistratuum & Judicum. *Tacit.* 16. *Annal. c.* 22. *&* 4. *Histor. c.* 41. *Plin.* 5.

Ep.

Ep. 14. *l.* 14. *& Auth. seq. C. de Judic.* Episcoporum & Clericorum. *Nov.* 137. *c.* 2. Advocatorum, ut & Medicorum. *d. l.* 14. *C. de Jud.* Tutorum & Curatorum. *l. ult.* §. 5. *Auth. quod nunc. C. de Curat. Fur. Nov.* 72. *c. ult.*

10. Jusjurandum, rei controversæ causâ, adhibetur aut ad religionem & majorem fidem; aut ad litem decidendam. Ad primum genus pertinet (1. Jusjurandum calumniæ. (2. Testimonii. *l.* 9. *C. de Testib.* (3. Judicio sistendi causa factum. *l. pen. C. de Dignit: Nov.* 112. *c.* 2.

11. Jusjurandum calumniæ est, *quo actor & reus, initio litis, de causæ suæ Justitia, omnemque à se calumniam & malitiam abesse & abfuturam esse, jurare tenentur. l.* 2. *& t. t. C. de Jur. propt. cal. Nov.* 42. *c.* 3. §. 1. *I. de Pœn. tem. lit. Plin.* 5. *Ep. ult.*

12. Actor hoc Jusjurandum recusans causâ cadit, reus pro confesso habetur. *Auth. Principal.* §. 5. *C. d. t.* adeo ut ne pacto quidem id remitti, *l.* 1. *l.* 2. §. 4. *C. eod.* nec referenti jusjurandum judiciale deferri possit. *l.* 34. §. 7. *b.*

13. Gratia hujus sacramenti facta est Episcopis & Clericis. *l.* 25. §. 1. *in f. C. de Episc. & Cl.* v. tamen *Auth. Hoc jus porrectum. C. de SS. Eccl: Nov.* 123. *c.* 7. patronis & parentibus. *l.* 7. §. 3. 4. *de Obseq. par. l.* 8. §. 5. *Qui satisd. cog. l.* 34. §. 4. *b.* (ubi *l. æque* pro *neque.*) *l.* 16. *b. t. l.* 13. §. *pen. de damn. inf.* quod tamen abrogasse videtur Justinianus in *l.* 1. *& seq. C. de Jurej. propt. cal. Nov.* 49. *c. ult.*

14. Jusjurandum, litis decidendæ causâ, adhibetur vel ad controversiam finiendam, quod dicitur *litis decisorium*, *v. l.* 1. *b. Exod.* 22. 10. & 11. *Hebr.* 6. 16. vel ad rem æstimandam, quod est Jusjurandum in litem. *v. tit. seq.* Jusjurandum

dum litis decisorium est vel Voluntarium, vel Necessarium, vel Judiciale.

15. Voluntarium est, *quod pars parti defert extra judicium, per modum conventionis vel transactionis. l.* 2. *l.* 17. *l.* 28. §. 10. *l.* 39. *b. t.*

16. Cujus effectus est, quod inde competat actio Prætoria juranti, vel ei, cui jurare parato Jusjurandum remissum est. *l.* 9. §. 1. *b.* contra eum, qui Jusjurandum detulit, ad id quod sibi deberi juravit. §. 11. *I. de Act. l.* 5. §. 2. *l.* 11. *in f. l.* 28. *in f. D. l.* 1. *l.* 8. *C. b. l.* 15. *D. de Except. l.* 56. *de Re jud.*

17. Quæ non est nova & distincta actio, sed adjectitia qualitas, actioni in rem vel in personam accedens. *l.* 9. *in f. l.* 10. *l.* 11. *b. l.* 7. §. 7. *de Publ. act.* ut tamen ipsa maneat personalis ex conventione, nec priorem exstinguat. *dd. ll.*

18. Nam per Jusjurandum non fit novatio, nec quidquam obstat, quo minus pristina actio institui possit. *d. l.* 7. §. 7. *l.* 13. §. 3. 5. *l.* 30. *b. l.* 25. §. 1. *de Const. pec. l. ult. C. de Compens.* licet vim quodammodo habeat novationis. *l.* 26. §. 2. *l.* 9. §. 3. *b. t.* Diff. alii. Vid. *Huber. ad tit. Instit. de Action. n.* 15.

19. Reo juranti datur exceptio, vel actori, si certum sit, Jusjurandum esse delatum, & præstitum, aut remissum, denegatur actio. *l.* 9. *l.* 11. *b.* §. 4. *I. de Except. l.* 7. §. 7. *de Publ. act.*

20. Hi effectus, nec perjurii, nec novorum instrumentorum prætextu eludi possunt, aut tolli. *d.* §. 11. *I. l.* 1. *pr. Quar. rer. act. non dat. l.* 5. §. 2. *l.* 28. *in f. l.* 31. *in f. D. l.* 1. *l.* 8. *C. b. l.* 21. *D. de Dol.* Exceptio est in *l. ult. C. b.*

21. Hoc Jusjurandum, semel ex conventione susceptum, referri nequit. *l.* 17. *b. t.*

22. Al-

22. Alteri autem nec nocet nec prodest. *l.* 10. *l.* 11. *inf. l.* 12. *h. l. un. D. Si mul. ven. nom. l.* 7. §. 7. *de Publ. act. l.* 63. *de Re jud. l.* 3. *de O.&A.*

23. Judiciale Jusjurandum est, *quod pars defert parti in Judicio, jurans se id calumniæ causâ non facere, accedente auctoritate judicis. l.* 34. §. 4. 6. *f. h. l.* 12. §. 1. *C. h. l. ult. C. de Fideic. v. Sueton. de Clar. Rhetor. c.* 6. nec interest ante, an post litem contestatam fiat, an actor aliquam fidem suæ intentionis fecerit, an nullam. *l.* 34. §. 6. *l.* 35. *pr. D. l.* 9. *l.* 12. *pr. C. h. l. ult. C. de Fideic. l. ult.* §. 10. *C. de Jur. delib. l.* 25. §. *pen. de Probat.* Non obstant *l.* 11. *l.* 12. §. 2. *C. h. t. l.* 4. *C. de Edend. l.* 7. *C. de Testib.* vid. *Vinn. I. Sel. Quæst.* 42.

24. Atque hoc vel præstandum vel referendum est, nisi quis solvere malit. *l.* 34. *pr.* §. 6. *l.* 38. *D. l.* 9. *l.* 12. *C. h. t.* Ratio est, quia, cum quis in propriâ causâ testis & judex constituitur, manifestæ turpitudinis est, nec jurare velle, nec Jusjurandum referre. *l.* 34. §. 7. *d. l.* 38. *D. d. l.* 9. *C. h. d. l. ult. C. de Fideicomm.*

25. Recusari tamen potest (1. Si deferens sacramentum semel delatum revocaverit. *l.* 11. *C. h.* (2. Si deferens nolit Jusjurandum de calumniâ præstare. *l.* 34. §. 4. *l.* 37. *D. l.* 9. *C. h.* (3. Si deferatur in foro non competente. *l.* 35. *in f. h. l.* 28. §. 2. *de Judic.* (4. In obligatione litterarum post biennium. *l.* 14. §. 3. *C. de Non numer. pec.* (5. Si is, cui defertur, non sit satis certus. *l.* 34. *pr. h. l.* 4. *de In lit. jur.* Nam liquido jurandum est. v. *l.* 18. *h. Cicer.* 2. *Fam. Ep.* 37. *Terent. Andr.* 4. 3. 12. *Senec. de Benef.* 7. *c.* 9. *Ovid.* 3. *de Pont. Ep.* 3. *v.* 49. *& Ep.* 6. *v.* 21.

26. Effectus Jurisjurandi Judicialis relati est, quod necessariò præstandum sit. *l.* 34. §. 6. *D. l.*

pen.

pen. §. 2. *C. h.* nisi remissum sit. *l.* 5. §. *ult.* *l.* 6. *l.* 9. §. 1. *D.* *l.* 1. *l.* 8. *C. h.*

27. Effectus præstiti est, quod post, & secundum id sententia judicis feratur. *l.* 34. *in f. h.* unde non Jurisjurandi, sed rei judicatæ actio vel exceptio datur. *l.* 4. §. 1. 2. *l.* 6. *l. ult. de Re jud. t. t. de Exc. rei. jud.* *l.* 8. *C. h.* à quâ sententia appellari non potest, si judex sententiam tulerit post jusjurandum delatum vel relatum. *l.* 12. §. 1. 2. 3. *C. h.* *l. ult.* §. 1. *de Appell.* quo casu non potest de perjurio quæri. *l.* 1. *C. h.* *l.* 21. *l.* 22. *l.* 23. *D. de Dol. mal.* A delatione tamen hujus Jurisjurandi appellari potest. *d. l.* 12. §. 2. *C. h.*

28. Jusjurandum Judiciale & Voluntarium deferre possunt domini habentes liberam bonorum administrationem, & ipsi ad jurandum habiles. *l.* 34. *pr.* & §. 7. *l.* 75. §. 1. *D. h.* vel ipsorum loco tutores ac curatores, aut procuratores in rem suam, vel alii generale omnium bonorum, aut speciale mandatum habentes. *l.* 17. §. 1. *l.* 18. *l.* 19. *l.* 34. §. 1. *l.* 35. *h.*

29. Deferri possunt omnibus, cujuscunque sexus, ætatis, conditionis. *l.* 20. *l.* 26. *h.* ut tamen pupillus, procurator aut defensor, non teneantur id præstare vel referre. *l.* 34. §. 2. 3. *l. ult. h.* *l.* 4. *de In lit. jur.*

30. Ut & in omnibus causis. *l.* 3. §. 1. *l.* 9. §. 2. *h. t.* *l.* 5. *l.* 8. *l.* 11. §. 1. *de Injur.* *l.* 34. *h.* non tamen de facto alieno. *l.* 11. §. *pen. Rer. Amot.* *l.* 9. §. 3. *de Interrog.* in criminalibus nec accusatori, nec reo deferri potest. Ratio est in *l.* 1. *D. de Bon. eor.* *l.* 3. *l.* 7. *D.* *l.* 17. *C. de Accus.*

31. Necessarium Jusjurandum est, *quod judex, judicio cœpto, in causis dubiis, etiam altera parte non petente, defert nunc reo, nunc actori.* *l.* 31. *D.* *l.* 3. *l.* 12. *C. h.*

 32. Est

32. Est vel *suppletorium* vel *purgatorium.* Suppletorium, *quod judex, etiam non rogatus, defert ei, qui semiplene probavit, ad explendum defectum plenæ probationis. dd. ll.*

33. Purgationis est, *quod judex defert ei, contra quem militant præsumptiones semiplenâ probatione leviores, ad earum fidem elevandam & diluendam.*

34. Effectus utriusque Jurisjurandi Necessarii est, quod Judex litem det secundum jurantem. Est enim hoc Jusjurandum species probationis, quare & appellationi, & quæstioni de perjurio, & rescissioni sententiæ ob nova instrumenta locus est. *l.* 31. *h. l.* 2. *C. Si ex fals. instr. l. ult. de Appellat.*

35. Jurare possunt, &, pro re natâ, coguntur omnes, qui non prohibentur, modo intellectu & communi sensu sint præditi, & à suspicione perjurii immunes; v. *Grot. de J.B. & P.* 2. 2. 13. Nihil causæ est, quod clericos & sacerdotes à Jurisjurandi necessitate excuset. v. *Nov.* 123. *c.* 7. *Nov.* 137. *c.* 2. quibus derogatur *l.* 7. *l.* 8. *l.* 25. §. 1. *C. de Ep. & Cler.* Personæ honestiore loco natæ, aut in dignitate positæ, vel quæ valetudine in Jus ire impediuntur, non excusantur, sed domi jurant. *l.* 15. *D. l. pen.* §. 5. *C. h. t. d. Nov.* 123. *c.* 7.

36. Olim Sacerdos Vestalis & Flamen Dialis, licet ad testimonii dicendi necessitatem obstricti, jurare non cogebantur. *Gell.* 10. 15. *Senec.* 6. *Contr.* 8. *Liv.* 31. *c. ult. Tacit.* 2. *Annal. c.* 34.

37. Quæsitum est, an Jusjurandum recte præstetur à procuratore in animam domini? Certe nec ratio, nec auctoritas, sive Juris civilis sive historiæ obstant, quo minus affirmemus. *l.* 9. §. *pen.*

§. *pen*. *l*. 34. §. 3. *l*. *ult*. §. 2. *h*. *l*. 97. *de Cond*. *&* *Demonstr*. *l*. 13. §. 13. *de Damno infecto*, *l*. 5. §. 3. *de Admin*. *tut*. quanquam regulariter quis ipse jurare cogitur. *l*. *pen*. §. 4. *C*. *h*. Exemplum L. Valerii Flacci pro fratre C. Valerio Flacco Flamine Diali jurantis memorat *Liv*. *lib*. 31. *cap*. *ult*.

38. Ad formam modumque Jurisjurandi requiritur (1. Ut fiat verbis apertis, & compositis ad animi sensa clare & distincte sine fraude exprimenda. *l*. 18. *h*. *t*. (2. Ut juretur per Deum. *l*. 5. §. 1. *&* 3. *l*. 33. *D*. *h*. *l*. 41. *C*. *de Transf*. (3. Secundum formulam à parte adversa vel Judice conceptam. *l*. 3. §. *ult*. *l*. 4. *l*. 5. *l*. 33. *l*. 34. §. 5. *pen*. *D*. *h*. *t*. *Horat*. 1. *Epist*. 1. 14.

39. Fiebat & per salutem ac per genium Principis. *l*. 13. §. *ult*. *D*. *l*. 2. *C*. *h*. §. 1. *l*. *de Fideic*. *ber*. *Gen*. 42. *v*. 15. per Principem. *Sueton*. *in Jul*. *c*. 85. *in Claud*. *c*. 11. *Horat*. 2. *Epist*. 1. *v*. 15. per caput suum, suam suorumve salutem. *l*. 3. §. *ult*. *l*. 4. *l*. 5. *pr*. *l*. 33. *h*. *Matth*. 5. 36. *Juven*. *Sat*. 6. *v*. 16. 17. sed & per Jovem lapidem jurare moris fuit, v. *Briss*. *de Formul*. *libr*. 8. alios jurandi modos & formulas vide apud *Ovid*. 3. *Heroid*. *v*. 103. *& seqq*. *Virg*. XII. *Æneid*. *v*. 197. *& seqq*. *Juvenal*. *Sat*. 2. *v*. 98. *ubi Grang*. *&* *Sat*. 13. *v*. 78. *& seqq*. *Gell*. *lib*. 11. *c*. 6.

40. Sed & Justinianus, licet improbet & puniat juramenta manifeste impia, *Nov*. 77. tamen, quâ fuit superstitione, Jusjurandum per Angelos probat in *Nov*. 8. 137. & passim. Quod ut tanto Principe indignum, ita haud improbandum est, quod idem Justinianus voluit, ut animi Jurantium majoris venerationis, religionis, & veritatis stimulo percellantur, sacramenta præstari tactis Sacrosanctis Evangeliis. v. *l*. 14. *C*. *de Judic*.

l. 2. *in f. C. de Jur. cal. l. ult.* §. 5. *de Cur. fur. Nov.* 72. *c. ult. Nov.* 74. *c.* 5. *Nov.* 124. *c.* 1. Ut olim tactis aris. *Virg.* 12. *Æneid. v.* 201. & *seqq. Horat.* 2. *Epist.* 1. *v.* 15.

41. Hoc aliove actu gestuve corporis factum Jusjurandum, est illud quod passim *corporaliter præstitum* vocatur. *l.* 1. *C. Si adversus vend. l.* 3. *in f. Si Min. se major.*

42. Non nisi per nomen veri Dei jurandum. *Deut.* 6. 13. *Esai.* 65. 16. *Exod.* 22. 11. *Levit.* 19. 12. ut tamen Jure Civili Jusjurandum propriâ jurantis superstitione aliter præstitum, quam decet, & licet, vim habeat obligandi. *l.* 5. §. 1. 3. *D. h.*

43. Jurans ad luendam perjurii pœnam se obstringit, arbitrio judicis statuendam: nam perjurii pœna ordinaria nulla est. Atque hæc mens est Imperatoris Alexandri in *l.* 2. *C. h.* dum *Jurisjurandi*, inquit, *contempta religio satis Deum ultorem habet.* v. *Zachar.* 5. 3. 4. *Auth. Decernit. C. de Rec. arb.* nec alio sensu Tiberius apud *Tac.* 1. *Ann. c.* 73. *Perjurio nomen Principis violare, id quasi Deum falleret habendum: Deorum injurias Diis curæ esse.* Ita tamen ut etiam jure Civili hoc delictum variis pœnis coërceatur. v. *l.* 13. *in fine h. t. l.* 22. *de Dol. l.* 2. *in f. C. de Ind. Viduit.* & *L. Jul. misc. l.* 41. *C. de Transf. l. pen. C. de Dignit. l. ult. D. de Stellion. Serv. ad Virg.* 1. *Æn. v.* 6. *Cic.* 2. *de Legib. c.* 9. & 3. *de Offic. c.* 29. 31.

44. Quanquam in Jurejurando voluntario, finitæ controversiæ respectu, deferentem inter & jurantem non amplius an debeatur, nec de perjurio quæratur, sed tantum an juratum sit. *l.* 5. §. 2. *l.* 28. *in f. D.* & *l.* 1. *C. h. l.* 15. *de Except.* §. 11. *Inst. de Action.* §. 4. *Inst. de Except.*

TIT.

TIT. III.

De in litem Jurando.

Cod. 5. 53.

1. Jusjurandum in litem est, *quod Judex, ob dolum vel culpam possessoris, rem non restituentis, aut exhibentis, vel solventis, defert actori, ad eandem æstimandam. l. 1. l. 2. h.*

2. Est vel Affectionis vel Veritatis. v. *l. 2. §. 1. l. 8. h.*

3. Affectionis, *quo, ob dolum adversarii, res arbitrio domini Jurantis immane quantum ultra verum rei pretium æstimari potest. l. 1. l. 2. l. 4. §. 2. l. 7. & 8. h. l. 25. §. 1. Sol. matrim.* arg. *l. 9. Rer. Amot. l. 68. l. 70. de R. V.*

4. Veritatis (ita dictum non quod in eo æstimatio ad verum & justum pretium præcise exigatur, sed quod non ita in immensum juretur) est, *quo res, adversarii culpâ, sive perdita, sive corrupta, æstimatur, quanti revera actoris interest: omni ferè affectione semota. l. 2. §. 1. l. 3. l. 8. l. pen. h.* Quare aliquando Jurijurando in litem opponitur. *l. 2. §. 1. D. l. 2. C. h. t.*

5. Dixi; quod *judex.* Privatus enim id deferre nequit. *l. 4. §. 1. b.*

6. *Ob dolum.* Quocunque modo, & tempore, *l. 68. de R. V. l. 16. §. 3. de Pign. l. 25. §. 10. de Pet. her. l. 2. §. 1. h.* ab ipso tamen reo admissum: quia contra heredes, ob dolum defuncti, in litem non juratur, nisi lite cum defuncto contestatâ. *l. 4. C. h. l. 52. de O. & A. l. 139. de R. J.* ut tamen sub dolo lata culpa comprehendatur. *l. 2. C. h. l. 223. l. 226. de V. S. l. 1. §. 1. Si mens.*

7. *Vel culpam.* Etiam levem: scilicet in Juramento veritatis. *l.* 2. §. 1. *l.* 5. §. *ult. h.* nam Jurijurando affectionis ob levem culpam locus non est. *l.* 4. §. *ult. l* 5. §. 3. *h.*

8. *Possessoris rem non restituentis.* Jusjurandum enim in litem usurpatur in omne genus actionibus, in quibus vel de exhibenda vel restituenda quacunque re agitur, cujus æstimatio notitiam judicis fugere potest. Exempla v. in *l.* 5. *h. l.* 68. *de R. V. l.* 7. §. 7. *de Publ. l.* 7. *Si serv. vind. l.* 16. §. 3. *de Pign. & hyp.* Adeoque in omnibus judiciis bonæ fidei, quibus agitur de re restituenda, & arbitrariis. *dd. ll. l.* 2. *pr. l.* 5. *h. l.* 25. §. 10. *de Pet. her. l.* 18. *pr. de Dol.* & extraordinariis. *d. l.* 68. *l.* 15. §. 9. *Quod vi aut clam.*

9. Cessat (1. In Emptione venditione. *l.* 4. *C. de Act. empt.* in qua interesse non præstatur nisi per æstimationem Judicis. *d. l.* 4. quo sensu *lex* 5. *h.* restringenda, *lex* autem 10. *C. de Act. empt.* intelligenda est. (2. In actionibus contrariis. *l.* 5. *Depos.* (3. In omnibus actionibus, ubi non agitur de rebus æstimandis. Unde nec in rebus fungibilibus, *l.* 3. *h.* nec in actione furti locum habet. *l.* 50. *de Furt.* in condictione autem furtiva locum habet. *l.* 9. *h.* ubi *actio furti* est condictio furtiva. v. *l.* 14. §. 16. *l.* 71. *de Furt.* & ut in actione rerum amotarum. *l.* 8. §. 1. *l.* 9. *Rer. amot.* (4. Si actor delatum Juramentum præstare nolit. *l.* 8. *in f. D. l.* 2. *C. h. l.* 71. *de R. V.* vel non possit. *l.* 15. §. 9. *Quod vi aut clam.* quo casu Judex ipse rem æstimat. *d. l.* 71. *d. l.* 2. *C. h.* (5. In stricti Juris Judiciis cessat affectionis, non veritatis Jusjurandum. *l* 5. §. *ult. l.* 6. *h.*

10. *Defert actori.* Modo actor dominus sit litis,

tis, eamque suo nomine contestatus sit. *l.* 7. *h.* vel dominium habeat aut aliud jus in re. *l.* 16. §. 3. *de Pign. l.* 5. §. 1. *Si quid in fraud. patr. l.* 4. *h. t.*

11. Unde excluditur procurator. *d. l.* 7. Pupillus, licet Jusjurandum voluntarium & judiciale præstare possit, *l.* 26. & *l. ult. de Jurej.* ad jusjurandum tamen in litem non admittitur. *l.* 4. *pr. h. l.* 34. §. 2. *de Jurej.* Pubes præstat, si velit. *d. l.* 4. *in f. princ.*

12. *Ad eam æstimandam.* Qua æstimatione accepta, etiamsi actor rem suam quodammodo vendere videatur, *l.* 46. *de R. V. l.* 7. §. 1. *de Publ.* tamen nec actiones ejus nomine competentes cedere cogitur, *l.* 69. *de R. V.* nec reus rem, dolo amissam, actione Publiciana vindicare potest. *l.* o. *de R. V.*

13. Fit item æstimatio in jurejurando affectionis *in infinitum*, id est, sine certa taxatione, arbitrio jurantis, rem suam immenso pretio æstimantis. *l.* 68. *de R. V. l.* 1. *l.* 4. §. 2. *h.* Quare in eo de perjurio quæri facile non solet. *l. ult. h. t.* in jurejurando veritatis major ratio habetur veri & justi pretii. *l.* 2. §. 1. *l.* 8. *h.*

14. Effectus præstiti Jurisjurandi in litem est, quod judex secundum id sententiam ferat; ita tamen ut moderari eam effrenem æstimandi licentiam, & reum vel absolvere, vel minoris condemnare possit. *l.* 4. §. 3. *l.* 5. §. 1. 2. *D. h. l.* 3. §. 2. *ad Exhib. l.* 1. *de Dol. mal.* vel etiam ab initio Jusjurandum non deferre, aut modum statuere, ad quem juretur. *l.* 4. §. 2. *l.* 5. §. 1. *h. l.* 9. *C. Unde vi. l. ult.* §. 14. *in f. C. de Jur. delib.*

TIT. IV.

De Condictione causâ data, causa non secuta Cod. 4. 6.

1. Condictio, hoc & sequentibus titulis, est species actionis personalis, quæ aliud nomen non habet v. §. 15. *J. de Action.*

2. *Causa* est omnis *Res*, quæ datur, ut aliquid à parte accipientis fiat. *l.* 1. *l.* 14. *l. ult. h.* licet aliquando differant. *l.* 1. *tit. seq. l.* 52. *de Cond. ind.* Condictio causâ datâ, causâ non secutâ, est

3. *Actio civilis, in personam, competens ei, qui rem, ob causam honestam, futuram & expressam, quæ secuta non est, dedit, contra accipientem, ad rem cum fructibus & accessionibus, ob causam non secutam, restituendam.*

4. *In personam.* Quia ex quasi contractu nascitur, qui contractui innominato, *do ut des, vel facias*, inest. v. *l.* 3. §. 7. *h. l.* 65. §. 4. *de Cond. ind. l.* 13. *in f. Commod.*

5. *Ei qui.* Ejusque heredibus etiam ex propria eorum pœnitentia. *l.* 9. *de Probat. l.* 37. *de Acq. her. l.* 59. *de R. J. l.* 2. *l.* 4. *l.* 6. *C. h. l.* 2. §. 2. *de V. O.*

6. *Rem.* Nec refert qualem. *l.* 5. §. 1. *l.* 7. §. 1. *l. ult. D. h. t.*

7. *Dedit.* Nec refert quomodo. *l.* 10. *l.* 13. *D. h.* non competit ei, qui fecit, adeoque non habet locum in contractu *facio, ut des*, vel *facio, ut facias. l.* 31. *de P. J.*

8. *Ob causam.* sive à voluntate pendeat, sive à casu. *l.* 5. *D. h.*

9. *Honestam*, & possibilem. *l.* 8. *C. h.* ob causam

sam inhonestam, etiam secutam & impletam, datum repeti potest. vide *l. 1. b. l. 1. tit. seq.*

10. *Futuram.* vide *l. 1. & seqq. l. 52. de Cond. ind. l. 53. de R. J.*

11. *Expressam. l. 6. l. 7. C. b. t. l. 25. C. de Transf. d. l. 53.*

12. *Non secutam, l. 1. pr. l. 3. §. 2. D. l. 6. l. 8. C. b. t.* Sive (1. Dantem pœnituerit, sive (2. Accipiens causam præstare recuset.

13. Primam speciem quod attinet, licet danti repetere rem, etiamsi accipiens paratus sit conditioni & promissis parere. *l. 1. §. 1. l. 3. §. 3. l. 5. pr. & §. 2. l. 13. b.* nisi res non amplius sit integra, & accipiens aliquid detrimenti ex mutata voluntate dantis accepturus sit. *l. 5. b.* In contractibus nominatis nullus est pœnitentiæ locus. *l. 5. C. de O. & A. l. 17. §. 3. Commod. l. 8. C. de Contr. empt. l. 6. l. 14. C. de Resc. vendit.*

14. In secundo casu locus quoque est huic remedio, sive causa plane non, sive non ita, ut oportet, præstetur. *l. ult. D. l. 8. l. 9. l. ult. C. b. l. 6. D. Qui satisd. cog.*

15. Si causa vel conditio dati per se & sua natura sit impossibilis & à sciente adjecta, cessat condictio. *l. 8. C. b.* si ab ignorante, locum habet. *arg. l. 1. de Cond. ind. l. 53. de R. J.* Quo sensu accipi possunt *l. 1. & l. 5. C. b.*

16. Nec movet in contrarium regula *l. 185. de R. J. & l. 31. de O. & A.*

17. Si causa non per se, sed per casum, & transversarium fortunæ impetum, impossibilis, impleri non possit, condictio locum non habet. vide *l. pen. C. b. l. 3. §. 4. l. 5. §. 2. 3. 4.* Ratio est in *l. 23. de R. J. l. 1. in f. C. de Ann. Exc.*

18. Quæ regula restringitur, ut condictioni

Y 5 locus

locus sit, (1. Cum res, pro quâ pecunia vel alia res data est, periit, & æque fuisset peritura, etsi absque datione fuisset, *l. ult. l. 5. §. ult. h.* quanquam pereat periculo dantis, quatenus rem ipsam consequi non potest. *l. 5. §. 1. de Præf. verb.* (2. Si accipiens culpâ casui causam dederit. *l. 3. §. 3. l. 5. §. 1. 2. ult. D. l. pen. C. h.* (3. Si casus fortuitus contigerit in personâ ejus, qui debebat factum præstare. *l. 5. pr. h. l. 15. §. 6. Loc. Cond.*

19. *Contra accipientem.* Qui causam non præstitit, ejusque heredes. *l. 8. C. h.* non contra successores singulares. *l. 4. C. de Rer. Perm. l. 3. de O. & A.*

20. *Ad rem. l. 1. l. 2. h.* vel, si res perierit dolo vel culpâ accipientis, ad æstimationem. *l. 15. h. l. 65. §. 6. de Cond. indeb.*

21. *Cum fructibus & accessionibus. l. 7. §. 1. l. 12. h. l. 65. §. 5. & l. 66. de Cond. ind.* sive ante sive post litem contestatam perceptis. *l. 38. pr. & §. 1. & 7. de Usur.* quanquam aliud juris est in condictione certi. *l. 31. de Reb. cred.* non tamen datur ad usuras. *l. 1. C. de Cond. indeb. l. 4. C. de Cond. ob turp. caus.*

TIT. V.

De Condictione ob turpem vel injustam causam. Cod. 4. 7. 9.

1. Turpis causa est, quæ prohibetur vel jure Naturali, ut homicidium, adulterium, *l. 42. de V. S.* vel jure Civili, ut in scenam prodire, de futura hereditate pacisci. *l. 1. l. 2. §. 5. de His qui not. l. 29. §. ult. de Donat. l. 61. de V. O. v. l. 112. §. pen. de Leg. 1. l. 14. l. 15. de Cond. inst.*

2. *In-*

2. *Injusta* est, quæ non quidem ob insitam turpitudinem, sed aliam ob causam prohibita est jure Civili.

3. Condictio ob turpem causam est, *actio Civilis, personalis ex quasi contractu, competens ei, qui, turpitudinis expers, dedit vel promisit quid alteri, contra eum, qui turpiter accepit, ad revocandum promissum, vel id, quod datum est, cum fructibus & accessionibus repetendum.*

4. *Ei qui turpitudinis expers. l.* 4. *l.* 6. *C. h.* Si enim utriusque versetur turpitudo, cessante condictione, in pari delicto melior est conditio possidentis. *l.* 2. §. 2. *l.* 3. *l.* 4. *l.* 8. *D. l.* 2. *l.* 5. *C. h. l.* 154. *de R. J.*

5. Ut & sic à solo dante turpitudo admissa sit; exemplum & ratio est in *l.* 4. §. 3. *h.* quod illustratur per *l.* 13. §. 2. *ad L. Jul. de Adult. l.* 5. *de Donat. l.* 39. *de Furt. Tacit.* 2. *Annal.* 85.

6. Licet autem dantis turpitudo hanc ei actionem adimat, fiscus tamen potest hoc turpe lucrum accipienti extorquere. *Auth. Novo jure. C. de Pœn. jud. qui mal. l.* 32. §. *ult. de Don. int. V. & U. l.* 9. *D. de Jur. Fisc. l. ult. C. de Aleat.* Ratio est in *l.* 5. *D. de Calum. & l.* 12. §. 1. *de Furt. l.* 134. §. 1. *de R. J.*

7. *Contra eum &c.* Modo ejus solius interveniat turpitudo. *l.* 1. *in f. D. l.* 4. *l. pen. C. h.* Exempla v. in *l.* 2. *l.* 4. §. 2. *& ult. D. d. l. pen. l. ult. C. h. l. ult.* §. 1. *D. eod.*

8. *Ad revocandum promissum. l.* 1. *C. h.* Ita ut vel cautio seu chirographum condicatur, vel actoris intentio opposita doli exceptione elidatur. *l.* 8. *h. t. l.* 134. *de V. O.* adeo ut semper ratione effectus obligatio nulla sit. Quo sensu accipe *l.* 5. *C. h. l.* 26. *l.* 27. *de V. O.*

9. *Vel*

9. *Vel repetendum datum.* Licet turpe factum jam subsecutum sit. *l.* 1. §. *ult. l.* 5. *D. l.* 4. *C. h. t.* si res perierit, ad æstimationem. *l. ult. C. h. l.* 8. *D. de Cond. furt. l.* 65. §. 6. *de Cond. indeb.*

10. *Cum fructibus.* Non cum usuris. *l.* 4. *C. h.* v. *Tit. præc. thes. ult.*

11. Condictio ob injustam causam cum superiore in plerisque omnibus convenit. Est autem *actio personalis, competens ad repetendum, quod promissum vel datum est, ob causam, non turpem illam quidem, aut natura probrosam, sed moribus civitatis & Jure Civili prohibitam. l.* 6. *l.* 7. *D.* Exempla vide in *l.* 7. *D. h. l.* 3. *C. de Cond. ex lege. l.* 2. *C. de His quæ vi metusve causa. l.* 3. *C. h. t.*

TIT. VI.

De Condictione indebiti.
Cod. 4. 5.

1. Condictio indebiti est *actio personalis, stricti juris, ex quasi contractu, competens ei, qui indebitum per errorem solvit, contra eum, qui solutum accepit, ad restituendum solutum.*

2. *Ex quasi contractu:* vide *l.* 13. *in f. Commod. l.* 66. *h.* §. *pen.* & *ult. I. de Obl. quæ quas. ex contr.*

3. *Competens ei.* Quandoque & iis, quorum interest. *l.* 61. *h. l.* 9. §. 1. *SC. Mac.* licet ipsi vel non solverint. *dd. ll.* vel non suo nomine. *l. ult.* §. 1. *h.* ita tamen ut non sibi, sed ei, cujus negotium gestum est, repetant. *l.* 6. §. *ult. l.* 46. *l.* 57. *h.* Si duo rei indebitum solverint, utrique datur, ut tamen falso creditori sit electio, cui velit solutum restituere, ut alterius repetitio impediatur. *l.* 19. §. *ult. l.* 20. *l.* 21. *h.*

4. *Qui*

4. *Qui indebitum*. Sive sit indebitum jure naturali & civili simul, *v. l.* 29. *l.* 41. *h.* sive jure Naturæ indebitum, Civili debitum quidem, sed ita ut actio inde nata exceptione perpetua elidi possit. *l.* 26. §. 3. *l.* 40. *h.* §. 1. *& seqq. I. de Except. l.* 66. *l.* 112. *de R. J.*

5. Quod ex obligatione naturali, etiam alias inefficaci, debetur, repeti non potest. *l.* 13. *l.* 14. *l.* 19. *l.* 26. §. 12. *l.* 28. *l.* 60. *l.* 64. *h. d.* 10. *de O. & A. l.* 16. §. 4. *de Fidej.* Exempla vide in *dd. ll. & l.* 38. *h. l.* 9. *C. ad L. Falcid. l.* 2. *C. de Fideic. l.* 38. *D. de Fid. libert. l.* 3. §. *ult. Quod quisq. jur. in alt.*

6. Jure Civili debitum ex eâ obligatione, cui deest vinculum æquitatis, ita ut actio inde summo jure competens, exceptione perpetua excludatur, ut vere indebitum, solutum repeti potest. *l.* 26. §. 3. *l.* 40. *l.* 43. *l.* 54. *h.* §. 1. *& seqq. I. de Except. l.* 3. §. 1. *de Pec. const. l.* 112. *de R. J.* Nisi exceptio perpetua competat ex causa non tollente naturalem obligationem, ut exceptio rei judicatæ, ex sententia, quâ verus debitor absolutus est. *l.* 28. *l.* 60. *h. t.* & exceptio divisionis ex Epistola D. Hadriani. *l.* 49. §. 1. *de Fidej.* Exceptio dilatoria, si quid in diem certum debeatur, & ante diem solutum sit, non facit locum condictioni indebiti. *l.* 10. *l.* 16. §. *ult. l.* 17. *h.*

7. Ex obligatione civili pleniore debitum & solutum repeti non potest: qualis est obligatio litterarum post biennium, rei judicatæ, confessionis in jure. *l.* 56. *de Re jud. l.* 1. *C. h. l.* 36. *Fam. erc. l.* 6. *de Confess.* Idem juris est in obligatione ex Jurejurando Voluntario. *l.* 43. *h. t. l.* 5. §. 2. *de Jurejur.*

8. Quod si debitum naturaliter & civiliter simul per jus exceptionis indebitum sit factum, distin-

distinguendum est, an exceptio data sit in favorem ejus cui competit, an odio ejus cui debetur. *l.* 40. *h. t.*

9. Primo casu solutum repeti potest. Exemplum est in SCto Vellejano. Accedit ratio, quod SCtum improbet & tollat obligationem naturalem mulieris pro alio intercedentis. *l.* 16. §. 1. *ad SC. Vellej. l.* 9. *C. eod.* Hac etiam ratione nititur responsum Celsi in *l* 21. §. 1. *de Don.* pecuniæ, ultra licitam quantitatem, ex donatione solutæ, repetitionem concedentis. Eadem ratione condictioni locus est ad repetendum id, quod solutum est ex obligatione prodigi promittentis, aut pupilli sine tutoris auctoritate contrahentis. *l.* 6. *de V. O. l.* 29. *l.* 41. *h. l.* 59. *de O. & A.*

10. Secundo casu solutum repeti non potest. Exemplum est in SCto Macedoniano. *l.* 26. §. 9. *l.* 40. *D. h. t. l.* 14. *de Reb. cred.* Accedit ratio, quia SCtum non tollit naturalem obligationem filiifamilias. *l.* 7. §. *ult. l.* 9. *l. ult. de SC. Mac.*

11. Cæterum tenenda hæc Pomponii in *l.* 51. *D. h.* regula: Ex quibus causis retentionem quidem habemus, petitionem autem non habemus, ea, si solverimus, repetere non possumus. Exemplum v. in *l.* 33. *eod. l.* 21. *ad SC. Treb.* ubi cum A. Fabro leg. *non similem.*

12. *Per errorem.* Nam qui sciens indebitum solvit, donasse creditur. *l.* 1. §. 1. *l.* 24. *l.* 26. §. 2. 3. *l.* 50. *D. l.* 9. *C. h. l.* 53. *de R. J.* Qui dubitans an debeat, solverit, condicere potest, sive sibi caverit ut redderetur, si appareret indebitum, *l.* 2. *h.* sive non *l. ult. C. h.*

13. Cæterum indebitum non modo facti, v. *l.* 6. *l.* 7. *C. h. l.* 7. *C. de Jur. & Fact. ign.* sed & juris errore solutum repeti posse & æquitas, & juris

ris auctoritas volunt v. *l.* 8. *de Jur. & fact. ign. l. pen. D. h.* §. 6. *I. de Obl. quæ ex quasi. contr. l.* 24. *l.* 26. §. 3. *l.* 32. §. 1. *l.* 59. *h. t. arg. l.* 7. *de Cond. caus. dat. l.* 1. *l.* 3. *l.* 5. *l. pen. l. ult. C. h. l.* 1. *pr. Ut in poss. legat. l. ult. C. Si adv. solut.* si modo nulla subsit naturalis obligatio. v. supra *th.* 5. Diff. alii. vid. *Vinn. I. Sel. Quæst.* 47. *Voet. ad h. t. n.* 7.

14. *Qui solvit.* Ejusque heredi. *l.* 12. *D. l.* 1. *C. h.* Si quis indebitum non solverit, sed promiserit, & exceptioni contra petentem, *l. ult. de SC. Mac. l.* 3. *C. h.* & condictioni cautionis locus est. *l.* 31. *D. d. l.* 3. *C. h.*

15. *Contra eum qui solutum accepit.* Sive ipse, sive ejus nomine & voluntate alius acceperit. *l.* 57. §. 1. *D. l.* 2. *C. h.* ut & contra heredes. *l.* 26. §. 11. *D. h.* Qui falso procuratori veri creditoris solvit, contra accipientem habet condictionem indebiti, nisi creditor negotium ratum habuerit. *l.* 6. §. 1. *D. l.* 8. *C. h.* Non datur contra eos, qui aliquam utilitatem ex solutione non sibi, sed alteri factâ, perceperunt. *l.* 49. *h. t.* nec contra eos qui *suum*, licet à non vero debitore, nacti sunt. *l.* 44. *l.* 33. *h.* maxime vero contra eos, qui non *suam*, sed à Titio debitam, à Sempronio, ipsius Sempronii, non veri debitoris nomine solutam pecuniam acceperunt: quo casu nec verus debitor liberatur, nec Sempronio solventi condictio negatur. *l.* 2. *C. de His qui in prior. l.* 19. §. 1. *l.* 65. §. *ult. h.* Sin Sempronius, non suo, sed veri debitoris nomine solverit, debitore liberato, cessat contra accipientem condictio. *l.* 8. *l.* 36. *in f. D. h. t.*

16. Si quis sciens indebitam pecuniam acceperit, quia se furti obstringit, non hac, sed condictione furtiva tenetur. *l.* 18. *de Cond. furt.* *l.* 14.

l. 14. *de Cond. cauf. dat. l.* 43. *de Furtis.*

17. *Ad restituendum solutum. l.* 7. *l.* 19. §. 2. *D. h.* vel ad promissi liberationem. *l.* 31. *D. l.* 3. *C. h.* vel pretium corrupti aut perditi. *l.* 65. §. 6. *h.* ad fructus & accessiones. *l.* 15. *l.* 65. §. 5. *h. l.* 38. §. 4. 7. *de Usur. l.* 81. *de V. S. l.* 173. §. 1. *de R. J.* non ad usuras. *l.* 1. *C. h.* Si quis alternative obligatus utrumque solverit, solventis electio est, quid repetere velit. *l.* 32. *D. l. pen. C. h.* qua abrogatur. *l.* 26. §. *pen. inf. h.*

18. Cessat condictio indebiti (1. In iis, quae data sunt transactionis vel rei judicatae causa, licet nullum sit debitum. *l.* 26. §. 12. *l.* 65. §. 1. *D. l.* 1. *l.* 2. *C. h.* nisi evidens calumnia detegatur. *dd. ll.* vel nulla transactio intercesserit. *l.* 23. *h. l.* 2. *de Jurej. l.* 20. *C. de Transact.* (2. In indebito soluto, cui subest causa pietatis, ut in dote soluta a matre, aliave persona, ad dotandum aliquo saltem modo obligata. *l.* 32. §. 2. *h. l.* 2. *l.* 22. *l.* 68. *C. de Compens.* (3. In poenis solutis. *l.* 42. *h. l.* 46. *de R. J. l. un.* §. 2. *ad L. Jul. de Amb.* Exempla vid. *in d. l.* 5. §. 2. *l.* 22. *de Pign. act.* (4. In caussis, in quibus lis inficiando crescit in duplum. v. *l.* 4. *C. h.* §. *ult. I. de Obl. quae ex quasi contr. l.* 2. §. 1. *l.* 23. §. *pen. ad L. Aq. l.* 1. §. 1. *Depos.* §. 26. *I. de Act.* (5. Si quis specialiter huic actioni renunciaverit: nam generalis renunciatio non sufficit. *l. ult.* §. 3. *h.* (6. Si is, cui solutum est, rem sine dolo amiserit: is enim tantum tenetur, quatenus factus est locupletior. *l.* 26. §. 12. *l.* 65. §. 8. *h. t.* (7. Lapsu 30. annorum. *pr. I. de Perp. & temp. act.* v. tamen *l.* 8. *l.* 14. *C. de Non num. pec. l.* 3. *C. de Praescr.* 30. vel 40. *annor.*

TIT.

TIT. VII.

De Condictione sine causâ. *Cod. 4. 9.*

1. Condictio sine causâ est *actio civilis, personalis, ex quasi contractu, perpetua, competens ei, qui quid dedit promisitve, contra eum; qui datum promissumve sine causâ accepit; ad rem restituendam.*

2. *Ex quasi contractu.* Exemplo condictionis indebiti. §. *pen. I. de Obl. quæ quasi ex contr. l.* 13. *Commod.*

3. *Perpetua.* Nisi chirographum vel cautio fœneratitia condicatur ex causâ non numeratæ pecuniæ. *l.* 5. *D. l. ult. C. b. l.* 3. *C. de Postul.*

4. *Competens ei &c.* Ejusque heredi. *l.* 1. *l.* 3. *b.* §. 1. *I. de Perp. & temp. Act.*

5. *Contra eum.* Ejusque heredem. *d.* §. 1. *I. de Perp. & temp. Act.* non contra quemlibet possessorem. §. 1. *I. de Act. l.* 1. §. 16. *ad SC. Treb.*

6. *Sine causâ. d. l.* 1. *l.* 3. *l.* 25. §. *ult. de Prob. l.* 2. §. 3. *de Dol. exc.* Sive ab initio adfuerit causa ipso jure nulla, *l. ult. b.* sive, quæ adfuit, extincta sit, *l.* 2. *C. b. l.* 18. *ad Exhib. l.* 2. §. 3. *D. de Dol. exc.* sive, quæ promissa erat, secuta non sit. *l.* 1. §. 1. *l.* 4. *l. ult. D. l. ult. C. b.*

7. *Ad rem restituendam. l.* 1. *b. l.* 50. *de J. dot.* Item ad fructus & accessiones. arg. *l.* 15. *de Cond. ind. l.* 38. §. 4. 7. *de Usur.*

8. Est vel *generalis*, vel *specialis.* Generalis, quæ, ut adjectitia qualitas, cum aliis concurrit. *l.* 1. *pr.* & §. 3. *l.* 2. *l.* 4. *b. l.* 6. *C. de Cond. ob caus. dat.*

9. Specialis est veluti subsidiaria, competens

aliis deficientibus. Exempla sunt in *l.* 2. *D. l.* 3. *l. ult. C. h. l.* 30. *de Act. empt.*

10. Denique est vel *certi*, vel *incerti*. Certi, cum certa pecunia sine causa data vel promissa est. *l.* 1. *C. h.* v. *l.* 6. *de Reb. cred.* Incerti, cum incertum datum vel promissum est. *l.* 3. *D. h.*

DIGESTORUM

LIBER XIII.

TIT. I.

De Condictione furtiva. Cod. 4. 8.

1. Condictio furtiva est *actio civilis*, *rei persecutoria*, *ex delicto personalis*, *competens domino contra furem*, *ad rem*, *furto ablatam cum fructibus & accessionibus restituendam*.

2. *Condictio furtiva.* Dicitur aliquando Actio furti. *l.* 71. *de Furt. l.* 9. *de In litem jur.* v. *l.* 14. §. 16. *de Furt.*

3. *Ex delicto. l.* 21. §. *pen. & ult. Rer. am.* Quanquam non est famosa. *l.* 36. *de O. & A. l.* 10. §. 2. *de Compensat. l.* 52. *in fin. de Re judic.*

4. *Competens domino. l.* 1. *h.* Quod admodum singulare est, & in odium furum introductum. vide *l. ult. inf. Usufr. quemadm. cav.* §. 14. *I. de Act.* datur & heredi. *l.* 11. *h.* bonæ fidei possessori. *l.* 136. *de R. J. arg. tit. de Publ. act.* & usufructuario. *l.* 12. §. 5. *de Usufr.* item tutori, nomine pupilli. *l.* 56. §. *pen. de Furt.*

5. Con-

5. *Contra furem. l.* 10. *pr. b.* qui ipse furtum fecit, (non contra eum, cujus ope consilio factum est. *l.* 5. *l.* 6. *b.* §. *ult. l. de Oblig. ex del.*) etsi nec possideat; nec dolo possidere desierit. *l.* 8. §. 1. *b.* ut & contra prædonem & raptorem. *d. l.* 10. §. 1. *l.* 2. *de Cond. trit. l.* 2. §. *pen. de Vi bon. rapt.* contra heredem. *l.* 2. *l.* 5. *l.* 7. §. 2. *b.* in solidum, si solus heres sit; si plures sint heredes, pro parte. *l.* 9. *b. l.* 157. §. *ult. de R. J.* Ratio est: quia est rei persecutoria. *l.* 7. §. 1. *b. l.* 1. *de Priv. del. l.* 38. *l.* 111. *de R. J.* §. 1. *I. de Perp. & temp.* Diff. alii per *l.* 5. §. 12. *de Pecul. l. ult. C. Rer. amot.* junct. *l.* 6. §. 4. *l.* 21. § *pen. D. eod. l.* 9. §. *ult. & l.* 10. *de l ut. & rat.*

6. *Ad rem furto ablatam cum accessionibus. l.* 3. *l.* 7. §. 1. *l. ult. l.* 8. §. *ult. D. b. l.* 2. *C. de Fruct. & lit. exp. l.* 1. *C. de Infant. expos.* Si perierit, præstanda æstimatio; quanti res unquam plurimi fuerit. *d. l.* 8. §. 1. *l.* 13. *b. l.* 3. *de Cond. trit. l. pen. Rer. amot.* Ratio: quia fur semper moram facit. *d. l.* 8. *l. ult. b. l.* 91. §. 3. *de V. O.* Idem sensus est *l.* 2. §. 3. *de Priv. del.*

7. Est vel *certi*, vel *incerti*.

8. Certi, cum petitur certum corpus. *l.* 7. *l.* 8. *b.*

9. *Incerti*, cum petitur res incerta, ut possessio, vel interesse, quæ competit etiam aliud jus in re, quam dominium, habentibus. Exemplum est in creditore, condicente possessionem pignoris furto ablati. *l.* 12. §. *ult. b l.* 25. §. 1. *de Furt. l.* 22. *de Pign. act.*

10. Cessat. (1. Si dominus rem à fure oblatam sine justa causa accipere recusaverit. *l.* 8. *b.* (2. Cum obligatio furti per novationem in aliam obligationem est transfusa. *l.* 17. *b.* (3. In casu legis 10. §. 2. 3. *l.* 12. *D. b. t.* (4. Lapsu 30. annorum. *pr. I. de Perp. & temp. act.*

TIT. II.

De Condictione ex Lege.
Cod. 4. 9.

1. Condictio ex lege est *actio personalis ex obligatione, per novam legem introducta, competens ei, cui obligatio quaesita est contra personam obligatam, ad praestandum quod inde debetur. l. un. h.*

2. *Ex lege.* Exempla vide in §. 1. *l. l.* 35. §. 5. *C. de Don. l.* 27. §. *ult. l.* 28. *ad L. Jul. de Adult. l.* 1. *C. h. l. un. C. de Suffrag. l.* 30. *l.* 35. §. 2. *C. de Inoff. test. l. ult.* §. 6. 10. *C. de Jur. delib.* §. 24. 25. *I. de Act.* modo lex sit nova. *l. un. h.* id est, XII. Tabulis posterior. *arg. l.* 7. *de Cap. min. l.* 2. §. 6. *de O. J. l. ult. de Reg. Cat.* & non caveat, quo genere actionis experiundum sit. *d. l. un.*

3. Quod autem de *Lege* dicitur, locum quoque habet in Constitutionibus, Praetorum Edictis, & Moribus, novum obligationis jus introducentibus.

TIT. III.

De Condictione Triticiaria.

1. Condictio Triticiaria, ut habent Pandectae Florentinae, vel Triticaria, ut Cujacius legit, dicta videtur ab initialibus verbis Edicti, quo verisimile est, Praetorem generalem condictionem certi, de quâ in *l.* 9. *de Reb. Cred.* his aut similibus verbis proposuisse: *Triticum, vinum, oleum, frumentum, similisque res, praeter pecuniam numeratam, si petatur, nec ea exstet, de aestimatione judicium dabo.*

2. Est

2. Est autem *actio Prætoria, personalis, ex variis causis competens illi, cui qualibet res, præter pecuniam numeratam, danda vel restituenda est, contra eum, qui dare vel restituere tenetur, ad æstimationem arbitrio judicis, pro ratione loci & temporis, præstandam, cum res ipsa, culpa vel dolo debitoris, non solvitur. l. 1. l. pen. & ult. h.*

3. *Ex variis causis. d. l. 1. & 2.* arg *l. 9. de Reb. Cred.* non tamen ex dominio. *l. 1. §. 1. h.* Ratio est in *l. ult. D. Usufr. quemadm. cav. §. 14. l. de Act.* nisi ex causâ furtiva. *dd. ll.*

4. Hinc apparet, eam nec distinctam ab aliis, nec suâ natura bonæ fidei, aut stricti juris, vel arbitrariam, sed adjectitiam aliarum qualitatem esse.

5. *Res qualibet præter pecuniam l. 1. l. 2. h. t.* Ratio est: Quia pecunia, aliis rebus æstimandis inventa, ipsa non æstimatur. *l. 1. de Contr. empt. l. 3. de In lit. jur. l. 42. de Fidej.* Quare sufficit, eam condictione certi peti posse, quæ differt à Triticiaria.

6. *Ad præstandam æstimationem arbitrio judicis. v. l. pen. & ult. h.* unde quodammodo arbitraria est. v. §. 31. *l. de Act. l. pen. h. t. l. 22. de Reb. Cred.* ubi vide quæ dixi *th.* 33. *& seq.*

TIT. IV.

De Eo, quod certo loco dari oportet. Cod. 3. 18.

1. Actio de eo, quod certo loco, est *Prætoria, personalis, arbitraria, competens ei, cui ex stricti juris judicio, certo loco dari quid debet, contra debitorem, ad id, quanti petitoris interest,*

loco condicto solutum non esse, quovis loco, facta tamen commemoratione loci præstituti, instituenda.

2. *Personalis.* Est enim accessio & adjectitia qualitas actionum personalium stricti juris.

3. *Pretoria. arg. l. 1. in f. h.* Causa, quæ Prætorem movit, ut hanc actionem concederet, fuit tum necessitas respectu actoris, tum utilitas actoris simul & rei. *d. l. 1. l. 3.* junct. §. 33. *I. de Act.*

4. *Arbitraria. l. 2. §. ult. l. 8. h.* Prætor enim, ne stricti juris obligatio, per occasionem juris civilis, contra naturalem æquitatem, eluderetur, judicis potestatem laxavit, & ampliavit, ut etiam alio loco solutionem æstimationis jubere possit. *l. 1. D. l. un. C h. t. v. l. 7. de Neg. gest. l. 99. de V. O.* In bonæ fidei judiciis ex naturâ actionis hæc potestas judici ipso jure competit. *l. 7. h. t. l. 3. §. 3. de Act. empt.*

5. *Cui ex stricti juris judicio.* Sive ex stipulatu, *l. 2. §. 1. l. 7. §. 1. h.* ubi verbum *stipulatus* non active, sed passive accipiendum est, ut in *l. 26. §. 13. D. de Cond. indeb.* sive ex testamento, *l. 5. h.* sive ex mutuo, *l. 6. h.* sive ex constituto, *l. 16. §. 1. de Const. pec.* sive aliis similibus.

6. *Dari quid debet.* Qualis qualis tandem res sit, etiam numerata pecunia. *l. 3. h. l. 3. de In lit. jur.* Ratio est in *d. l. 3. h. t.* §. 33. *I. de Act. l. 63. §. ult. ad L. Falc.* Sola facta in hanc actionem non veniunt. Sed si quis ad certo loco quid faciendum obligatus sit, nec illud factum præstetur, actione directâ ex contractu, veluti ex stipulatu, ad interesse agi potest, quia etiam eò usque se extendit vis & potestas actionis stricti juris, ut judex debitorem, ad faciendum obligatum, condemnare possit ad id, quod interest. §. *ult. I. de Obl. l. 13. in f. de Re Jud.* Sed faciendi obligatio, non

non adjecto loco, ob incertitudinem, non valet. *l.* 2. §. 5. *h.* §. *ult. Instit. l.* 95. *l.* 115. *de V. O.*

7. *Dare* autem hic & solvendi & reddendi & tradendi obligationem continet. *l.* 5. *l.* 6. *l.* 7. §. 1. *h. l.* 16. §. 1. *de Pec. constit.*

8. *Contra debitorem.* Modo moram commiserit. *l.* 2. §. 6. *l.* 8. *l.* 10. *h.* Contra heredem datur exemplo actionis directæ. Item contra fidejussorem, ut Africanus respondet in *l.* 8. *h.* modo ipse moram faciat. Ratio est in *l.* 173. §. 2. *de R. J.* quo sensu accipe *l.* 24. §. 1. *de Usur.* Quare non prius contra fidejussorem datur, quam cum & reus conveniri, *arg. l.* 2. §. 6. *h. l.* 57. *de Fidejuss.* & cum reus & ipse fidejussor ad locum constitutum pervenire potuerunt. *l.* 49. §. 2. *de Fidej.* *v. l.* 73. *l.* 137. §. 2. *de V. O.*

9. Unde fidejussoris, in totam causam accepti, obligatio augetur non modo sortis, sed & usurarum, in stipulatum deductarum, non autem ejus, quod ob moram rei interest, nomine. *d. l.* 24. *de Usur. d. l.* 8. *l.* 49. §. 1. *de Act. empt.* Ratio differentiæ est: Quia interesse non vi obligationis, sed ex officio judicis, præstatur. *d. l.* 8. uti & in aliis differunt: nam sorte soluta, id quod interest, amplius peti non potest. *d. l.* 8. *l. ult. h.* usuræ autem, si sint promissæ, possunt. *l.* 57. §. *pen. de V. O. l.* 1. *C. de Jud. l.* 3. *l.* 13. *C. de Usur. d. l.* 49. §. 1.

10. In judiciis autem bonæ fidei, quorum natura facilius augmentum recipit, ob moram rei, sive simpliciter, sive in omnem causam acceptus, fidejussor etiam ad interesse tenetur, quo sensu accepta *l.* 54. *Locat.* minimè obstat Africani responso in *d. l.* 8. *h. t.* Eadem adhibita distinctione inter bonæ fidei & stricti juris judicia, intelligendæ

gendæ *l.* 68. *de Fidej. l.* 2. §. *pen. de Administr. rer. ad civit. pertin. l.* 5. *C. de Pact. int. empt. l.* 10. *Rem. pup. salv.* vid. *Bockelm. ad h. t.* §. 7. *Wissenb. ad h. t. th.* 15. & 16. *Bachov. ad Treutl. ad h. t. th.* 5. *litt. D. & E. Bronkh. cent.* 4. *enant. assert.* 54.

11. Ergo mora rei fidejussori semper quidem nocet, *l.* 88. *de V. O.* sed non nisi perpetuandæ obligationis causâ. *l.* 58. §. 1. *de Fidej. l.* 91. §. 3. 4. *de V. O.* Tantum de sensu *l.* 8. *h. t.*

12. *Ad id quanti petitoris interest*. id est, quantum, ob moram rei damni datum, & lucri ademptum est. *l.* 13. *Rat. rem.* Præstatur enim ut pœna moræ *d. l.* 8. *l. ult. h.* Lucrum autem interpretamur non quod occasione rei actor percipere potuisset, sed quod inerat ipsi rei. *l.* 21. §. 3. *de Act. empt. l. ult. de Peric. & Commod. l.* 29. §. 3. *ad L. Aquil.* In pecuniâ trajectitiâ omne lucrum refundendum est. *l.* 2. *in f. h.*

13. In æstimatione autem ejus, quod interest, non commodi *actoris* modo, sed & *ejus*, *unde petitur*, ratio habenda est. *l.* 2. *pr.* & §. *ult. h. Actoris* quidem, si ipse moræ expers sit. *l.* 16. §. 2. *de Const. pec.* & pecunia morâ rei constituto loco non fuerit soluta. *l.* 8. *l. ult. h. Rei* autem, sive in morâ sit, sive non. *d. l.* 2. junct. *l.* 8. *D. de Publ. act.* §. 33. *I. de Act.* Ratio differentiæ est in natura hujus obligationis, & in *l.* 47. *de O. & A. l.* 125. *de R. J.* Quanquam alias sua cuique mora noceat. *l.* 173. §. 2. *de R. J.*

14. Quod si creditor solutionem loco convento, ob moram rei, non præstitam, sed postea oblatam dilatoriâ frustratione accipere noluerit, neutrius utilitas spectatur, sed mora cum mora compensatur. *l.* 9. *in f. l.* 17. §. 3. de

de Usur. Ratio est in *l.* 154. §. 1. *de R. J. l.* 39. *Sol. matr. l.* 57. *de Contr. empt.*

15. *Loco condicto solutum.* Quæsitum est, an ut loci, ita temporis quoque adjectio actionem stricti juris faciat arbitrariam? Id quod rectius negatur. (1. Quia passim loci tantum fit mentio. (2. Quia ipsa actio ex stipulatu, adeoque & aliæ stricti juris, si solutio sit procrastinata, sua natura competunt ad interesse ratione temporis. *l.* 11. *de Re jud. l.* 114. *D. de V. O.* Atque hæc, non alia Ulpiani mens est in *l.* 4. *D. h.* ubi judicium fit arbitrarium non ob adjectionem temporis, sed loci cum tempore conjuncti. Exemplum v. in *l.* 43. *de Jud. l.* 2. §. 6. *h. t.* uti adjectioni loci semper tacite inest tempus. *l.* 41. §. 1. *l.* 73. *l.* 127. §. 2. *de V. O.*

16. *Quovis loco instituenda. l. un. C. h. l.* 16. §. 1. *D. de Pecun. const.* Ita tam n ut ratio habeatur fori competentis. *l.* 19. §. *ult. de Jud.* cum qua limitatione accipe *d. l.* 43. *d. l.* 16. §. 1. *l.* 27. *D. de Cond. ind.* Debitor, qui certo loco dare promisit, nullo alio loco, quam in quo promisit, solvere, invito creditore, potest. *l.* 9. *h. l.* 137. §. 2. *de V. O.*

17. *Facta commemoratione loci.* Ratio est, ne plus loco petatur. §. 33. *I. de Act.* §. 10. *I. de Except.* Si plura loca alternative sint adjecta, Actoris ubi petat, Rei, ubi ante acceptum judicium solvat, electio est. *l.* 2. §. 3. *h.* Contra quam si plures res alternative promissæ sint. *l.* 10. §. *ult. de J. dot. l.* 75. §. 8. *de V. O.* Ratio differentiæ est in *d. l.* 2. §. 3. Pluribus locis conjunctim adjectis, ubique pars debiti peti potest. *d. l.* 2. §. 4. ubi pro *hoc ajit* legendum *hoc agit.* Si alternatio rerum mixta sit alternationi locorum, electio competit actori. *d. l.* 2. §. 2. *h.*

Z 5 TIT.

TIT. V.

De Pecunia Constituta.
Cod. 4. 18.

1. Constituere hic est nudo pacto promittere, quod ante ex aliâ causâ debebatur, §. 8. & 9. *I. de Action.*

2. Constitutum est *Pactum nudum*, *à Praetore confirmatum*, *quo quis promittit*, *se soluturum*, *quod vel ipse*, *vel alius*, *sive naturaliter*, *sive civiliter debet*, *salva priore obligatione*, *l.* 1. §. 7. *l.* 3. *h. l.* 39. *de Neg. gest.*

3. *Vel alius*. Etiam non apparente, *l.* 11. *pr. h.* vel invito, seu denunciante, *ne solvat*, debitore, *l.* 27. *h. l.* 23. *l.* 40. *l.* 53. *de Solut.*

4. *Salva priore obligatione*. Quia per Constitutum non fit novatio. *l.* 28. *h. l.* 3. §. 2. *de Adm. rer. ad civ. l.* 33. *de Donat. l.* 15. *de In rem. vers.*

5. Hinc nascitur *actio Constitutæ Pecuniæ*, Quæ est *condictio Prætoria*, *perpetua*, *rei persecutoria*, *competens ei*, *cui pecunia*, *quam vel constituens*, *vel alius ei ante debebat*, *nudo pacto promissa est*, *quique moram non fecit*, *quo minus fieret id*, *quod constitutum est*, *contra promissorem*, *non solventem aut facientem*, *quod promisit*, *ad pecuniam in constitutum deductam. l.* 1. §. 1. *l.* 16. §. 2. *l.* 18. *pr. h.*

6. *Condictio Prætoria*. A Justiniano tamen aucta & confirmata. v. *l.* 2. *C. h.*

7. *Perpetua. l.* 18. §. 1. *D. l.* 2. *C. h. pr. I. de perp. & temp. act. l.* 35. *de Obl. & Action.*

8. *Rei persecutoria. l.* 18. §. 2. *h. t.*

9. *Cui pecunia.* id est, quævis res vel facta propria. *l.* 2. *C. l.* 16. §. 2. *h.* §. 3. 20. *I. de Inut. stip.*

stip. l. 83. *de V. O. l.* 88. *l.* 178. *l.* 222. *de V. S. t. C. de Prohib. seq. pec.*

10. *Quam vel constituens.* &c. *l.* 5. §. 2. *D. l.* 2. *C. h.* Requiritur ergo in hac actione debitum verum, *l. ult. h.* ex quacunque causa & justa obligatione descendens, *l.* 1. §. 6. & *seq. l.* 3. §. 1. *l.* 29. *h.* tempore constituti existens. *l.* 3. §. 2. *l.* 11. *pr.* & §. 1. *l.* 18. §. 1. *h.* & ut debitum sit illi, cui constituitur. *l.* 25. §. 1. *l.* 26. *l.* 27. *h.* Nam alterius debitum alteri constitui non potest, nisi creditor consentiat, ut id quod sibi debetur, alteri constituatur, & solvatur à suo debitore; quo sensu accipienda videtur *l.* 5. §. 2. *h.*

11. Non requiritur ut idem debitum eodem modo constituatur. *l.* 1. §. 5. *l.* 3. §. *ult. l.* 4. *l.* 5. *l.* 18. §. 1. *l.* 19. *D. l.* 2. *C. h.*

12. *Nudo pacto.* v. *l.* 14. §. *ult. h. t.* Quando stipulatione fit, sufficit actio ex stipulatu. §. 9. *I. de Act.* Unde apparet, constitutum differre à fidejussione, Constitutum tamen in gratiam alterius factum & fidejussio in multis conveniunt, jure hodierno in omnibus conveniunt.

13. Ex iisdem verbis colligitur, neminem constituere posse, nisi qui potest pacisci & ex pacto obligari. *l.* 1. §. 1. 2. 3. *l.* 14. *inf. l.* 15. *h.*

14. Constitui potest omnibus, qui alios ex conventione obligare sibi possunt. *l.* 5. §. *ult. l.* 6. *l.* 7. *h.* Cum autem per liberam personam nemini adquiratur obligatio, §. 4. 18. *I. de Inut. stip. l.* 11. *de O. & A. l.* 126. §. 2. *de V. O.* consequitur, non valere constitutum, si quis mihi constituerit, Sempronio se soluturum; *l.* 5. §. 5. *h.* nec ex constituto, procuratori facto, domino competit actio. *l.* 68. *de Procur. l.* 79. *de V. O.* Ne utilis quidem, nisi pupillis & similibus personis, ex constituto

ſtituto tutoribus, vel curatoribus facto. *l.* 5. §. 9. *h.* quanquam & procuratori conſtituere, *l.* 5. §. 6. *h.* & per liberam perſonam creditori ſignificare poſſim, me ſoluturum quod debetur, *l.* 14. §. *ult.* *l.* 15. *h.*

15. Si quis *Mihi aut Titio* ſtipulanti promittat, poſteaque *Mihi aut Titio* ſoluturum ſe conſtituat, ſive mihi ſive Titio ſolvat, ipſo Jure liberatur, *l.* 7. §. 1. *h. l.* 56. §. 2. *de V.O. l.* 95. §. 6. *de Solut.*

16. Sin id, quod mihi ſoli ſtipulatus ſum, mihi aut Titio, me conſentiente, conſtituatur, debitor, ſi Titio ſolverit, etiamſi *propria actione pecuniæ conſtitutæ* (id eſt, actione primâ ex ſtipulatu, in conſtitutum deductâ. arg. *l.* 28. *h.*) *teneatur*, tamen per exceptionem doli juvatur. *l. pen. h.*

17. Quod ſi Mihi aut Titio ſtipulatus ſim, & debitor poſtea mihi conſtituat, Titio, ſtipulationi adjecto, nihilominus ſolvi poteſt. *l.* 59. *de Solut.* niſi mihi *ſoli* conſtitutum ſit. *l.* 8. *h.*

18. Cum conſtitutum fiat nudo pacto, conſequitur conſtitui poſſe, non modo inter præſentes, ſed & abſentes, per epiſtolam, per nuncium, & quibuſcunque verbis, & nutu. *l.* 14. §. *ult. l.* 16. *l.* 24. *l.* 26. *h. l.* 2. *D. de Pact. l.* 52. *inf. de O. & A.* vel pure, vel ſub conditione, vel in diem, vel adjecto loco. *l.* 5. *pr. l.* 16. §. 1. *h.* modo non fiat imperſonaliter, ut *ſatisfiet. Auth. Si quando. C. h.* quanquam promiſſio hoc modo, præcedente ſtipulatione, recte fiat. *l.* 1. §. 2. *de V. O.* Si quis dixerit, *ſatiesfiet à me & ab illo*, tantum pro rata; ſin, *à me aut ab illo*, in ſolidum tenetur, ſi perſona adjecta non conſentiat. *d. Auth. l.* 11. §. 2. *de Duob. reis.*

19. *Qui meram non fecit. l.* 16 §. 2. *h.* Quare ſi

si per actorem steterit, quo minus pecunia solvatur, reus non tenetur: sub hac enim conditione Prætor actionem pollicetur. *d. l.* 16. *v. l.* 40. §. 2. *de C. & D.* quâ in re dies constituti spectandus. *d. l.* 16. §. *ult. l.* 18. *pr. h.* adeo ut, si debitor ipso die constituti pecuniam obtulerit, eamque actor accipere noluerit, postea nec agere amplius, nec moram purgare possit, etsi res extet, & actor, sontica causa impeditus, non acceperit *d. l.* 18. Secus si debitor integrum debitum, vel loco, vel tempore placito non obtulerit, vel per creditorem ante diem constitutum steterit, quo minus acciperet. *d. l.* 18. ita tamen ut, si post diem oblatam pecuniam creditor sine justâ causâ accipere recusaverit, & res interea temporis sine culpâ debitoris quid detrimenti ceperit, aut perierit, mora creditori usque ad tempus litis contestatæ noceat. *l.* 17. *h.*

20. *Contra promissorem.* Qui non solvit rem, aut non præstitit factum, ejusque heredes, quia est actio rei persecutoria, *l.* 2. *C. h. l.* 18. §. 2. *h.* Si quis constituat se soluturum quod actione furti, injuriarum, vi bonorum raptorum, aut simili debetur, actio constitutæ pecuniæ similiter contra heredes competit; quanquam pristina pœnalis obligatio maneat, & actio inde nata cum actione constitutæ pecuniæ, contra ipsum constituentem, electivè concurrat. *l.* 28 *l.* 29. *l. pen. h.*

21. *Non solventem aut facientem. d. l.* 16. §. 2. Id est, si actoris nulla mora, & reus tempore convento non solvens, moræ convictus sit. *l.* 17. *l.* 18. *h.* Quod si dies certus non fuerit adjectus, modicum tempus, ad minimum decem dierum, concedendum est constituenti, antequam solvere teneatur aut conveniri possit. *l.* 21. *in f. de O.*

& A. l. 21. §. 1. *D. l.* 2. *C. b. l.* 105. *de Solut.* Absenti reo, arbitrio Prætoris, prolixius tempus concedi potest. *l.* 137. §. 2. *de V.O.* §. 2. *I. de Offic. jud.*

22. *Ad res in constitutum.* vide *l.* 2. *C. b.*

TIT. VI.

Commodati, vel Contra.
Cod. 4. 23.

1. Commodatum *est contractus bonæ fidei, re constans, quo res alicui, ad certum usum, gratis conceditur, ut eadem, finito usu, in eadem specie restituatur.*

2. *Contractus.* Unde patet, qui commodatum contrahere possint, vel prohibeantur. v. *l.* 1. §. 2. *l.* 2. *l.* 3. *b. t.*

3. *Quo res.* Sive mobilis, sive immobilis, sive corporalis, sive incorporalis. *l.* 1. §. 1. *b.* §. 1. *l. de Usu. & Habit. l.* 12. §. 2. *de Usufr. l.* 17. *de Præs. Verb.* arg. *l.* 8. §. 5. *l.* 15. §. 2. *de Precar.* Sive propria commodantis, sive aliena, sine præjudicio tamen Domini. *l.* 15. *l.* 16. *b.* secus est, si sit propria commodatarii. *l.* 15. *l.* 31. *in f. Depos. l.* 45. *de R. J.*

4. Non item res fungibiles, v. *l. ult. D. de Præscr. verb.* nisi dicis, vel pompæ, aut ostentationis gratia. *l.* 3. §. *ult. l.* 4. *b.*

5. *Ad certum usum. l.* 17. § 3. *D. l.* 3. *C. b. t.* Adeo ut si commodatarius fines & certum commodati usum excesserit, etiam furti teneatur. §. 6. 7. *I. de Obl. quæ ex Del. l.* 5. §. 7. 8. *b. l.* 40. *l.* 76. *de Furt. Gell.* 7. 5. *Val. Max.* 8. 2. Nisi res æstimata commodata sit, quo casu, contra commu-

communem regulam (v. *l.* 8. *h.*) & dominium & possessionem transferri, verius est. *l.* 5. §. 3. *h. l.* 7. §. 5. *in f. de Don. int. V. & U. l. ult. de Præs. verb.*

6. Unde constat Commodati à Precario & à Mutuo differentia. v. *l.* 1. *in f. l.* 12. *pr. l.* 14. *de Precar. l.* 14. §. 11. *de Furt. l.* 2. *de Reb. Cred. pr. I. Quib. mod. re contr.*

7. *Gratis.* §. 2. *I. Quib. mod. re contrah. obl. l.* 17. §. 3. *de Præs. verb. l.* 17. §. 3. *h. t.* vide *Petron. in Satyr. c.* 86. *Cic.* 1. *Offic. c.* 16. *l.* 1. §. *ult. Mand.*

8. Ex hoc contractu nascitur actio Commodati directa & contraria. Directa est *Personalis, Civilis, Bonæ fidei, competens commodanti, contra commodatarium, ad rem commodatam non deteriorem, finito usu, restituendam, resarciendumque damnum, dolo & quavis, etiam levissimâ, culpa, vel in ipsa re, vel in ejus accessionibus, datum. l.* 1. *pr. l.* 5. §. 2. 7. 8. 9 *h. t.*

9. *Etiam levissima. v. l.* 5. §. 4. *h. t. l.* 61. §. 6. *de Furt.* Quia utilitas ex hoc contractu regulariter ad solum redit commodatarium. *dd. ll. l.* 23. *de R. J.* Quod si solius commodantis, commodatarius non nisi de latâ, sin utriusque versetur utilitas, tantum de levi culpa tenetur. *l.* 5. §. 10. *l.* 10. §. 1. *l.* 18. *h. t.* De casu fortuito plane non tenetur *l.* 18. *l.* 19. *l.* 20. *h. t.*

10. *Contra commodatarium.* Si res pluribus in solidum commodata sit, singuli in solidum tenentur, ut tamen unius solutio ceteros liberet. *l.* 5. §. *ult. h. v. & l.* 9. *de Duob. reis. l.* 1. §. 43. *Depos. l.* 13. §. 9. *l.* 47. *D. l.* 13. *C. Loc.* Non obstat *l.* 21. §. 1. *h.*

11. Sed contra singulos heredes non datur in solidum, nisi vel unus facultatem habeat totum

re-

restituendi, *l.* 3. §. 3. *h.* vel ex facto suo conveniatur. *l.* 17. §. 2. *h. l.* 22. *Depos.*

12. Actio Commodati contraria est, *quae competit Commodatario, contra Commodantem; ad consequendam indemnitatem, quod commodans vel intempestive ante finitum usum revocaverit commodatum, vel rem vitiosam commodaverit sciens, ut & ad repetendos sumptus & impensas in rem commodatam factas. l.* 17. §. 1. 3. *l.* 21. *l.* 18. §. 2. 3. *l. pen. l. ult. D. h. t. l.* 15. §. 2. *de Furt.* Denique ad id, ne commodans cum detrimento commodatarii ullo modo fiat locupletior. *dd. ll. l.* 17. §. *ult. h.*

13. Praeter actionem contrariam, verius & æquitati convenientius est, Commodatario quandoque consuli per jus compensationis & retentionis. *l.* 18. §. *ult. h. l. ult. C. de Compens. l.* 15. §. *ult. l.* 59. *de Furt.* arg. *l.* 1. §. 4. *de Contr. tut. act.* Nisi debitum non sit satis liquidum; quo sensu accipienda videtur *l. ult. C. h.*

14. Occasione *legis* 5. *D. h. t.* hoc loco explicari solet & meretur celebre & utile argumentum de Præstatione Doli, Culpæ, & Casus.

15. Præstare Dolum, Culpam, Casum, est *resarcire damnum ex dolo, culpa, vel casu natum.* Sed & *præstare* simpliciter, est obstrictum esse ad alteri satisfaciendum, luendum, sarciendum, si qua inæqualitas aut læsio iniquè contigerit. *Cic.* 3. *de Offic. c.* 13. 16. 17. in *Topic. c.* 17. & passim. v. *l.* 11. *de Neg. gest. l.* 9. *l.* 18. §. 1. *Sol. matr. l.* 1. *de Tut. & rat. distr. l.* 2. *C. Arb. tut. l.* 5. §. 2. *h. l.* 17. *de Jur. dot.* aliasque. De dolo dictum est ad *Tit.* 3. *Lib.* 4.

16. Culpa, stricte accepta, est *factum inconsultum, quo nocetur alteri*, sive, *negligentia quædam, destinatâ animi malitiâ carens, aliis nocens,*

sive

sive in faciendo, sive in omittendo commissa. *l.* 226. *de V. S.* *l.* 213. §. 2. *eod.* *l.* 72. *Pro Soc.* §. *pen.* *I. Quib. mod. re contr. obl.* Exempla v. in *l.* 36. *l.* 132. *de R. J.* *l.* 8. *ad L. Aquil.* §. 1. *I. de Obl. quæ ex quasi. del.* *l. ult. de Extr. cogn.* *l.* 9. §. *pen.* *l.* 13. §. 5. *Loc. cond.*

17. In genere, & latiore significatu, accipitur (1. Pro quolibet delicto, sive publico, sive privato. *Horat. Carm.* 4. *Od.* 5. *Tacit. Ann.* 2. 24. 15. 20. (2. Pro qualibet negligentia, sive dolosa, sive citra dolum commissa. *Tacit. Histor.* 1. *c.* 49. *Horat. de Arte poët. v.* 256. *& seq. Ovid.* 13. *Metam. v.* 300. (3. Pro incogitantia & facto inconsulto; quo sensu & delictis opponitur, & plerumque apud nostros accipitur. *Cic. pro Marcello. cap.* 4. *Etsi aliqua culpa tenemur erroris humani, à scelere certè liberati sumus.* *l.* 5. §. 2. *h.* *l.* 23. *de R. J.* *l.* 63. *de R. V.* & passim.

18. Culpa, hac propria significatione accepta, est vel Lata, vel Levis, vel Levissima, pro triplici diligentiæ & negligentiæ inter homines gradu. *l.* 5. §. 2. *h.* *l.* 47. §. 5. *de Leg.* 1. *l.* 19. *C. de Pign. & hyp.* *l.* 44. *ad L. Aquil.*

19. Lata culpa est *negligentia aut ignorantia eorum, quæ homines, non modo acri ac singulari ingenio & industria, sed vel communi sensu præditi, non neglexissent aut ignorassent.* *l.* 213. *l.* 223. *de V. S.* (ubi *finis* idem est quod *definitio*. vid. *l.* 1. §. 3. *de Usur.* *l.* 66. *in fin. de Evictione*) *l.* 9. §. 2. *de Jur. & fact. ign.* Dicitur & culpa latior, *l.* 32. *Depos.* magna, *l.* 226. *de V. S.* dissoluta; *l.* 55. *de Ædil. Ed.* gravior. *l.* 55. §. 2. *de A. R. D.* aliquando crassa, magna, nimia, lata, remissior, & deperditi ac nimium securi hominis negligentia. *l.* 9. *de Jur. & fact. ign.* *l.* 1. §. 5. *de V. O.* *l.* 213.

 de

de V. S. l. 7. §. 1. *de Susp. tut. l.* 3. §. 1. *de Jur. & fact. ign.* Ut & nimia securitas, & ignavia. *d. l.* 3. *l.* 6. *de Jur. & fact. ign.*

20. Quanquam de hac culpa & is tenetur, qui cum animi sit ad res suas attenti, in rebus alienis negligit, quod non esset neglecturus in suis. *l.* 32. *Depos. l.* 22. §. 3. *ad SC. Treb. l.* 24. §. 5. *Sol. matr.*

21. Exempla hujus culpæ v. in *d. l.* 22. §. 3. *l.* 7. *ad L. Corn. de Sicar. l.* 8. §. *ult. l.* 29. §. 3. *Mand. l.* 7. *pr. Depos. l.* 11. §. 3. *de Inst. act. l.* 9. *de Jur. & fact. ign. l.* 7. §. 2. *de Adm. tut.*

22. Haec, ut, ratione originis, differt à dolo, ab eoque, pariter ut levis & levissima, distinguitur, *l.* 8. §. 10. *Mand. l.* 22. §. 3. *ad SC. Treb. l.* 8. §. 6. *de Precar. l.* 1. *C. Depos. Donat. ad Terent. in Hecyr.* 2. 1.; ita ratione effectus in civilibus & pecuniariis causis, imo & in quibusdam delictis levioribus & civilibus actionibus, dolo comparatur, & pro dolo habetur. *d. l.* 8. §. 3. *de Precar. l.* 226. *de V. S. l.* 2. *de in Lit. jur. l.* 1. §. 5. *de O. & A. l.* 1. §. 1. *Si mens. fals. l.* 7. §. 1. *de Susp. tut.* §. 6. *I. eod. l.* 7. *Depos.* etiam ubi infamiæ pœna infligitur. *l.* 11. §. *ult. de His qui not. infam. l.* 32. *Depos. l.* 1. §. 2. *Si is qui test. lib.*

23. Non tamen in publicis & criminalibus Judiciis. *l.* 1. *l.* 7. *ad L. Corn. de Sicar.* licet in quibusdam casibus plectatur pœna ordinaria, si res sit mali exempli. *l.* 3. §. 2. *eod. l.* 16. *l.* 38. §. 5. *de Pœn. l.* 2. *in f. de Term. mot. l.* 3. §. 1. *de Off. Pref. vig. l.* 15. *ad L. Corn. de Fals.*

24. Culpa levis est *negligentia, vel ignorantia eorum, quæ homines, ad communem modum diligentes & frugi, in rebus suis negligere & ignorare non solent.* v. *l.* 1. §. 4. *de O. & A. l.* 25.

§. 16.

§. 16. *Fam. erc. l. 17. de Jur. dot. l. 72. pro Soc.* Hinc opponitur diligentiæ ac industriæ boni, frugi, ac diligentis patrisfamilias. *l.* 14. *l.* 22. *§. ult. de Pign. act. l.* 35. *§.* 4. *de Contr. empt. l.* 11. *de Peric. & commod. rei vend.*

25. Hæc culpa cum regulariter opponatur diligentiæ, *l.* 68. *de Contr. empt. l.* 36. *de Act. empt. l.* 6. *l. ult. §.* 4. *de Adm. rer. ad Civit.* plerumque significatur voce negligentiæ, desidiæ, segnitiei, simpliciter posita. §. 3. *I. de Obl. quæ re contr. d. l.* 72. ut & appellatione *culpæ* per excellentiam. *l.* 23. *de R. J. l.* 1. *§.* 35. *Depos. d. l.* 72. *l.* 17. *de Jur. dot. l.* 5. *l.* 8. *C. de Pign. act. l.* 1. *§.* 5. *de O. & A. l.* 3. *§.* 1. *Naut. caup. l.* 9. *l.* 25. *§.* 8. *Sol. matr. l.* 9. *§.* 4. *de Reb. auct. l.* 5. *§.* 3. *de In lit. jur.*

26. Nisi subjectæ materiæ ratio aliud exigat: Tum enim *Culpæ* appellatio eam significat, quam argumenti natura requirit. v. *l.* 13. *de Liber. caus.* §. 3. *Inst.* junct. *l.* 44 *ad L. Aquil. l.* 8. *§. ult.* junct. *l.* 4. *& l.* 21. *C. Mand. l.* 16. *de Cond. furt.* junct. *l.* 5. *l.* 10. *b. l.* 32. *de Neg. gest.* Singulare est, quod in *l.* 39. *§.* 6. *de Admin. tut. Culpa non levis* significet culpam *levem.*

27. Sed & diligentia exactissima, pro exacta; quæque opponitur culpæ levi, plus semel accipitur. §. *pen. I. l.* 25. *§. pen. D. Loc. cond.*

28. Exempla culpæ levis passim obvia sunt. v. *l.* 8. *§.* 1. *ad L. Aquil. l.* 9. *Loc. l.* 31. *ad L. Aquil. l.* 14. *de Peric. & Commod. l.* 52. *§.* 3. *Pro soc.* §. 3. *I. Quib. mod. re contr.*

29. Culpa levissima est *negligentia vel ignorantia eorum, quæ diligentissimi & vigilantissimi patresfamilias neglecturi, aut ignoraturi non essent.* §. 2. *de Obl. quæ quasi ex contr.* §. 2. *I. Quib. mod. re contr. obl. l.* 1. *§.* 4. *de O. & A. l.* 18.

pr. Commod. l. 21. *C. Mand. l.* 44. *ad L. Aquil.*

30. Opponitur exactae vel exactissimæ diligentiæ. *d.* §. 1. *d.* §. 2. *d. l.* 18. *l.* 72. *Pro soc.* vel simpliciter diligentiæ. *l.* 5. §. 2. *& ult. h. t. l.* 25. *Fam. erc. l.* 2. §. 1. *de Peric. & commod. l.* 23. *d. R. J.* Et custodiæ. *d. l.* 2. §. 1. *l.* 3. *D. de Peric. & comm.* Non tamen semper. v. *l.* 35. §. 4. *de Contr. empt. l.* 28. *C. de Loc. cond.*

31. Casus fortuitus est *vis major, seu inopinatus rei eventus, qui humana diligentia præcaveri aut evitari non potest. l.* 18. *pr. Commod. l.* 6. *C. de Pign. act. l.* 23. *de R. J.* §. 2. *I. Quib. mod. re contr. obl. l.* 2. §. 7. *de Adm. rer. ad civ.*

32. Venit & appellatione Vis divinæ. *l.* 25. §. 6. *Loc. l.* 24. *de Damn. inf. Virgil.* 1. *Æn.* v. 8. & 620. cui resisti non potest. *l.* 18. *h. t. l.* 6. §. 7. *de Off. Præf.* fortunæ. *l.* 1. §. 11. *de Mag. conv.* detrimenti fatalis. *l.* 3. *pr. de Inst. vel instr. leg. l.* 3. §. 1. *Naut. caup.* periculi. *l.* 10. §. 1. *h. t. l.* 4. *l.* 9. *in f. de Reb. cred. l.* 9. §. 3. *Loc. cond.*

33. Exempla vide in *l.* 15. §. 2. *D. l.* 18. *C. Loc. l.* 5. §. 4. *h. t. l.* 23. *in f. de R. J. l.* 1. *C. Loc. l.* 52. §. 3. *pro Soc. d. l.* 9. §. 3. *Loc.* Ubi huc refertur & incendium; & recte, nisi ex culpa habitantium ortum sit. v. *l.* 3. §. 1. *de Off. Præf. vig. l.* 11. *de Peric. & Commod.*

34. Qui præstationem casuum fortuitorum in se recepit, tenetur de solito & insolito. *l.* 78. *in f. de Contr. empt.* v. *Vinn. Sel. Quæst. lib.* 2. *c.* 1.

35. De præstatione Doli, Culpæ, & Casus, tenendæ sunt Regulæ sequentes: *Dolus in omni omnino contractu præstandus est. l.* 5. §. 2. *h. l.* 59. §. 1. *Mand. l.* 4. *C. de O. & A. l.* 31. *Depos. l.* 36. *de V. O.* Sic ut ne pacto quidem effici possit, ne dolus futurus præstetur. *l.* 7. §. 14. *l.* 27. §. 3. 4.

de

de Pact. l.6. C.eod. d.l.23.de R.J.l.1.§.7.Depos.

36. *In contractibus, in quibus nulla ad accipientem rem, vel suscipientem officium, sed omnis ad dantem redit utilitas, accipiens præstat tantum dolum & latam culpam. l 5. §.2. h.l.23. de R. J.* Exempla v. in *d. l.5. §. 2. d. l.23. l. 17. §. 2. de Præscr. verb.* Sic tamen ut deponens, similesque, ad quos omne redit emolumentum, à sua parte præstent culpam levissimam. *l. 26. §. 7. Mand. l. 61. §. 5. de Furt.* Exceptio est in Mandato & Negotiorum gestione.

37. *In Contractibus, aliisque negotiis, in quibus utriusque contrahentis versatur utilitas, ab utrâque parte præstatur culpa levis l. 108. §. 12. de Leg. 1. d. l. 5. §. 2.* Exempla v. in *d. l. 5. §. 2. & §. ult. I. de Soc. l. 52. §. 2. Pro Soc. §. ult. I. Quib. mod. re contr. obl. d. l. 23. l. 2. de Permutat. l. 31. in f. Loc. cond.*

38. *In Contractibus, in quibus nulla ad dantem, sed omnis ad accipientem utilitas redit, accipiens, præter dolum, latamque & levem, etiam levissimam culpam præstare tenetur. d. l. 5. §. 2. h.* ubi exemplum est in Commodato. Secus est in Precario, ubi tantum dolus cum latâ culpâ præstatur. *d. l. 23. l. 14. §. 11. de Furt. l. 8. §. 6. de Precar.*

39. Dans autem in hoc similibusque contractibus non tenetur ultra dolum. *l. 61. §. 6. de Furt.*

40. Casus fortuitus in nullo contractu præstatur. *d. l.23. in f. l. 26. §.6. Mand. l. 10. §. 1. l. 32. de Neg. gest. l. 12. l. 28. C. de Loc. cond. l. 4. C. de Peric. tut. l. 6. C. de Pign. act.* Nisi (1. Dolus vel culpa casui caussam & occasionem dederit. *§. 3. I. de Empt. vend. l. 3. C. de Peric. tut. l. 5. §. 4. 7. h. t. l. 5. l. 9. C. de Pign. act.* vel, quod inde consequitur. (2. Nisi aliquis sit in mora tradendi vel sa-

faciendi. *l.* 2. *C. de Peric. & Comm. l.* 8. §. 6. *de Precar. l.* 12. §. 3. *Depos. l.* 82. §. 1. *de V. O.* (3. Nisi res æstimata eâ lege data sit, ut vel res ipsa, vel æstimatio rei reddatur. *l.* 5. §. 3. *h. l.* 10. *l.* 16. *l.* 18. *D. l.* 10. *C. de Jur. dot.*

41. Exclusio casus fortuiti (exemplum vid. in *l.* 13. §. 1. *de Pign. act.*) non est argumentum præstationis culpæ levissimæ, sed potius, nisi aliud suadeat argumenti, vel textus ratio, hæc simul exclusa censetur. Ita accipe *l.* 4. *C. de Peric. Tutor. vel Curat. l.* 5. *C. de Pign. act. l.* 28. *C. de Loc. cond.*

42. Cum pacta dent legem contractui, *l.* 7. §. 4. *de Pact. l.* 1. §. 6. *Depos.* consequitur, à præstatione culpæ, ex naturâ contractus faciendâ, conventione recedi posse, adeoque tantum nomine culpæ casusve præstandum esse, quantum pacto conventum est. *l.* 5. §. 10. *h. l.* 1. §. 6. *D. l.* 1. *C. eod. l.* 23. *de R. J.*

43. *Periculi* appellatio licet plerumque notet casum fortuitum, *l.* 10. §. 1. *h. l.* 9. *in f. de Reb. cred. l.* 9. §. 3. *Loc. cond. l.* 17. §. 1. 2. 4. *de Præscr. verb. l.* 5. *de Naut. Fœn.* sæpe tamen, pro subjecti argumenti ratione, significat vel latam, vel levem, vel levissimam culpam. *t. D. & C. de Peric. & Comm. t. C. de Peric. tut. l.* 35. *l.* 39. §. 12. *l.* 40. *de Adm. tut. l.* 14. §. 16. *& ult. de Furt. l.* 13. §. 1. *de Lib. caus. l.* 5. §. 2. 3. *h. t.* & passim.

44. Tantum de præstatione Doli, Culpæ, & Casus. Ut è diverticulo redeamus in viam, notatu dignum est, si res commodata deterior sit facta usu, ad quem erat concessa, nihil eo nomine præstare Commodatarium, *l.* 10. *l. ult. h. t.* Sin culpa Commodatarii, quæsitum est, an Commodans, oblato à Commodatario detrimenti pretio, rem recipere teneatur? Id quod affir-

man-

mandum videtur, nisi deterioratio sit gravior, sic ut rem habere non expediat; tum enim æquitas flagitat, rei integræ æstimationem à Commodatario præstandam esse. Ita accipiendæ *l.* 3. §. 1. *l.* 10. *b. t.*

TIT. VII.

De Pignoratitia Actione.
Cod. 4. 24.

1. Pignus, quod alibi accipitur pro re oppignorata, vel jure in re (vid. *infr. tit. de Pign. & hypoth. & tit. de Distract. pign.*) hoc loco, est *contractus bonæ fidei, re constans, quo debitor rem creditori, in securitatem crediti, tradit, ea lege, ut, soluto debito, eadem in specie, non deterior, restituatur.*

2. *Contractus. l.* 1. §. *ult. l.* 7. §. 1. *de Pact.*

3. *Bonæ fidei.* §. 28. *I. de Act.*

4. *Re constans.* Neque enim obligatio pignoratitia constituitur, ut inde debitori actio nascatur contra creditorem, ad pignus, soluto debito, repetendum, nisi re prius tradita. §. *ult. I. Quib. mod. re contr. obl. l.* 9. §. 2. *b. l.* 1. §. 6. *de O. & A. l.* 17. *princ. de Pact.* licet jus hypothecæ nudâ etiam conventione constituatur. *l.* 1. *d. l.* 9. §. 2. *b. l.* 4. *l.* 17. *D. l.* 23. *C. de Pign. & Hyp.* §. 7. *I. de Act. l.* 17. *de Pact.*

5. *Quo debitor.* Vel alius pro debitore, *princ. Inst. de Fidej. l.* 2. *D. Quæ res pign. vel hypoth. datæ oblig. non poss. l.* 11. *C. de Distract. pignor.*

6. *In securitatem.* In hac enim sola consistit finis & effectus pignoris, adeo ut nec possessio, nisi naturalis, nec usucapio, *l.* 35. §. 1. *b. l.* 16. *de Usuc. l.* 36. *de Acq. poss.* nec immunitas à satis-

 dando,

dando, *l.* 15. §. 2. *Qui Satisd. cog.* nec usus, §. 6. *I. de Obl. quæ ex del.* multò minus dominium, *l. ult. C. de Pact. pign.* in creditorem transmittatur.

7. *Crediti.* Id est, cujuscunque obligationis, sive naturalis, sive civilis. *l.* 5. *de Pign. & Hyp. l.* 2. *D. Quæ res pign.* junct. *l.* 6. *l.* 7. *D.* §. 1. *I. de Fidej.* Quacunque ratione contractæ. *l.* 5. *l.* 14. §. 1. *de Pign. & hyp.* Non tamen pro obligatione mere civili minus plena. *l.* 13. *Quib. mod. pign. & hyp. solv. l.* 112. *de R. J.* Nec pro obligatione naturali inefficaci.

8. Hic Contractus producit actionem Pignoratitiam Directam & Contrariam. Directa est *Personalis, nata ex contractu, civilis, competens debitori contra creditorem, ad pignus, soluto debito, cum omni causâ & accessionibus restituendum, resarciendumque damnum, dolo, lata, vel levi culpa in eo datum.*

9. *Personalis.* v. *l. ult. C. de Distr. pign.* Abusive tamen quandoque significat hypothecariam in rem, seu Servianam. *l.* 41. *h. t. l.* 9. *in f. Quib. mod. pign. l.* 3. §. 3. *ad Exhib. l.* 13. *de Cond. indeb. l.* 19. *l. pen.* §. 1. *de Exc. rei jud. l.* 7. §. 12. *Comm. divid.*

10. *Nata ex contractu.* §. *ult. I. Quib. mod. re contr.* & quidem eo ipso momento, quo contractus rei traditione perfectus est. *l.* 1. §. 6. *de O. & A.* Nam quod in *l.* 9. §. 3. *h.* dicitur, de effectu accipiendum est; vide infra *thes.* 16. *h. t.*

11. Hæc actio nascitur quoque vi pignoris, spe futuræ numerationis, vel sub conditione dati, etiam ante numerationem, aut conditionem existentem. *l.* 11. §. 2. *h. l.* 2. *C. de Pact. Pign. t. C. Si pign. dat. numer. pecun.*

12. Cum autem ex contractu nascatur, quæsitum

tum eſt, an locum quoque habeat in hypotheca nudo pacto conſtitutâ? Quod affirmandum eſt, ſi creditor actione hypothecaria, vel alia ratione poſſeſſionem hypothecæ conſecutus ſit, &, ſoluto debito, rem, ſeu quod ex diſtractione pignoris, vel ex pacto antichreſeos, ſupra debitum percepit, reſtituere, obligationi non paret. *l.* 1. *pr. h. l.* 2. *de Pign. l.* 7. *pr. de Diſtr. pign. l.* 30. *l.* 33. *h. t.* Exempla hujus locutionis vid. in *l.* 54. §. 1. *Loc. Cond. l.* 8. *C. Quod cum eo qui in alien. pot. eſt negot. geſt. eſſe dic.*

13. Ex pignore Prætorio, ſi creditores in bona debitoris latitantis ex Primo Decreto miſſi ſint, debitori comparenti, & defenſionem offerenti, utilis in factum actio, ad exemplum pignoratitiæ, datur. *l.* 5. §. 21. *Ut in poſſ. legat. l.* 9. *pr.* & §. 5. *de Reb. auct. Jud. poſſ.*

14. *Debitori. l.* 4. *l.* 10. *l.* 11. *C. h.* licet vel nullum, *l.* 9. §. 4. *h.* vel utile tantum dominium in re pignorata habeat. *l.* 16. §. *ult. l.* 17. *h. t. l.* 20. *h.* Datur & tutori, & procuratori, ſi rem pupilli aut mandantis obligaverint. *l.* 11. §. *ult. l.* 12. *l.* 16. *h.* ut & heredibus debitoris. *l.* 12. *C. de Pign. & Hyp.*

15. *Contra creditorem.* Ejusque heredem, nec non hereditatis poſſeſſorem. *l. ult.* §. 1. *C. de Petit. her.* ut & contra procuratorem, tutorem, curatorem. *arg. l.* 11. *in f. l.* 16. *pr. h.* dominum ſervi, qui pignus accepit. *l.* 28. §. 1. *h.* Si plures ſint creditores, contra plures datur in ſolidum. *l.* 20. §. 1. *h.* Non autem contra fidejuſſorem, qui, creditori ſolvens, pignora recepit. *l.* 2. *D. de Pign.* arg. *l.* 3. *de O. & A.* Licet fidejuſſori, titulo emptionis tenenti pignus, debitum offerri poſſit. *l.* 5. §. 1. *de Diſtr. pign.* Multo minus con-

tra tertium possessorem. (Sunt qui dissentiunt per *l.* 1. *l.* 2. *l.* 3. *l.* 4. *C. Si vend. Pign.* sed frustra, dictæ enim leges loquuntur de rei vindicatione, non autem de actione pignoratitia) adeoque nec contra creditorem creditoris, scilicet cui pignus datum est pignori, *vid. tit. C. Si pign. pignor. dat. sit. l.* 11. §. 5. *l.* 27. *l.* 40. §. *ult. h.* Diss. alii, sed sine ratione & lege.

16. *Soluto debito.* Vel si creditor accipere nolit, consignato & deposito. *l. ult. C. de Partu Pign. l.* 20. *C. de Pign. & hyp. l. ult. C. h. t.* tum enim hæc actio, licet statim cum ipso contractu nata, demum cum effectu in judicium deduci potest. Modo totum debitum solvatur. *l.* 9. §. 3. *h. l.* 6. *C. de Distr. Pign. l. ult. C. Debit. vend. pign.* adeoque non modo sors integra, sed & usuræ, si & nomine usurarum pignus sit obstrictum. *l.* 11. §. 3. *l.* 8. §. *ult. h.* ita tamen ut nomine solutionis hic veniat etiam quælibet alia satisfactio volenti creditori facta. *pr. Inst. Quib. mod. toll. Oblig. d. l.* 9. §. 3. *l.* 5. §. 2. *l.* 6. §. 1. *Quib. mod. pign.* sive ipsi creditori, sive, ejus voluntate, alteri facta. *l.* 11. §. 5. *h.* Aliquando, etiam non soluto debito, ad interesse, ut si creditor pignore abutatur, vel impediat, quo minus debitor in re pignorata jure suo utatur. *l. ult. D. h.*

17. *Ad restituendum pignus.* §. *ult. Inst. Quib. mod. re contr. l.* 9. §. *ult. D. l.* 1. *l.* 8. *l.* 11. *C. h.* etiamsi res aliena pignori data sit. *l.* 9. §. 4. *l.* 20. *l.* 22. §. 2. *h.* Datur etiam ad repetendam antichresin. *l.* 33. *D. h.* cui adde *l.* 11. §. 1. *de Pign. & Hyp.* & ad id, quod interest, si creditor possessionem pignoris dolo aut culpa amiserit. *l.* 5. *l.* 8. *C. h. l.* 2. *C. Si vend. pign. agat.*

18. *Cum omni causa & accessionibus. l.* 22. §. 2. *h. l.*

b. *l.* 16. §. 3. *de Pign. & Hyp.* Exempla v. in *l.* 18. §. 1. *b. t. l.* 63. §. *ult. de A. R. D. l.* 1. *l.* 2. *C. de Partu pign. l.* 12. §. 1. *de Distr. pign. l.* 21. §. *ult. de Pign. & Hypoth. l.* 5. §. 21. *Ut in poss. leg.* Hinc quoque tenetur creditor ad id, quod, vendito pignore, plus accepit. *d. l.* 21. §. *ult. l.* 42. *b. l. ult. C. de Distr. pign.* & ad actiones adquisitas debitori cedendas. *l.* 24. §. 2. *l.* 13. *D. b. t.* uti vice versa, si creditor minus acceperit, habet residui petitionem per actionem ex contractu principali. *l.* 9. *D. l.* 3. *C. de Distr. pign. l.* 28. *D. de Reb. Cred.*

19. Atque ita de fructibus juris est, nisi adjectum sit contractui Pactum antichreticum. *l.* 8. *In quibus caus. pign. l.* 14. *l.* 17. *C. de Usur.*

20. *Resarciendum damnum, dolo, latâ, levi culpâ datum. l.* 24. §. *ult. b. l.* 14. *l.* 15. *l.* 25. *b.* §. *ult. l. Quib. mod. re contr. obl. l.* 7. *C. b.*

21. De levissimâ autem culpâ aut casu creditor non tenetur. §. *ult. I. Quib. mod. re contr. l.* 5. §. 2 *l.* 18. *in f. pr. Commod. l.* 23. *de R. J. l.* 14. *D. l.* 5. *l.* 6. *l.* 8. *C. b. l.* 36. *in f. Loc. cond. l.* 14. §. 6. *de Furt. l.* 9. §. 5. *de Reb. auct. jud.* nisi contrarium convenerit. *l.* 6. *C. b. l.* 1. §. 6. *Dep.* Vel culpa levis casui causam dederit. *l.* 30. *b.* Nam quod alii regulariter à creditore culpam præstari volunt etiam levissimam, à ratione Juris Civilis tam alienum est, quam id, quod alienissimum, tantum abest, ut probetur per *l.* 13. §. 1. *b. l.* 19. *C. de Pign. d.* §. *ult. Inst.* Nam in *d. l.* 13. §. 1. verba: *ut in commodato:* sunt explicanda ex *l.* 18. *pr. Commod.* adeoque accipienda de commodato in gratiam utriusque contracto, vel de pignore contracto in utilitatem solius creditoris, quod fieri potest, posito casu habili: nisi quis pro *ut* malit legere, *at*, deleto commate post verba: *ut*

ut in commodato: eoque posito post verba: *dolus & culpa:* vid. *Noodt.I.Probabil.4.&lib.4.cap.3.*

22. Actio Pignoratitia Contraria est, *quæ datur creditori, contra debitorem, ad repetendas impensas, aliaque, quæ creditori causâ pignoris absunt, ex æqui bonique ratione præstanda.*

23. *Creditori.* Ejusque heredibus, & fidejussoribus, qui pignus acceperunt, ut fidejuberent. *l. 9. §. 1. h.*

24. *Ad repetendas impensas.* Necessarias scilicet. *l. 8. D. & l. 7. in f. C. h. t.* & utiles, nisi debitori sint nimis graves. *l. 25. h. l. 38. de R. V.* Quod si adhuc pignoris possessioni incumbat creditor, exceptione & retentione pignoris uti potest. *d. l. 8. l. 1. de Pign. & Hypoth. l. 156. §. 1. de R. J.*

25. *Aliaque, quæ creditori. &c.* Veluti ad id, quod interest creditoris, ratione vitii aut defectus in re pignoratâ, ut si res aliena, *l. 9. pr. h. 16. §. 1. h.* vel alteri obligata, vel morbosa, *d. l. 16.* à sciente vel ignorante debitore pignorata, *d. l. 16.* vel si æs pro auro datum, *l. 1. §. 1. h.* aut subjectum sit. *l. 36. h.* vel servus fur a sciente debitore pignori datus sit, *l. 31. h. l. 61. §. 1. de Furt.*

26. Quæsitum est, si Titio, qui injussu meo, rem meam Sempronio pignori obligavit, heres extitero, an creditori contra me detur actio hypothecaria? Affirmandum videtur cum Modestino, si tantùm ignoravero, *l. 22. de Pign. & hypoth.* Negandum cum Paulo, si prohibuero. *l. 41. h.* ubi *sine mea voluntate* notat contra meam voluntatem, me invito, non autem me ignorante. vid. *l. 20. l. 30. h. t. l. 5. §. 1. In quib. cauff. pign. vel hypoth.*

27. Datur etiam ad pignus restituendum, si id de-

debitor titulo precarii, commodati, vel conducti possideat. *l.* 22. §. 3. *l.* 35. §. 1. *h.* Denique ad id, quod interest, si res à creditore vendita, pro qua is, sine dolo & culpa, duplam evictionis nomine promiserat, sit evicta. *l.* 22. §. *ult.* *l.* 23. *h.* ut & si debitor operam dolo malo dederit, ut pignus à creditore redditum ad alium perveniret, & debitum, quasi non reddito pignore, solvere nolit. *l.* 3. *D. h.*

28. Exstinguitur actio pignoratitia directa, restituto pignore cum omnibus accessionibus. Præscribitur, etiam nondum soluto debito, spatio 30. annorum. *l.* 3. *l.* 4. *l.* 7. §. 2. 3. *C. de Præscr.* 30. *vel* 40. *ann. l.* 1. §. 1. *C. de Ann. Exc.* Nam actioni pignoratitiæ directæ, sive juri luendi pignoris præscribi posse, verius est. *dd. ll.* Diss. *Cujac. & alii.* vid. *Vinn.* 2. *Sel. Quæst.* 6.

DIGESTORUM

LIBER XIV.

TIT. I.

De Exercitoria Actione. Cod. 4. 25.

1. Est hæc actio *condictio Prætoria, competens iis, qui cum magistro vel promagistro navis, de rebus ad officium ejus & administrationem pertinentibus, contraxerunt, contra exercitorem, ad id, quod ex eo contractu debetur. l.* 1. §. 5. 6. 7. *h.* §. 2. *I. Quod cum eo qui in alien. pot.*

2. Exer-

2. Exercitor hic est; *ad quem quotidianus navis reditus & quæstus pertinet*. *l.* 1. §. 15. *h.* cujuscunque ætatis, sexus, & conditionis sit. *l.* 1. §. 16. 19. 20. 22. 23. *l.* 4. §. 2. 3. *l.* 5. *l.* 6. *h.*

3. *Condictio Prætoria.* Quia nascitur ex alienâ quidem, sed tamen ex obligatione. Ita tamen ut magis sit adjectitia aliarum actionum qualitas, à Prætore, ex summâ æquitatis ratione, introducta, quam actio ab aliis distincta. *l.* 1. §. 20. *l.* 5. §. 1. *in f. h.* Quare etiam ad exemplum actionis principalis post annum datur. *l.* 4. §. *ult. h.*

4. *Competens iis; qui contraxerunt.* Eorumque heredibus. *d. l.* 4. §. *ult. h.*

5. *Cum magistro. l.* 1. §. 1. *h.* §. 2. *I. Quod cum eo.* Non si cum aliis nautis sit contractum. *l.* 1. §. 2. *h.* v. *l.* 1. §. 2. 3. 4. *Naut. caup.* Magister est, *cui totius navis cura & gubernatio commissa est. l.* 1. §. 5. *h. l.* 2. §. 2. *ad L. Rhod. l.* 57. *de V. S. Horat.* 3. *Carm.* 6.

6. Nec refert, cujus sit ætatis & conditionis. *l.* 1. §. 4. *l.* 5. *h.* adeo ut etiam unus ex dominis navis magistri officio fungi possit. *l.* 4. §. 1. *h.* Si plures sint magistri, etiam quod cum uno gestum est, obligabit exercitorem; nisi aliter cautum sit. *l.* 1. §. 13. 14. *h.*

7. Promagister est, *quem Magister, ut officii sui vicarium, ignorante, quandoque & invito, exercitore, præposuit. d. l.* 1. §. 5.

8. *Navis.* Sive marina sit, sive fluviatilis, sive in stagno naviget. v. *l.* 1. §. 6. *h.* ubi *Schedia* est genus navigii inconditi, tumultuaria opera sine arte compositi, Belgice een Hout-vloot.

9. *De rebus ad officium ejus pertinentibus. l.* 1. §. 7. 8. *l.* 11. *l.* 12. *l. ult. h.* Necesse enim est, ut credatur in usum ejus rei, cui magister præ-

præpositus est, quæque impensam necessariam desiderat, eâ lege; ne pecunia in alium usum vertatur. *l.* 1. §. 9. *l. ult. b.*

10. *Contra exercitorem.* Ejusque heredem. *l.* 4. §. *ult. b.* Contra plures in solidum. *l.* 1. §. *ult. l.* 2. *l.* 3. *l.* 4. §. 1. *l.* 6. §. 1. *b.* (Ut tamen is, qui solidum solvit, partem soluti actione pro socio à sociis consequi possit. *d. l.* 3.) Nisi ipsimet exercitores contraxerint. *l.* 4. *b.* Si filiusfamilias vel servus exerceat, ignorante patre vel domino, hi tenentur actione de peculio. *l.* 1. §. 20. *b. l.* 44. *l.* 46. *de Pecul.* Si jusserint, tenentur exercitoria in solidum, sive cum filio servove exercitore, sive cum magistro eorum vel promagistro contractum sit. *l.* 1. §. 19. 20. 23. *b.* Si tantum sciverint, tributoria tenentur. *d. l.* 1. §. 20. *l.* 6. *b.*

11. *Ad id quod.* Ut tamen cesset in id, quod magister solvit. *l.* 1. §. 24. *b.*

12. Est autem in arbitrio creditoris, utrum Exercitorem hac exercitoria, an magistrum directa actione convenire velit. *l.* 1. §. 17. *b.* Sed & ipse Exercitor directa actione tenetur. §. *ult. Inst. Quod cum eo qui in al. pot. l.* 17. §. *ult. de Instit. act. l. ult. pro Soc.*

13. Exercitori contraria non competit, nisi extra ordinem, deficientibus aliis remediis. *l.* 1. §. 18. *b.*

TIT. II.

De Lege Rhodiâ de Jactu.

1. Lege Rhodiâ de Jactu cavetur, ut si, levandæ navis gratia Jactus mercium factus sit, omnium contributione sarciatur, quod pro omnibus jactum

jactum est. *l.* 1. *l.* 2. *D. h. l.* 10. *de R. J. l. unic.* §. 4. *C. de Caduc. toll.* Ratio enim exigit, ut ei, qui se mari incerto unâ cum aliis credidit, & oborta tempestate, inclementis fortunæ cohibendæ causa, jactu rerum suarum cum ventis quasi decidit, consulatur contra alios vectores, ad recuperandam jacturæ partem. v. *l.* 1. *l.* 2. *pr.* & §. 2. *h. t. Juven. Sat.* 12. *v.* 34. & 35.

2. Est autem Lex Rhodia Jus dictum, & conditum ab Insula & Civitate Rhodo; quæ & loci opportunitate, & operum nobilitate, & navigandi solertia, navalibusque victoriis, & amicitia ac societate Populi Romani celebrata est. *Gell.* 7. *c.* 3. *Florus* 2. *c.* 7. *l.* 6. *C. de Offic. Rect. Provinc.* ubi pro *Phodicrum* leg. *Rhodiorum*. Similis error est in *Nov.* 78. *in fin.* ubi pro *Arione* leg. *Appione*, ut recte legitur in *Nov.* 89. *in fin.* Unde Romani hanc Rhodiensium legem Civitate sua, ac vi & potestate juris donarunt, quatenus aliis legibus non est contraria. *l.* 9. *in f. h.*

3. Modo (1. Jactus sit factus *l.* 4. *l.* 5. *h.* (2. Ob periculum & justum metum. *l.* 2. §. 2. *h. l.* 14. *pr. de Præscr. verb. l.* 184. *de R. J.* (3. Ut periculum sit à cœli salique injuria, non ab imperitia magistri. *arg. l.* 8. & *l.* 29. §. 3. *ad L. Aquil. l.* 31. *Loc. Cond.* (4. Ut res ejectæ, vel aliæ, occasione jactus, perditæ, vel corruptæ sint. *l.* 4. *in f. l.* 2. *in f. h.* (5. Ut, per jactum rerum, aliæ servatæ sint. *l.* 2. §. 2. *l.* 4. §. 1. *h.* Instituendæ vel amissæ navis causâ nulla fit contributio. *l.* 2. §. 1. *l.* 5. *l.* 6. *h.* Nisi ornamenta navis, avertendi periculi causâ, communi consilio, jacta sint. *l.* 3. *d. l.* 5. §. 1. *h. t.*

4. Quid juris sit, nave cum mercibus a piratis capta ac redempta, vide in *l.* 2. §. 3. *h. t.*

5. Res autem jactæ manent domini, nec Fisco acquis

acquiruntur, nec occupantibus. *l.* 2. §. *ult. l.* 4. §. 1. *l.* 8. *l.* 9. §. *ult. l.* 58. *de A. R. D. l.* 21. §. 1. *de Adq. Poss.* §. *ult. l. de R. D. l.* 7. *pro Derel. l.* 18. & *Auth. Navigia. C. de Furt.* Ut nec alia naufragorum bona Jure Romano Fisco cedunt. *l. ult. de Inc. ruin. l.* 1. *C. de Naufr.* v. *l.* 2. *l.* 5. *l. ult. C. eod. l.* 43. §. *pen. de Furt.*

6. Conferunt omnes, quorum interest. *l.* 1. *l.* 2. *h.* etiam domini mercium jactarum, ratione ejus, quod in nave salvum habuerunt. Omnium rerum nomine, exceptis liberis corporibus & cibariis. *d. l.* 2. Domini rerum, occasione jactus, corruptarum, ut conferre debent, ita petere contributionem possunt. *l.* 4. §. 2. *h.*

7. In subducendâ ratione contributionis, ineunda est æstimatio rerum servatarum, quanti vendi possunt, non quanti emptæ sunt. Rerum autem, ob commune periculum, amissarum, non quanti venire potuissent, sed quanti emptæ sunt. *d. l.* 2. §. 4. *l.* 4. §. 2. *h.* Ratio differentiæ est in *dicta l.* 2. §. 4. *h.*

8. Qui, avertendi periculi causâ, jactum fecerunt, ad contributionem agunt cum magistro navis ex locato, ut is cum reliquis vectoribus, ad contributionem obligatis, agat ex conducto *l.* 2. *pr. h.* vel merces salvas retineat, donec fiat contributio, *d. l.* 2. vel actionem suam dominis rerum amissarum cedat. arg. *l.* 51. *de Pecul. l.* 16. §. *ult. de Pet. her. l.* 2. §. 3. *de Her. vel act. vend.* Qua cessione magister, etiam invitis vectoribus, satisfacere potest. *d. l.* 51. *l.* 2. §. 6. *h.* Sed & actioni mandati & negotiorum gestorum potest esse locus, si quis ut mandantis, vel ignorantis, res suas abjiciat.

9. Peculiarem interpretationem meretur *lex*

9. *h.* (Vide Jac. Gothofredi & Ampliff. Bynckershoeckii singularem ad eam Commentationem,) ut & *lex ult. h. t.* vid. *Wissenb. ad h. t. th.* 18.

TIT. III.

De Institoria Actione.
Cod. 4. 25.

1. Actio Institoria est *condictio Pratoria*, *competens iis, qui cum Institore, de rebus, ad negotiationem & administrationem ejus pertinentibus, contraxerunt, contra eum, qui Institorem tabernæ, vel cuilibet negotiationi præfecit, ad id, quod inde contrahentibus debetur.* §. 2. *l. Quod cum eo. l.* 1. *l.* 5. §. 11. *l. pen.* §. *ult. h. t.*

2. *Institor dicitur, qui negotio gerendo instat. l.* 3. *h.* Hinc mercaturæ insistere. *l.* 4. *in f. C. de Commerc. & Merc.* Instare mercaturam, apud Nonium. Definitur, *quem Dominus vel tabernæ, vel cuilibet negotiationi, quæstus causa, præposuit. l.* 18. *l.* 19. *l.* 5. §. 1. *& seqq. l. ult. h. t.*

3. Pleraque omnia communia habet cum actione exercitoria. *l.* 13. §. 2. *D. l.* 4. *C. h. t.*

4. Utilis institoria competit ex cujuslibet procuratoris contractu contra dominum *l.* 5. §. 8. *l.* 16. *l.* 19. *pr. h. l. pen. C. eod. l.* 13. §. 25. *de Act. empt.*

5. *Contra eum &c. l.* 11. §. 2. *h.* Ejusque heredes *l.* 15. *l.* 17. §. 2. *eod.* Sic ut Institoris officium ne quidem morte præponentis finiatur, re integra. *l.* 11. *pr. d. l.* 17. §. 2. 3. *h.* Contra quam in mandato. §. 10. *Inst. Mand. l.* 26. *D. eod. l. pen. D. de Reb. Cred.*

6. Quæsitum est, an Institor, vel Magister, finito officio, ex contractu, quem Præponentis ne-

nomine (unde Institor vocatur Præpositus in *l.* 11. §.2. *h. t.*) iniit, conveniri possit? Distinguendum, an liber homo, an servus sit is, quocum, ut cum Magistro vel Institore, contractum est; Si servus, non obligatur civiliter, nec agi cum eo potest. *l.* 6. *C. de Jud. l.* 14. *de O. & A. l.* 107. *de R. J.* Si liber sit, iterum distinguendum est: Aut enim suo nomine contrahens, fidem suam pro domino obligavit, & ipse conveniri, etiam finito officio potest; *l.* 1. §. 17. *& pen. de Exerc. act. l.* 6. §. *ult. Naut. caup. l.* 7. §. 11. *de SC. Mac. l.* 67. *de Proc. l.* 5. *Quand. ex fact. tut.* Aut nomine domini contraxit, non suo, & non tenetur. *l. ult. h. t. l.* 6. §. 1. *de Neg. gest l.* 15. *de Const. Pec. l.* 3. §. 2. *de Adm. rer. ad civitat. pertinent.*

7. Ei, qui Institorem præposuit, non datur actio contra eos, qui cum Institore contraxerunt, nisi in subsidium & extra ordinem, si institor non sit solvendo. *l.* 1. *in f. & l. seq. h. t. l.* 1. §. 18. *de Exerc. act.*

TIT. IV.

De Tributoria Actione.

1. Actio Tributoria est *condictio Prætoria, competens iis, qui cum filiofamilias vel servo, de mercibus peculiaribus, contraxerunt, contra patrem, vel dominum, qui sciverunt filios, servosve, in merce peculiari, negotiari, tum ad merces peculiares inter patrem dominumve, si quid iis debeatur, cæterosque creditores, pro ratâ, distribuendas, tum ad distributionem, dolo factam, corrigendam.* §. 3. *Inst. Quod cum eo, qui in aliena potest.*

2. *Prætoria.* §. 8. *I. de Act.*

3. *Iis, qui cum filiofamilias &c.* Scilicet creditoribus mercis. *l. 5. §. 6. 15. b.* Si servus, vel filius plures habeat creditores, sed quosdam in mercibus certis, separatim in iisdem mercibus, quarum respectu crediderunt, in tributum vocandi sunt. *l. 5. §. 15. b.* alioquin omnes confundendi, nisi duas separatim tabernas ejusdem negotiationis in diversis locis exerceat. *d. l. 5. §. 16. l. 1. §. 9. de Separ.* Datur & creditori, qui mercem suam vendendam filiofamilias vel servo tradidit, siquidem fidem ei habuit, vel merx in creditum abiit. *d. l. 5. §. 18. b.*

4. Datur & Heredibus. *l. 7. §. ult. & l. 8. h. t. §. 1. Inst. de Perp. & temp. act.*

5. *Qui sciverunt. l. 1. §. 3. b. d. §. 3.* Scientiam autem hic interpretamur, non modò expressam voluntatem, aut ratihabitionem, sed & patientiam. *d. l. 1. §. 2. 3. b.* Sufficit etiam scientia Procuratoris, vel Tutoris, aut Curatoris. *l. 5. pr. b. l. 3. pr. §. 1. & ult. h. t.*

6. Datur & in heredem, non in solidum (ut aliæ ex contractu actiones, licet de dolo defuncti agatur. *l. 7. Depos. l. 12. de O. & A. §. 1. I. de Perpet. & temp. Act. l. 157. §. ult. de R. J.*) Sed in id quod ad eum pervenit. *l. 7. in f. b.* quatenus cum contractu concurrit delictum dolosæ distributionis, adeoque quatenus dolus vindicatur, ut in distribuendo, non ut in contrahendo commissus. Quo sensu intelligenda est *lex 8. pr. h. t.*

7. *Ad merces peculiares inter patrem &c. distribuendas.* vide *l. 1. l. 4. & 5. §. ult. & passim. b.* Denique ad id, quod interest, si pater dominusve tribuere recuset, vel inique & dolose distribuerit. *d. §. 3. Inst.* Sic tamen ut invitus

ad

ad tribuendum cogi nequeat, sed merces creditoribus cedendo defungi possit. *l.* 7. §. 1. *b.*

8. Veniunt autem omnes in hanc distributionem pro rata portione debiti, sic ut hic æqualis sit patris dominique & aliorum creditorum conditio. *l.* 1. *pr.* & §. 2. *l.* 5. §. 6. 7. *l.* 6. *b.* *l.* 1. §. 20. *l.* 6. *de Exerc. act.* §. 5. *l. Quod cum eo.* Sic tamen ut & hic habeatur ratio dominii, hypothecæ, temporis, & privilegii. *l.* 5. §. 8. *pen.* & *ult. b. t.*

9. Est autem merx peculiaris hic nihil aliud, quam ea peculii pars, in quâ filius, vel servus, permittente patre, vel domino, negotiatur, ut sibi acquirat lucrum, diversa à merce dominica, vel paterna, in quâ lucrum cedit domino, vel patri. *l.* 1. §. 2. *l.* 11. *b.* *l.* 11. §. 7. *de Inst. Act.*

10. Mercis appellatio, licet alias res tantum mobiles notet *l.* 66. junct. *l.* 207. *de V. S.*, hic ad omnem negotiationem pertinet. *l.* 1. *b. t.*

11. *Tum ad distributionem corrigendam. l.* 7. §. 2. *l. ult. b.* §. 3. *I. Quod cum eo.* Quibus legibus abutuntur alii, ut probent, hanc actionem tantum dari ad correctionem, sive emendationem doli, in divisione, à patre dominove commissi.

TIT. V.

Quod cum eo, qui in alienâ potestate est, negotium gestum esse dicetur.
Cod 4. 26.

1. In hoc Titulo Prætor Edicto cavet: Ut filiusfamilias vel emancipatus, vel exheredatus, vel ex minima parte institutus, vel alteri hereditatem restituere rogatus, & à Prætore hereditatem adire coactus, quive abstinuit ab hereditate pa-

patris, in cujus, cum is moreretur, potestate erat, ejus rei nomine, quæ cum eo contracta erat, cum is in potestate esset, non teneatur, causa cognita, nisi in id quod facere potest. *l.* 2. *pr.* §. 1. *in f. l.* 4. *l.* 5. §. *ult. l.* 7. *h. t. l.* 3. §. 4. *de Minor. l.* 49. *de Re judic.* sive sua voluntate, sive jussu patris contraxerit, sive in peculium ipsius, sive in utilitatem patris res versa sit. *dd. ll.*

2. Filius quoque in adoptionem datus, qui, patre naturali defuncto, repudiavit bonorum possessionem *Unde Cognati*, eodem modo tenetur. *l.* 2. §. 1. *h.* §. 13. *Inst. de Hered. quæ ab intest.*

3. Summo jure, ut filiusfamilias ex contractu obligatur, ita & conveniri & condemnari, & remediis executionis ad solvendum cogi potest. *l.* 5. *pr. h. t. l.* 39. *de Obl. & Act. l.* 57. *de Judic. l. pen. C. Qui bon. ced.* Quia autem iniquum videbatur, ut filius pareret obligationi, unde omnia patri, sibi autem vel exiguum, vel nullum emolumentum quæsiverat, hoc Edicto rigori Juris Civilis succursum est, ut filius tantum teneretur in id, quod facere potest. *l.* 1. *l.* 5. *h.*

4. Cessat hoc Competentiæ, quod vocant, beneficium (1. In Delictis. *l.* 4. §. 2. *h. l.* 21. §. *ult. Rer. amot. l.* 1. §. *ult. de Pœn.* (2. Si in contrahendo se patremfamilias mentitus sit. *l.* 4. §. 1. *l.* 6. *h. t. l.* 10. *de Re jud. l.* 10. *de Fidejuss. l.* 3. *C. si Min. se Maj. dix.* (3. Si filius non in continenti, sed multis annis, posteaquam sui juris factus esset, conveniatur, qui sensus est *l.* 4. §. 4. *h. t.* (4. Si cum herede filiifamilias agatur: is enim tenetur in solidum. *l.* 4. §. 3. *h. t. l.* 25. *de Re jud. l.* 68. & 196. *de R. J.* Moribus hodiernis, si liberi 25 annis minores in patria potestate constituti contraxerint, in solidum conve-

veniri possunt, licet a paterna hereditate abstineant, nisi lubrico ætatis lapsi restitutionem in integrum impetraverint, vid. *Voet. ad h. t.*

TIT. VI.

De SCto Macedoniano.

Cod. 4. 28.

1. Filiumfamilias ex omnibus caussis obligari tanquam patremfamilias docent Gajus in *l.* 39. *de O. & A.* & Ulpianus in *l.* 57. *de Jud.* Excepto Voto & Mutuo, &, ut plerique volunt, Conductione Vectigalium. *Voto* filiusfamilias sine auctoritate patris non obligatur. *l.* 2. §. 1. *de Pollicit.* Rationem vide infra in Tit. *de Pollicitat. Alciat. Parerg.* 5. *c.* 9.

2. Filiosfamilias contra regulam *l.* 39. *de O. & A.* non potuisse conducere vectigalia publica, colligunt ex *l.* 3. §. 1. *h.*

3. Ex mutuo, cum effectu, non obligatur, ne pecunia mutua abutatur, & gravi ære alieno pressus *Filius ante diem patrios inquirat in annos*, *Ovid.* 1. *Metam.* 148. Quod primum Solonis, postea Claudii, *Tacit.* 11. *Annal. c.* 13. denique, cum fœneratorum improbitas semper bonas leges vinceret, Vespasiani lege cautum fuit. *Suet. in Vesp. c.* 11. v. *Alex. ab Alex. Dies Genial.* 1. *c.* 7.

4. In primis autem SCto Macedoniano, quod tamen Vespasiani temporibus antiquius esse credibile est, constitutum est, ut ei, qui filiofamilias pecuniam credidisset, actio, etiam post mortem patris, denegaretur. *l.* 1. *h.* §. *pen. Inst. Quod cum eo.*

5. Dicitur à Macedone, non filiofamilias, ut Theophilus voluit, sed fœneratore improbo,

 d. l. 1.

d. l. 1. ut sæpe optimæ leges pessimis moribus originem debent.

6. *Incerta nomina* in verbis SCti in *l.* 1. *h.* sunt cautiones, in quibus veræ causæ credendi non exprimuntur, ne crediti turpitudo detegatur, ut contra, *nomina certa*, apud *Horat.* 2. *Epist.* 1. *v.* 105. & *Cicer.* 3. *Verr.* vel, quod aliis placet, debita conditionalia, quæ ante conditionem, id est, patris mortem, mala sunt, posteà bona fierent; Quomodò conceptam fuisse stipulationem credibile est, quod ex verbis finalibus apparere videtur: *Nullius posse filiifamilias bonum nomen, &c.* id est, quod pure deberi & exigi posse incipit. vide *l.* 26. §. 2. *Mand. l.* 89. *ad L. Falc. l.* 102. *de Solut.*

7. *Exspectata morte.* v. *Terent. Adelph.* 5. 4. *v.* 20. *& Hecyr.* 4. 2. *v.* 20. *Cic. Parad.* 6.

8. *Ne cui actio petitioque daretur.* id est, ne improbi fœneratores aut pecuniam exstantem vindicare, aut consumptam condicere possent. v. *l.* 25. *de O. & A. l.* 178. *de V. S.* §. 2. *I. Quib. mod. toll. obl.*

9. Ex verborum in *d. l.* 1. nexu apparet, introductum esse hoc SCtum, & in gratiam Parentum, & in odium Fœneratorum, *l.* 9. §. *pen. h. t.* v. *& l.* 40. *de Cond. indeb.*

10. Ut autem SCto locus sit, requiritur (1. Ut is, qui mutuum accipit, sit in potestate patriâ, tempore mutui contracti seu numerationis. *l.* 3. §. *ult. l.* 4. *l.* 6. *l.* 12. *in f. h. t.* nec refert, cujus sit gradus aut sexus. *l.* 9. §. 2. *l.* 14. *D. l.* 6. §. 1. *C. h. t.* nec utrum pecunia exstet in peculio, an non *l.* 9. §. 2. *h.* (2. Ut hoc creditor sciverit, vel scire potuerit. *l. pen. l.* 3. *D. l.* 2. *C. h.* (3. Ut sit mutuum, non alius contractus. *l.* 3. §. 3. *D. l.* 3. *C. h. l.* 39. *de*

de O. & A. (4. Ut fit mutuum pecuniæ numeratæ, non alterius rei fungibilis. *l.* 3. §. 3. *l.* 7. §. 3. *h.*

11. Hujus SCti beneficium & exceptio competit (1. Liberis, tempore Mutui contracti, in patriâ potestate constitutis. *l.* 1. *l.* 9. §. 2. *l.* 14. *h.* Etiam in dignitate, quæ tamen non tollit patriam potestatem, positis. *l.* 1. §. *ult. h.* §. 4. *I. Quib. mod. pat. Nov.* 81. *c.* 1. 3. (2. Patri. *l.* 7. §. 19. *l.* 9. §. 3. *h.* Nisi pater filiofamilias tanquam institore utatur, quo casu soli filiofamilias, non patri, competit exceptio. *d. l.* 7. §. 11. *l.* 3. §. 4. *de Minor.* (3. Fidejussoribus & Mandatoribus. *l.* 9. §. 3. 4. *h.* (4. Heredibus. *d. l.* 7. §. 10. *l.* 7. §. 1. *D. de Except.*

12. Competit contra creditorem, ejusque heredes. §. *pen. I. Quod cum eo. l.* 7. §. 6. *h.* & qui obligationi mutui, cum creditore, accesserunt. *d. l.* 7. §. 7. Ut & contra civitatem. *l.* 15. *h. l.* 15. *l.* 16. *de V. S.*

13. Effectus SCti est, quod obligatio ex mutuo nata, oppositâ exceptione SCti elidatur, & omni effectu privetur. *l.* 10. *l.* 11. *l. pen. h.* Quo sensu intelligendæ leges, in quibus actio ex hoc mutuo denegari dicitur. *l.* 1. *l.* 4. *l.* 7. §. 6. *h. t.* §. *pen. Inst. Quod cum eo. v. l.* 66. *l.* 112. *de R. J. l.* 9. *de Jurejur. l. pen. C. h.* Unde quod ex hac naturali obligatione vel à fidejussore, vel à filio solutum est, indebiti condictione repeti non potest. *l.* 7. §. *ult. l.* 9. §. *pen. & ult. l.* 10. *h. t. l.* 14. *l.* 26. §. 9. *l.* 40. *de Cond. ind. l.* 19. *de Nov. l.* 14. *de Reb. cred.*

14. Cessat SCtum (1. In peculio castrensi. *l.* 2. *D. l. ult. inf. C. h. l.* 3. §. *pen. de Minor.* (2. Si filius patris voluntate contraxerit. *l.* 7. §. 11. 12. *l.* 16. *D. l.* 2. *l.* 4. *l.* 5. *C. h. t.* (3. Si pater ratum habuerit. *l.* 60. *de R. J. l. ult. C. h.* (4. Si filius pecu-

cuniam in sumptus necessarios, non supra modum, impenderit. *l.* 7. §. 13. *D. l.* 5. *C. h. l.* 47. §. 1. *de Solut.* (5. Si eam in rem patris verterit. *d. l.* 7. §. 12. (6. In rebus aliis fungibilibus creditis; modò ne SCto fraus fiat. *l.* 29, *l.* 30. *de Legib. l.* 3. §. 3. *l.* 7. §. 3. *h.* (7. Si, absente patre, impensas necessarias fecerit *l.* 7. §. 2. *l.* 17. *D. l.* 2. *C. h.* (8. Si creditor sit minor annis 25. *l.* 3. §. 2. *h. l.* 11. *in f. de Min.* quo casu locus est restitutioni in integrum, non tamen contra filiumfamilias minorem, nisi is locupletior inde sit factus. *l.* 34. *de Minor.* (9. Si creditor ex probabili ignorantia nesciverit esse eum filiumfamilias. *l.* 3. *l. pen. D. l.* 1. *l.* 2. *C. h.* (10. Si filiusfamilias se pro patre gesserit, & communi errore pro tali habitus sit. *l.* 3. *D. l.* 1. *C. h.* (11. Si filiusfamilias, vel pater ejus solverit. *l.* 7. *in f. h. l.* 40. *de Cond. ind.* si filiusfamilias partem solvit, solutum condicere nequit. *l.* 7. §. *pen.* & *ult. D. l.* 2. *C. h.* Pignore datò, SCti exceptio tantum denegatur usque ad pignoris quantitatem. *l.* 9. *pr. h.* (12. Respectu alterius creditoris, cui filiusfamilias debitor delegatus est. *l.* 19. *pr. de Novat.* (13. Si filiusfamilias credat filiofamilias cessante SCto, patri nummorum exstantium vindicatio, consumptorum condictio competit. *l.* 3. §. 2. *h. t.*

15. Renunciationem filiifamilias non perimere SCti exceptionem, certum est. *l.* 40. *de Cond. ind.* vid. *Bronkh. cent.* 1. *Misc. contr. assert.* 62. Moribus hodiernis cessat hoc SC. 1. Si mutuo data pecunia adhuc exstet. 2. Si filiusfamilias sit major 25 annis. 3. Si ante eam ætatem nuptias contraxerit.

D I-

DIGESTORUM
LIBER XV.
TIT. I.
De Peculio. Cod. 7. 23. 12. 31. 37.

1. Peculium dictum est quasi pusilla pecunia. *l. 5. h.* Festus: *Peculium servorum à pecore dictum est, ut pecunia patrumfamilias.* Isidorus 15. 17. *Omne patrimonium apud antiquos peculium dicebatur, a pecudibus, in quibus eorum universa constabat substantia.* Atque ita varie accipitur. vide *l.* 16. *ad SC. Treb. l.* 79. §. 1. *de Leg.* 3. *l.* 9. §. 3. *de Jur. dot. Menag. in Amœn. cap.* 3. Hoc titulo, in propria significatione acceptum, definitur *universitas bonorum, quam servus, vel filiusfamilias, patris, vel domini voluntate, à rationibus eorum distinctam & separatam possidet. l.* 5. §. *ult. l.* 39. *h. t.*

2. *Universitas.* v. *l.* 7. §. 4. *l.* 40. *h. l.* 6. *de Pec. leg.*

3. *Filius vel servus.* v. *l.* 1. §. 3. 4. 5. *ult. l.* 27. *h.*

4. *Patris vel domini voluntate.* Non nuda, sed per traditionem firmata. *l.* 4. *pr.* & §. 1. *l.* 8. *D. h.* Sine domini vel patris scientia constitui peculium non potest. *d. l.* 4. *l.* 7. §. 1. 2. *h.* Quanquam enim servus vel filiusfamilias aliquando vel parsimonia sua, & fraudato ventre, vel furto, &, ut Apulejus loquitur, de malo augeret, *l.* 39. *h. Terent. Phorm.* 1. 1. 9. 10. sola tamen domini vel patris voluntas obstabat, quo minus verteretur in peculium. *d. l.* 8.

5. *A ra-*

5. *A rationibus eorum separatam possidet:* *l.* 4. *h.* *l.* 37. §. 1. *de A. R. D.*

6. Peculium est vel Filiifamilias, vel Servi.

7. Peculium Servi est vel Ordinarii, vel Vicarii. *v. l.* 7. §. 4. *l.* 17. *l.* 18. *l.* 37. §. 1. *h. l.* 25. *Commun. div. l.* 21. *l.* 25. *de Pecul. leg. Martial.* 2. *Epigr.* 18.

8. Peculium servile aliud erat liberioris, aliud minus liberæ administrationis. *l.* 7. §. 1. *h. l.* 20. *de Jurej.* Quæ tamen distinctio & in peculio filii locum habet. *l.* 7. *de Donat. l.* 46. *h. t.*

9. Peculium filiifamilias est vel Paganum, vel Militare. *l. ult. C. de Inoff. test.*

10. Paganum est filiifamilias non militantis. Ratio nominis esse videtur, quia cives, qui militiæ nomen non dederant, pagis seu agris colendis operam ferè dabant; unde veteranis & emeritis, post confecta stipendia, in præmium rerum præclare gestarum, agri seu pagi concedi solebant, quorum curâ & culturâ vitam tolerarent. *l.* 15. §. 2. *de R. V. l.* 11. *de Evict. l.* 16. *de Acq. rer. dom. Lucan. Pharf.* 1. *v.* 343. Quare ut Pagani Militibus, *l.* 14. *D. de Pœn. l. ult. ad L. Falc. l.* 12. *in f. de Custod. & Exh.* ut Paganicum Castris; *l.* 1. *C. de Test. mil.* ita Peculium Militare opponitur Pagano. *l. ult. C. de Inoff. test.*

11. Paganum est vel Profectitium, vel Adventitium.

12. Profectitium est, *quod ex re, vel occasione, aut contemplatione patris ad filium proficiscitur:* §. 1. *I. Per quas perf.* Cujus & proprietas & ususfructus ad patrem pertinet. *d.* §. 1. *l.* 4. §. *ult. de Dol. & met. exc.* & collationi bonorum post mortem patris obnoxium est. *l.* 12. *C. de Collat. l.* 13. *C. Fam. erc.*

13. Fi-

13. Filius autem familias hanc inde consequitur utilitatem (1. Quod, id administrando, ingenii & industriæ vim exploret, & periclitetur. (2. Occupatis à fisco bonis paternis propter debitum id præcipuum habeat. *l.* 3. §. 4. *de Minor. v. l.* 1. §. 4. *tit. seq.* & *l.* 7. *de Bon. damnat.* (3. Si emancipato non adimatur, tacite donatum censeatur. *l.* 31. §. 2. *D. l.* 17. *C. de Don.*

14. Adventitium est, *quod non ex re patris, sed aliunde filiofamilias obvenit. d.* §. 1. *I. Per quas person.* Est vel Plenum, vel Minus plenum. Minus plenum, cujus jure novo proprietas ad filium, ad patrem ususfructus pertinet. *d.* §. 1. *l.* 6. *C. de Bon. quæ lib. l.* 1. *C. de Bon. mat.*

15. Plenum, cujus proprietas, cum usufructu conjuncta, ad filium pertinet. Quod contingit multis casibus, quos vide in *Nov.* 117. *c.* 1. *Nov.* 118. *c.* 2. *Nov.* 134. *c.* 11. *l. ult. pr. C. de Bon. quæ lib. l.* 7. *C. eod.* v. & *l.* 3. §. 7. *de Minor. l.* 50. *ad SC. Treb.*

16. Peculium Militare est vel Castrense, vel quasi Castrense. Castrense est, *quod filiusfamilias occasione armatæ militiæ, a patre, vel aliunde adquisivit. l.* 8. *l.* 11. *l.* 19. *de Castr. pec. l.* 4. *C. Fam. erc.* In quo filiusfamilias & patrisfamilias & plenissimæ potestatis jus habet. *l.* 1. *de Castr. Pec. l.* 2. *de SC. Mac. l.* 1. §. 15. *de Collat. bon.*

17. Ut tamen paterfamilias mortuo filio, id, veluti suum, occupet. *l.* 2. *de Pec. castr.*

18. Quasi castrense est *quod, ad exemplum peculii castrensis, filiusfamilias occasione togatæ militiæ, ex salariis adquisivit. d. l.* 1. §. 15. *l.* 7. *C. de Adsess. l. ult. C. de Inoff. test. l. un. C. de Castr. omn. Palat. pecul.* (XII. 13.) *l.* 4. *l.* 8. *C. de Advoc. divers. judic.* Ratio est in *l.* 14. *C. eod. tit.*

19. Ex

19. Ex conventionibus, & obligationibus, super peculio servi, & profectitio filii, nascitur *Actio de peculio.* Quæ est *Pratoria*, *personalis*, *perpetua*, *competens creditori*, *ex contractu cum filio vel servo*, *contra Patrem*, *vel Dominum*, *ad solvendum debitum*, *peculio tenus*, *deducto*, *si quid patri*, *vel domino inde debeatur.*

20. *Pratoria.* *v.* *l.* 1. *l.* 3. *b.* §. 10. *Inst. de Act.*

21. *Personalis.* *v.* §. 8. *l. eod.* *l.* 21. §. *ult.* *b.* Sed tamen in rem scripta. *l.* 32. *b.* *l.* 9. §. *ult. de Interr.* Sic ut & contra possessorem peculii detur. *dd. ll.* Quare, peculio legato, legatarius tenetur, non heres. *l.* 35. *b. t.* *l.* 1. §. 10. *D. de Dot. præl.* Nec adversatur *l.* 1. §. 7. *tit. seq.* *l.* 18. *de Pec. leg.*

22. *Perpetua.* *l.* 1. §. 1. *tit. seq.* Ratio est in *l.* 35. *de O. & A.* Excipe casum tituli sequentis.

23. *Creditori.* Non tamen domino, qui servum vendidit, nomine debiti, quod ante venditionem crediderat. *l.* 27. §. 4. 5. *b.* Datur & heredibus. §. 1. *I. de Perp. & temp.* Exceptio est in *l.* 54. *b.*

24. *Ex contractu.* vel quasi contractu. *l.* 14. *de Neg. gest.* *l.* 7. *de Tut.* aliisque negotiis, obligationem, ad agendum efficacem, producentibus. *l.* 3. §. *ult.* *l.* 36. *l.* 38. §. 1. *b.* etsi de dolo agatur. *l.* 1. §. 42. *Depos.* *l.* 9. §. *pen. de Dol.* Non tamen ex delicto. *l.* 58. *de R. J.* *l.* 1. §. 7. *D. de His qui dejec.* *l.* 1. §. 2. *de Exercit. act.* Nisi pater vel dominus inde locupletior sit factus. *l.* 3. §. *pen.* *b.* aliam exceptionem vide in *d. l.* 3. §. 11. *& ult.*

25. *Cum filio vel servo.* Etiam impuberibus, si peculium inde fuerit auctum. *l.* 1. §. 4. *b.* Nec refert qua ratione servus sit noster. *l.* 1. §. *ult.* *l.* 2. *l.* 19. §. 1. *b. t.*

26. *Contra patrem.* Etiam adoptivum, modo filium in potestate habeat. *l.* 42. *b.* *l.* 7. *de Pec. leg.*

27. *Vel*

27. *Vel dominum*. Etiamsi pater vel dominus ignoraverit contractum, vel prohibuerit, ne cum servo filiove contrahatur. *l.* 29. §. 1. *h.* §. 4. *l. Quod cum eo.* Ut & contra bonæ fidei possessores, & fructuarios. *l.* 2. *l.* 14. *l.* 15. *h.* & patris dominive heredes. *l.* 27. §. 1. *l.* 30. §. 1. & *seqq. h.* Denique & contra tertios peculii possessores. *l.* 32. *in f. h. l.* 1. §. 4. *tit. seq.* & qui dolo possidere desierunt. *l.* 1. §. 8. *eod. l.* 131. *de Reg. Jur.*

28. *Ad solvendum debitum peculio tenus. v.* §. 10. *I. de Act.* §. 4. *I. Quod cum eo. l.* 9. *pr. de Compens.* Quantitas autem peculii spectatur tempore condemnationis. *l.* 7. §. 15. *Quib. ex caus. in poss. l.* 30. *l.* 50. *h.* Vel mortis filii, aut servi. *l.* 57. *h.*

29. *Deducto, si quid patri vel domino debeatur. l.* 5. §. *ult. l.* 9. §. 2. *h. l.* 6. §. 1. *de Pec. leg.* Vel iis, quos habent in potestate. *d. l.* 9. §. 3. 4. vel heredibus. *l.* 6. §. *ult. de Pec. leg.* Atque hoc ita, nisi Pater, Dominusve aliunde debitum consequi possint. *l.* 11. §. 6. & *seqq. h.* Inter alios creditores melior est conditio occupantis. *l.* 10. *l.* 21. *princ. l.* 52. §. *ult. h.*

TIT. II.

Quando de Peculio actio annalis est.

1. Cum de peculio actio, per mortem, manumissionem, alienationem, vel alia ratione exstincto peculio, summo Jure deficeret, & æquitas tamen non pateretur, creditores, qui respectu peculii contraxerant, credito excidere, Prætor, ut hunc Juris Civilis rigorem cum æquo & bono conciliaret, constituit, ut, etiam post exstinctum his modis peculium, pater vel dominus

nus intra annum utilem, actione de peculio conveniri possit. *l. 1. pr. §. 1. & 9. l. 11. C. Quod cum eo.* Quod tempus currit ex die, quo primum experiundi potestas fuit. *d. l. 1. pr. & §. 2. h. t. l. 11. D. de Tutel. & ration. distr.*

2. Quia autem cum peculio servi Ordinarii simul perit peculium Vicarii, morte Ordinarii annua fit actio. *l. 17. §. 1. de In rem vers.*

3. Si filiusfamilias, morte vel deportatione patris, sui Juris sit factus, hac actione intra annum tenetur heres, vel fiscus. *l. 1. §. 4. h.* cui non est contraria *l. 3. §. 4. de Minor.* vid. *Voet ad tit. praeced. n. 3.* Moribus hodiernis mortuo filio pater intra annum non tenetur de peculio, sed in solidum conveniendi sunt heredes filii, adeoque & ipse pater, si sit heres filii.

4. Datur in eundem finem, ut supra, ut & ad accessiones. *l. ult. h.*

5. In concursu actionis de peculio cum Institoriâ, quod Jussu, aliisque, electio est actoris. Sic ut, unâ electâ, aliae consumantur. *§. 4. 5. I. Quod cum eo qui in al. pot. l. 4. §. ult. D. eod. l. 5. §. 2. l. 14. de In rem vers. l. 9. §. 1. de Tribut. v. l. 1. §. 4. Quod leg.*

TIT. III.

De in rem Verso.

1. Actio de in rem verso est *Praetoria, personalis, competens iis, qui cum filiofamilias vel servo contraxerunt, iisque crediderunt, contra patrem dominumve, ad consequendum creditum, quatenus in rem patris vel Domini versum est. l. 1. h. §. 4. Inst. Quod cum eo qui in al. pot.*

2. Prae-

2. *Prætoria.* Quia à Prætore ex æquitate, deficientibus, vel non sufficientibus de Peculio, Quod jussu, aliisve actionibus, introducta est. *l.* 1. *h.*

3. *Personalis:* Utpote competens ex contractu vel quasi contractu filiifamilias vel servi. Sic tamen ut non actio per se subsistens, sed aliarum, veluti, Emti, Locati, adjectitia qualitas sit, exemplo Actionis de Peculio, aliarumque.

4. Unde tamen minimè putandum est, non esse separatam distinctamque hujus actionis ab actione de peculio formam, licet ita nobis persuasum velle videantur Tribonianus eumque sequuti interpretes in §. 4. *I. Quod cum eo, qui in alien. pot.* v. *l.* 1. *pr.* & §. 1. *l.* 14. *l.* 19. *h. t.*

5. *Competens iis, qui &c.* Si plures de in rem verso agere possint, melior est occupantis conditio. *l.* 3. §. *ult. l.* 4. *h. l.* 10. *de Pecul.* vid. *l.* 18. *h. l.* 4. *h. l.* 3. §. 7. *de Pecul. l. pen. Quæ in fraud. cred.*

6. *Quatenus in rem versum.* In rem versum dicitur, quod in emolumentum utilitatemque patris, vel domini cessit, eumque in finem necessariò, vel utiliter inpensum est. §. 4. 5. *I. Quod cum eo. l.* 3. §. 1. 2. 3. 4. *l.* 5. *l.* 6. *l.* 7. §. 3. *h.*

7. Ut autem huic actioni locus sit, necesse est (1. Ut Actor probet, rem verè in utilitatem patris dominive fuisse versam. §. 4. *I. Quod cum eo.* Junct. *l.* 3. §. 9. *h.* (2. Ut *duret versum*, id est, ne obligatio, producens hanc actionem, sit exstincta. *l.* 1. §. *ult. l.* 10. §. 6. 7. *h.* (3. Filius vel servus eum animum habuerit, ut verteret in rem patris. *l.* 7. §. 4. *l.* 10. §. *ult. h. t.* (4. Pater vel dominus ex verso locupletior sit factus, vel fieri potuerit. v. *l.* 3. §. 7. 8. *ult. l.* 5. §. *ult. l.* 6. *l.* 7. *l.* 8. *l.* 9. *l.* 10. §. 2. & 7. *h. t. l.* 10. §. 1. *de Negot. gest.*

8. Ex dictis liquet, non dari hanc actionem in solidum debitum, sed in id, quod ex debito in rem versum est. *d.* §. 4. *Inst. l.* 10. §. 4. *h.* Non ad usuras, nisi vel in stipulatum deductæ, vel à patre dominove, longo tempore, solutæ sint. *l.* 10. §. 5. *h. l.* 6. *D. de Usur.* vel actio principalis, cui accedit, bonæ fidei, & mora commissa sit. *l.* 32. *D. de Usur.*

9. *Contra patrem vel dominum.* Etsi dominus sit pupillus. *l.* 20. §. 1. *h. l.* 46. *de O. & A.* Si plures sint domini, datur contra eum, in cujus rem versum est. *l.* 13. *h.*

10. Datur & contra heredes, & quidem contra singulos pro parte hereditariâ, nisi creditum in unius heredis rem versum sit. *l.* 30. §. 1. *D. de Pecul.*

11. Est autem hæc actio perpetua, etiam iis casibus, quibus actio de Peculio est annalis. *l.* 1. §. 1. *l.* 10. §. 3. *l.* 19. *in f. h. v. Tit. præced.*

TIT. IV.

Quod Jussu.

1. Jussus, etsi, proprie & stricte acceptus, sit auctoritas & consensus, cum quodam imperio conjunctus, negotium, quod consensum requirit præcedens, *princ. Inst. de Nupt. l.* 25. §. 4. *de Acq. Her.* Hoc tamen loco, latius sumtus, significat quamcunque, sive præcedentem, sive sequentem, quocunque modo expressam, voluntatem patris vel domini, in negotio à filiofamilias vel servo gerendo, vel gesto. *l.* 1. §. 1. & *seqq. l.* 2. *l.* 3. *h.*

2. Differt à Mandato, quod non injungitur

vi imperii, ſed à volente ſuſcipitur, *l.* 1. *h.* junct. §. 11. *l. Mand.* Unde & aliæ exiſtunt differentiæ. v. *l.* 3. §. 4. junct. *l.* 23. *de Minor.*

3. Quia autem Dominus vel Pater, cujus ſervus vel filius, ſuo (filii ſcilicet vel ſervi) nomine contrahit, ipſe quodammodo contrahere videtur, *l.* 1. *h. l.* 5. §. 3. *de Adm. Tutor.*, datur contra eos actio *Quod Juſſu*, ab initialibus Edicti Prætorii verbis ita dicta, quæ eſt *condictio Prætoria, competens illis, qui cum filiofamilias aut ſervo contraxerunt, contra patrem vel dominum, cujus juſſu contractum eſt, ad præſtandum id, quod ex contractu debetur, quatenus juſſum eſt.* §. 1. *Inſt. Quod cum eo qui in alien. poteſt. l.* 8. *l. ult. C. eod. l.* 1. *D. h.*

4. *Competens illis, qui &c. contraxerunt.* Sub contractu comprehendimus & quaſi contractum. *l.* 1. *pr. &* §. 1. *h.* v. *l.* 19. *de V. S.* Non autem delicta, nam eorum nomine non competit actio *Quod juſſu*, ſed & pater & filius, & dominus & ſervus tenentur actione directa ex delicto, & pœnâ ordinariâ plectuntur, niſi delictum ſit levioris momenti, quod non continet atrocitatem facinoris, tunc enim ſolus paterfamilias vel dominus tenetur, & filiofamilias vel ſervo ignoscitur. *l.* 2. §. 1. *de Nox. act. l.* 21. §. 1. *Rer. amot. l.* 157. *de R. J. l.* 20. *de O. & A. l.* 37. *ad L. Aquil. Grot.* 3. *de Jur. B. & P.* 26. 7. JCti enim noſtri hac in parte fuerunt alieni ab opinione Stoicorum, qui putabant omnia peccata eſſe æqualia. vid. *Cic. Parad.* 6. *& Horat.* 1. *Sat.* 3. 115. *& ſeq.*

5. *Contra patrem vel dominum cujus Juſſu.* Si plures domini, in quorum ſervus eſt poteſtate, juſſerint, ſinguli in ſolidum tenentur; ſi

unus, solus jubens tenetur. *l. ult. in f. h.*

6. *Ad præstandum id, quatenus jussum est. l. 3. h.* Licet tantum nec in peculio, nec in rem versum sit. *l. 1. pr. h.*

7. Cessat actio *Quod Jussu*, si pater vel dominus suo nomine contractum fieri velint, quo casu ipsa directa ex contractu actione tenentur. *l. ult. h.* Quod interpretatione Prudentium & tunc receptum est, cum actioni *Quod Jussu* locus est. *§. ult. Inst. Quod cum eo qui in al.* Ut & si quis non cum servo, vel filiofamilias, sed cum homine libero, res nostras gerente, contraxerit. *l. 7. §. 1. C. Quod cum eo qui in al.*

DIGESTORUM

LIBER XVI.

TIT. I.

Ad SCtum Vellejanum. Cod. 4. 29.

1. SCtum Vellejanum, à Marco Silano & Vellejo Tutore ita dictum, cavet, ne mulieres, vel pro maritis, vel pro aliis *Intercedendo*, se obligarent. *l. 1. l. 2. §. ult. h. l. 2. de R. J.* id est, alienam quarumcunque personarum obligationem, vel veterem, vel novam, quocunque modo in se fusciperent. *d. l. 1. l. 2. §. pen. & ult. D. l. 1. l. 3. l. 8. C. h. l. 8. §. 1. 8. 14. D. l. 4. l. 18. & 19. C. h. t.* ut cum ab initio pro alio reas se constituunt. *d. l. 8. §. 14. D. l. 4. d. l. 18. C. h.* expromittendo

&

& novando. *l.* 8. §. 8. *b.* five debitoris defensionem fuscipiendo, & fe periculo condemnationis exponendo. *l.* 2. §. *ult. D. b. t.* five alium fidejubere aut pecuniam dare mandando. *l.* 6. *b.* five alienum debitum conftituendo. *l.* 1. §. 1. *de Conft. Pec.* vel res fuas pro aliena obligatione pignori dando. *l.* 8. *D. l.* 5. *l.* 7. *l.* 12. *C. b. l.* 11. *C. de Diftr. pign.*

2. Alias obligationes, quæ ad interceffiones non pertinent, non prohibet SCtum. *l.* 3. *l.* 4. §. 1. *l.* 11. *D. l.* 2. *C. b. l.* 47. *D. de Jur. fifc. v. l.* 8. *de Inft. act. l.* 32. §. 4. *de Aur. arg.* Ratio eft, quia mulieres, per lubricam judicii inconftantiam, facile in interceffionibus decipiuntur, in aliis autem non eft tam præfens periculum; ut funt ferè attentæ ad rem. vide *l.* 2. §. 2. *l.* 4. *in f. b. l.* 33. §. 1. *de Don. int. V. & Ux. l.* 16. *C. de Don. ant. nupt.*

3. Quare & aliis damnum, aut periculum metuentibus, indemnitatem promittere poffunt. *l.* 8. §. 1. *l.* 19. *pr. b. Tit. Cod. Si mat. indemn. prom.* Nifi illa promiffio in fpeciem interceffionis incidat. *l.* 6. §. 1. 2. *C. b.*

4. Tantum de primo SCti requifito, Interceffione pro alio. Secundò requiritur, ut mulier intercedat fine fraude. *l.* 2. §. 3. *l.* 23. *D. l.* 5. *l.* 18. *C. b.* Tertiò, ut interceffio pro alio fiat apud creditorem, mulierem pro alio intercedere, fcientem. *l.* 1. *C. l.* 4. *l.* 11. *l.* 12. *l.* 17. *l.* 19. §. 5. *l.* 27. *l.* 28. §. 1. *D. b. t.* cui non obftat. *l.* 13. *C. b. t.*

5. Quartò, ut mulier aliquid detrimenti per interceffionem acceperit. *l.* 16. *l.* 21. *pr. & l.* 24. *b. t.*

6. Exceptio SCti prodeft. (1. Ipfi mulieri intercedenti. *l.* 1. *l.* 2. *b.* (2. Heredibus ejus. *l.* 7. *l.* 20. *C. b.* (3. Fidejufforibus. *l.* 8. §. 4. 6. *l.* 16.

§. 1. *D. l.* 14. *l.* 15. *C. h.* Ratio est in *d. l.* 16. §. 1. *h. l.* 7. §. 1. *de Except.* (4. Ex eadem ratione procuratoribus, qui mandato mulieris, fidem suam pro aliis obstrinxerunt. *l.* 6. *l.* 7. *l.* 8. §. 4. *l.* 19. §. *ult. l. ult.* §. 3. *h.* Vel (5. pignus dederunt. *l.* 2. *Quæ res pign.* Non autem illi, qui simul cum muliere intercessit, qui in solidum tenetur. *l.* 14. *h. t. l.* 48. *D. de Fidej.* Nec est contrarium in *l.* 18. *D.* & *l.* 8. *C. h.*

7. Competit contra creditorem, & ejus successores, & omnes ad quos aliquid ex intercessione pervenit. *l.* 10. *l. ult.* §. 1. *h.* Etiam post sententiam. *l.* 11. *de SC. Maced.*

8. Effectus SCti est. (1. Quod in manifestâ intercessione actio petitioque denegetur. *l.* 3. §. 1. *l. ult.* §. 3. *h.* arg. *l.* 9. *de Jurej.* (2. In re dubiâ, actio, propositâ SCti vel exceptione, *l.* 8. §. 4. *l.* 16. §. 1. *l.* 23. *h. l.* 7. §. 1. *de Except. l.* 3. *C. h.* vel replicatione, elidatur. *l.* 17. §. 1. *l. ult.* §. 2. *h.* Vel (3. Quod eo nomine ignorantes solverunt, condictione, *l.* 40. *de Cond. ind. l.* 9. *C. h.* Vel (4. Quod pignori, vel aliter ex intercessione datum est, vindicatione repeti possit. *l. ult.* §. 1. *h. t. l.* 39. §. 1. *l.* 40. *de R. V.*

9. Si his remediis uti nolit mulier, actione mandati, vel negotiorum gestorum à debitore, pro quo intercessit, id, quod solvit, repetere potest. *l.* 31. *h.* §. 6. *Inst. de Fidej.*

10. Intercessio duobus casibus ipso jure nulla est, si mulier vel pro marito, *Auth. Si qua mulier. C. h. t.* vel instrumento non publico intercesserit. *l.* 23. §. *ult. C. h.*

11. Non obstant tamen hi SCti effectus, quo minus creditori contra debitorem actio integra servetur. *l.* 1. §. *ult. l.* 14. *D. h. t. l.* 4. *l.* 23. *in f. pr. C. h.*

12. Si

12. Si mulier, veterem in se obligationem transferendo, intercesserit, sive, novatione facta, pristinam obligationem expromiserit, rescissa intercessione, pristina actio nihilominus contra debitorem creditori statim, etiam ante conditionem intercessionis existentem, restituitur. *l.* 1. §. *ult. l.* 8. §. 7. *& seq. l.* 13. *in f. l.* 14. *l.* 16. *in f. l. ult.* §. *pen. D. l.* 8. *l.* 16. *C. h.* unde hæc actio vocatur *Restitutoria*.

13. Quod si mulier, non veterem, sed novam obligationem in se suscipiat, nova utilis actio contra eum, cujus causâ mulier contraxit, datur, *l.* 8. §. *pen. l.* 9. *D. l.* 18. *C. h. l. ult. in f. D. eod.* Nisi debitor non possit obligari. *l.* 8. *in f. h.*

14. Cessat SCtum. (1. Si mulier se obligaverit pro dote. *l.* 41. *de J. dot. l.* 12. *l. ult. C. h. l.* 32. §. 2. *de Cond. ind.* (2. Pro manumissione. *l. pen. C. eod.* (3. In rem suam. *l.* 3. *l.* 13. *l.* 21. *& seq. h.* Ratio est in *l.* 95. §. 2. *inf. de Solut.* v. *l.* 24. *pr. D. l.* 2. *C. h. t.* (4. Apud minorem creditorem pro debitore inope. *l.* 12. *de Minor.* (5. Si creditorem deceperit. *l.* 2. §. 3. *l.* 23. *l.* 30. *D. l.* 5. *l.* 18. *C. h. l.* 11. *C. de Distr. pign.* (6. Si pretium intercessionis acceperit. *l.* 23. *C. h.* (7. Si debitori principali, pro quo intercesserat, successerit. *l.* 8. §. 13. *h. l.* 95. §. 3. *de Solut. l.* 62. *de R. J. l.* 14. *C. de R. V.* (8. Si intercessionem pro extraneo, non pro marito, factam post biennium confirmaverit. *l.* 22. *& Auth. Si qua. C. h.* (9. Si debitor, pro quo intercessit, pecuniam debitam ei dederit. *l.* 16. *pr. h.* (10. Si beneficio SCti renunciaverit, ut potest, non modo in tutelâ, *Auth. Matri & aviæ. C. Quand. mul.* & in casu, quo mulier pro eo, pro quo obligata est, parata est judicium accipere. *l. ult.* §. *pen. h.* sed

& in aliis casibus. *arg. l. 40. de Cond. ind.* junct. *l. pen. C. de Pact. l. 31. l. 8. §. 10. h.* Non modo coram judice, sed & extra judicium. *l. ult. §. pen. h.* excepto casu *l. ult. C. Quand. mul. tut.* Modo mulier de jure & privilegio suo sit certior facta.

15. Eâdem ratione & *Authenticæ, Si qua mulier. C. h.*, mulierem renuntiare posse, ratio juris vult. Cujus *Authenticæ* auxilio mulier, pro marito intercedens, ipso jure tuta est, secus quam Jure veteri. *l. 1. C. Ne ux. pro mar.* Licet maritus efficaciter pro uxore intercedat. *l. 3. C. eod. l. 6. C. In quib. caus.* Sed & uxor, respectu rerum dotalium, pro marito conveniri potest, si quidem maritus, ex causa primipilari debitor, non sit solvendo. *l. 3. C. de Primip. l. 4. C. In quib. caus. pign. vel hyp.* v. tamen *Nov. 97. c. 2. 4.* Jus enim Codicis abrogatum est per *d. Nov.* vid. *tit. D. Qui pot. in pign. vel hypoth. th. 7.*

16. Cessat etiam SCtum, si mulier sciens, & animo donandi pro alio solverit. *l. 4. §. 1. l. 5. D. l. 1. l. 4. l. 9. C. h. t. l. 21. §. 1. h. t.*

TIT. II.

De Compensationibus. Cod. 4. 31.

1. Compensare est quasi simul ponderare & retribuere, ac damnum cum lucro quasi conferre & comparare. Unde sæpe res dicuntur compensari, in quas alioqui compensatio proprie dicta non cadit. *§. 1. Inst. de Test. ord. l. 39. de Pign. act. l. 38. de Jur. dot. l. 85. de Leg. 2. l. 96. §. 3. de Solut.* vide *Val. Max. 1. c. 1. Ovid. Epist. Her. 3. 51. Cic. 7. Verr. c. 13.* & compensatio

fa-

ſæpe accipitur pro retentione. *l.* 7. §. 5. *Sol. matr. l.* 1. §. 9. *Depoſ. l.* 18. §. *ult. Commod.*

2. Compenſatio proprie dicta eſt *debiti & crediti inter ſe contributio & confuſio. l.* 1. *b. t.* à vetuſto, æs non ſignatum adpendendi, ritu. v. *l.* 34. *D. de Jur. Dot. l.* 52. §. 15. *Pro ſoc.*

3. Ut compenſationi locus ſit, requiritur, (1. debitum ab utrâque parte. *d. l.* 1. *l.* 9. *C.* arg. *l.* 16. *D. b.* (2. Ut debitum ſit juſtum & verum. *l.* 6. *l.* 14. *D. l.* 2. *C. b.* Modo non ſit naturale vel civile inefficax. *l.* 30. *l.* 40. *in f. l.* 41, *de Cond. ind.* Obligatio naturalis efficax facit locum compenſationi. *l.* 6. *l.* 24. *D. l.* 5. *l.* 6. *C. b. l.* 36. *de Adm. tut.* (3. Purum, non in diem, vel ſub conditione. *l.* 7. *l.* 16. §. 1. *b.* (4. Non alternativum. *l.* 22. *b. t.* (5. Ut ſit liquidum. *l. ult.* §. 1. *C. b.* §. 30. *I. de Act.* hoc eſt, ut apertum ſit Jus debitoris, qui ſibi viciſſim quid deberi contendit, idque vel confeſſione adverſarii, vel ita, ut celeriter & expeditè probari poſſit, licet controverſia ſuper eo mota ſit. *l.* 8. *b.* In cauſa Fiſci ſufficit, eum, qui Fiſco opponit exceptionem compenſationis, intra duos menſes probare, ſibi a Fiſco viciſſim aliquid deberi *l.* 46. §. 4. *de Jur. Fiſc.* In aliis rebus tempus hoc probandi eſt arbitrarium. *arg. l.* 1. *in fin. de Jur. delib.* (6. Ut ſit debitum rerum fungibilium ejuſdem generis, & mutuam functionem ac contributionem admittentium. *l.* 4. *l.* 8. *C. b. l.* 18. *de Pign. act. l.* 26. §. 4. *de Cond. ind.*

4. Quare nec genus cum ſpecie, nec ſpecies cum genere, nec ſpecies cum ſpecie compenſari poteſt. *l.* 13. §. 2. *de Pign. l.* 51. *de Leg.* 1. *l.* 5. *de Imp. in res dot. l. ult. C. b.* Quo caſu locus eſt mutuæ petitioni ſive reconventioni. *l.* 14. &

Auth. seq. C. de Sent. & interl. Atque hoc ita, nisi pro re seu specie certâ, dolo forte aut culpâ debitoris amissâ, pecunia debeatur. Quo sensu intellige §. 30. *I. de Act. & l. ult. C. h. l. 18. §. 4. Commod.*

5. His requisitis cum concludatur natura debiti admittentis compensationem, consequitur & debita ex maleficiis levioribus, *l. 10. §. 2. h. t. l. 36. de Dol. l. ult. §. 3. de Eo per quem fact. l. 57. de Contr. empt. l. 39. l. 47. Sol. matr.*, non gravioribus, *l. 2. §. 4. l. 13. §. 5. ad L. Jul. de adult.* (v. tamen *l. 17. h. t.* Compensationi enim locus est, si crimina publica & graviora plectuntur pecuniaria poena, ut crimen fraudatae annonae, *l. 2. §. ult. ad L. Jul. de Annon.*) & privata cum publicis posse compensari. *l. 12. D. l. 1. C. h. t. l. 46. §. 4. de Jur. Fisc.*

6. Jus compensationis datur quibuscunque debitoribus, contra quoscunque creditores. *l. 2. D. l. ult. C. h.*

7. Ex quibuscunque contractibus. *§. 30. I. de Act. l. 4. D. l. ult. C. h.*

8. Excipitur tamen (1. Depositum. *Paul. Rec. Sent. 2. Tit. 12. §. ult. l. ult. §. 1. inf. C. h. l. pen. C. Dep. §. 30. I. de Act.* Ratio est in *l. 1. §. 45. Depos.* (2. Pecunia à Civitate mutuo data. (3. Debitum vectigalium & frumenti publici. *l. 3. C. h. l. 46. §. 5. de Jur. fisc. l. 20. h. t.* (4. Denique pecunia in alimenta pauperum à Civitate impendi solita, (5. vel ad usus publicos destinata. (6. Fideicommissum civitati relictum. *d. l. 3. C. h.* (7. Pretium rei fiscalis à fisco venditae. *l. 7. C. h. l. 46. §. 5. de Jur. Fisci.* (8. Si ex pluribus fisci Officialibus sive Ministris unus debeat, alteri debeatur, cessat compensatio, locum habitura, si unus idem-

idemque, extra casus exceptos, petat & debeat. *l.* 1. *C. b.* v. *l.* 12. *D. b.* (9. Possessio aliena injustè occupata. *d. l. ult.* §. *f. C. b.* Ratio est in *l.* 7. *C. ad L. Jul. de vi publ. l. un. C. Si de moment. poss. fuer. app.* Scilicet quia spoliatus ante omnia est restituendus. *l.* 6. §. 1. *C. Unde vi*, *Cap.* 18. *X. de Restit. Spoliat.*

9. Ceterum & tutores contra pupillos, *l.* 1. §. 4. *de Contr. tut. act. l.* 11. *C. b.* & debitores pupilli contra tutorem, etiam nomine ejus, quod eis alius tutor debet ex causâ tutelæ, & ejusdem pupilli nomine, *l.* 36. *de Admin. tut.* & correi debendi, si socii sint, utuntur beneficio compensationis. *l.* 10. *de Duob. reis.*

10. Filiusfamilias, de rato cavens, etiam compensare potest debitum paternum. *l.* 9. §. 1. *D. b.*

11. Procurator non potest uti compensatione ejus, quod domino debetur, contra eum, à quo suo nomine convenitur. *l.* 9. *C. b.* nec ei compensatio ejus, quod dominus debet, opponi potest. *arg. l. pen. D. b.* Nisi sit procurator in rem suam, qui & compensationem objicere potest, *l.* 18. *pr. b.* & eandem admittere tenetur. *l.* 34. §. *fin. de Procur.*

12. Compensatio fit *ipso jure*. *l.* 4. *l.* 10. *pr. l.* 21. *D. l. ult. C. b. t.* §. 30. *I. de Action.* sine ullo vel judicis, vel rei, vel actoris facto, illo ipso momento, ex quo invicem deberi cœpit. *l.* 4. *C. b.* v. tamen *l.* 7. §. 1. *b.* Quare & ex eo tempore accessiones obligationis, ut fidejussores, pignora, usuræ sublatæ intelliguntur. *l.* 4. *l.* 11. *D. d. l.* 4. *l.* 12. *C. b.*

13. Atque hoc ita, si certum & exploratum sit, alterum alteri mutuæ & reciprocæ obligationis nexu obstrictum esse; sin minus, creditor

non

non male integrum petit, ita tamen ut ea petitio non tam ad inducendam, quam ad probandam compensationem, jam ipso jure factam, sed à Judice declarandam, elidatur. Quo sensu accipiendæ sunt leges, in quibus compensatio, per modum exceptionis, objici dicitur. *l. pen. D. l. 2. l. 7. l. 8. l. ult. §. 1. C. h. §. 30. I. de Action.*

14. Effectus Compensationis est. (1. Quod exstinguat obligationem ipsam. *d. l. ult. C. h. d. §. 30.* (2. Omnesque ejus effectus. *l. 11. l. 12. D. l. 4. l. 5. C. h.* (3. Et accessiones. *l. 4. D. l. 12. C. h. l. 43. D. l. 7. C. de Solut.* Ratio est in *l. 129. §. 1. & l. 178. de R. J.* (4. Quod solutum, post compensationem, condictione indebiti repeti possit. *l. 10. §. 1. h. l. 5. §. 2. de Imp. in res dot. l. 30. de Cond. ind.* (5. Denique quod habeat omnes effectus solutionis. *l. 4. C. h. l. 4. D. Qui potior. l. 20. §. 2. de Statu lib. l. 19. de liber. caus. l. 76. de V. S.*

TIT. III.

Depositi. Cod. 4. 34.

1. Deponere est custodiendum dare, & commendare. *l. 1. l. 24. l. 26. D. l. 6. C. h. l. 186. de V. S.* Unde Depositum JCtis dicitur Receptum, Susceptum, Commendatum. *l. 1. §. 10. l. 5. D. & l. 7. C. h. t. t. t. Naut. caup. stabul. d. l. 186. Justin. Hist. 35. c. 2. Phædr. I. Fab. 17.*

2. Significat vel *rem depositam*, vel *contractum depositi*, Quo sensu definitur *contractus, re initus, quo res mobilis alteri gratis custodienda datur, ut eadem in specie, deponenti, quandocunque repetenti integra restituatur.*

3. *Quo res mobilis.* Nam rerum immobilium vel

vel incorporalium custodia, gratis suscepta, incidit in Mandatum; non gratis, in Locationem, vel Contractum innominatum. vide *l.* 5. §. 4. *de Præscr. Verb.* Nec alius sensus est *legis* 1. §. 33. junct. §. 6. *D. de Vi & vi arm.*

4. De eo quæsitum est, an sequestratio cadat in res immobiles? Id quod nec ratio juris patitur; quia sequestratio est species Depositi, nec probari potest ex *l.* 21. §. *ult. de Appell. l.* 5. *C. Quor. app. non rec. l.* 20. §. *ult. C. de Agric. & cens. l.* 22. §. 8. *Sol. matr.*

5. *Alteri.* Quia res domini apud dominum, licet ignorantem, cum effectu deponi non potest. *l.* 31. *in f. h. t.*

6. *Gratis.* Absque hoc enim requisito, incideret in locationem, vel contractum innominatum. *l.* 1. §. 8, 9. 10. *D. h.* ita ut hic contractus tamen honorarium, seu pretium depositionis admittat. *l.* 1. § 9. *h. l.* 9. *h. l.* 2. §. 24. *de Vi bon rapt.* arg. *l.* 1. §. *ult.* junct. *l.* 56. §. *pen. Mand.*

7. *Custodienda datur.* Sola enim detentio, custodiæ causâ, transfertur in Depositarium, non dominium, non possessio, nec usus.

8. Nam Depositarium non possidere, adeo verum est, ut ne Sequester quidem possideat, nisi id actum sit. *l.* 17. §. *ult. h.* ubi pro *nisi*, legendum videtur *etsi*, pro *enim* autem legendum *cum.* vide *l.* 39. *de A. vel O. poss.*

9. Usus rei depositæ adeo non conceditur Depositario, ut id vix pacto conveniri possit, quin conventio incidat in Mutuum, vel Commodatum *l.* 10. *de Reb. cred. l.* 1. §. 34. 35. *D. h. t.* Nisi id diserte actum sit, ut maneat Depositum. vide *l.* 24. *l.* 26. *l.* 29. *D. h.*

10. *Ut eadem.* Excipe (1. Nisi aliud pactum con-

conventum. *d. l.* 25. *l.* 26. (2. Nisi quantitas non obsignata deposita sit, ut tantundem reddatur. *l.* 31. *D. Loc. cond.*

11. Cista deposita, non modo ipsa, sed & res clausæ & obsignatæ restituendæ sunt. *l.* 1. §. 41. *D. h.* Adhibito quandoque jurejurando in litem actoris. *l.* 1. §. 26. *D. h.*

12. *Quandocunque repetenti restituatur.* Adeo ut ne pacto quidem contrarium conveniri possit. *l.* 1. §. 22. 45. 46. *D. h.* vide *l.* 12. *de Precar.* Quod tamen exceptionem patitur in Sequestratione, atque hoc sensu intelligenda est *d. l.* 1. §. 22. *in f.* vide *l.* 9. §. 3. *de Dolo malo.*

13. Depositum est vel in specie sic dictum, vel Sequestratio.

14. Depositum in specie dictum est *rei mobilis, non litigiosæ, facta depositio.*

15. Atque hoc fit vel sine evidenti necessitate, ex merâ voluntate contrahentium, vel urgente periculo & necessitate incendii, ruinæ, naufragii, tumultus, quod ab Interpretibus Depositum *Miserabile* vocatur. v. *l.* 1. *h. t.* §. 17. *I. de Action.*

16. Sequestratio est *depositum rei litigiosæ, apud Sequestrum, à pluribus in solidum factum, ea lege, ut, lite pendente, custodiatur, finita autem victori restituatur. l.* 6. *l.* 17. *l. pen. D. h. t.*

17. *Apud sequestrum.* id est, cui occurrenti vel sequenti res committitur. *l.* 110. *de V. S.* vel, ut *Gell. lib.* 10. *c. ult. quod ejus, qui electus sit, utraque pars fidem sequatur.*

18. Est vel *voluntaria* vel *necessaria*, seu Judicialis. *l.* 5. §. 1. 2. *D. h. l. un. C. de Probib. seq. pec.*

19. Voluntaria, *quæ fit libero partium consen-*

sensu. Quæ haud dubie est Depositi species semper licita.

20. Necessaria, *quæ fit jussu judicis, invitâ etiam alterâ parte.* Atque hanc quoque contractum esse & depositi speciem verius est. *v. l.* 5. *l.* 6. *l.* 17. *h.*

21. De hac specie Depositi tenenda regula est: *Sequestrationem necessariam regulariter prohibitum esse. l. un. C. de Probib. seq. pec.* Quæ prohibitio non modò ad pecuniam numeratam, sed & ad quævis corpora pertinere videtur. Ratio prohibitionis est: quia lis ab executione, cujus species est hæc sequestratio, inchoanda non est. *l.* 58. *de Re jud. l.* 1. *l. ult. C. de Exec. rei jud. l.* 9. *C. de O. & A.*

22. Permittitur tamen (1. Si quis, de fugâ suspectus, satisdare nolit. *l.* 7. §. *ult. D. Qui sat. cog. l.* 16. *de Off. Præf.* (2. Si quis rem controversam dilapidet. *l.* 21. §. *ult. de Appell. l. ult. C. de Ord. cogn. l.* 22. §. 8. *Sol. matr.* (3. In cognitione quæstionis status. *d. l. ult. l. ult. in f. C. Quib. ad lib. l.* 3. §. 4. 6. *de Lib. exhib.* (4. In casu *legis* 5. *C. Quor. appellat.* (5. In casu *legis ult.* §. 1. *D. de Requir. & abs.* (6. In casu *legis* 20. §. 1. *C. de Agric. & Censit.* (xi. 47.)

23. Ex Deposito, in specie dicto, nascitur *actio* Depositi *directa* & *contraria.* Directa est *actio Civilis, personalis, bonæ fidei, competens Deponenti contra Depositarium, ad restituendam rem depositam, & resarciendum damnum, dolo, & latâ culpâ, in eâ datum.*

24. *Bonæ fidei.* §. 28. *I. de Act.*

25. *Competens Deponenti.* Etiam furi & prædoni. *l.* 1. §. 39. *l.* 31. *D. h. t.* Heredibus datur ex præscripto *legis* 1. §. 36. 37. & *l.* 14. *D. h.*

26. Con-

26. *Contra Depositarium.* Omnem videlicet, qui vel ex consensu, vel ex re obligari potest. *l.* 1. §. 15. *l.* 21. *D. h. l.* 46. *de O. & A.* Ut & contra eum, cujus consilio & periculo penes alium deposui. *l.* 1. §. 14. *h.* Contra heredem in solidum, etiam ex dolo defuncti. *l.* 7. §. 1. *h. l.* 12. *l.* 49. *de O. & A. l.* 157. §. 2. *de R. J.*

27. *Ad restituendam.* Cum omni causa *l.* 1. §. 24. *h.* v. *l.* 22. *l.* 35. *l.* 81. *de V. S.* Quandoque ad usuras, vel ex conventione, vel ex morâ debitas. *l.* 25. *l.* 26. *l.* 29. §. 1. *D. l.* 2. *l.* 4. *C. h. t.*

28. *Et resarciendum damnum dolo & latâ culpâ datum. l.* 5. §. 2. *Commod. l.* 23. *de R. J. l.* 17. §. 2. *de Præscr. Verb. l.* 1. §. 25. *D. h.* Excipe. (1. Nisi salarium acceperit Depositarius. *l.* 1. §. 8. *h. l.* 2. §. 24. *de Vi bon. rapt.* (2. Nisi solius Depositarii versetur utilitas. *l.* 4. *D. de Reb. cred.* (3. Nisi se obtulerit. *l.* 1. §. 35. *Depos. l.* 53. §. *pen. de Furt.* (4. Nisi in morâ sit. *l.* 12. §. *ult. h.* (5. Nisi convenerit, ut tantundem præstetur. *l.* 24. *D. h. l.* 31. *Locati.* (6. Nisi Depositarius singularem, & plus quam communem in propriis rebus diligentiam adhibeat. *l.* 32. *D. h.* (7. In casu *legis* 1. §. 25. *h. t.* (8. In casu *legis* 3. §. 1. *Naut. Caup. Stab.* (9. Si aliter convenerit. *l.* 1. §. 6. *D. & l.* 1. *C. h. t.*

29. Effectus singulares hujus actionis sunt (1. Quod reus hoc judicio, de dolo, suo nomine, damnatus, fiat infamis. §. 2. *I. de Pœn. temere litig. l.* 1. §. 1. *D. de His qui not. inf. l.* 10. *C. h.* (2. Quod nulla compensatio ejus vim elidere possit. *l. ult. C. de Compens. l. pen. C. h. t.* §. 30. *I. de Act.* (3. Quod, ex veriore sententiâ, nulla Depositario competat retentio ob impensas nequidem necessarias. *l. pen. C. h.* arg. *l. un.* §. 5. *C. de Rei ux. act.* Diss. alii, ut *Vinn.* 1. *Sel. Quæst.* 41.

Sed

Sed vid. *Bockelm. ad h.t.* §. 13. (4. Quod non obstet denunciatio à creditore Deponentis, Depositario facta, quo minus Depositarius rem depositam restituere teneatur. *l. pen. in f. & Auth. seq. C. h. t.* (5. Quod in concursu creditorum omnibus præferatur deponens. *l.* 7. §. 2. *l.* 8. *h.* vid. *infr. tit. Qui potior. in pign. th.* 1. & 2.

30. Actio directa *Depositi miserabilis* datur contra Depositarium in duplum; etiam post annum, adeoque perpetuo; contra heredem, ob dolum defuncti, in simplum, etiam intra annum, ob dolum proprium, in duplum, & in perpetuum. *l.* 1. *l.* 18. *D. h.* §. 17. 26. *I. de Act.* in aliis superiori actioni similis est.

31. Actio Depositi Contraria est, *quæ datur Depositario, adversus Deponentem, ad resarciendum damnum dolo, vel quavis culpâ Deponentis, occasione depositi, datum, & restituendas impensas necessarias, in rem depositam factas.*

32. *Ad resarciendum damnum quavis culpâ.* Ratio est in *l.* 61. §. 5. *de Furt. l.* 5. §. 2. *Commod.*

33. *Impensas necessarias. l.* 8. *l.* 12. *l.* 23. *D. h.* (ubi pro *servo constituto* leg. *servo restituto.*) non utiles. *arg. l. un.* §. 5. *C. de Rei ux. act.*

34. Hæc nec infamiam irrogat. *l.* 1. *l.* 6. §. *ult. de His qui not.* nec Jusjurandum in litem, nec alios singulares directæ Depositi actionis effectus admittit. *l.* 5. *pr. D. h.*

35. Actio Depositi Miserabilis Contraria huic per omnia similis est.

36. Actio Sequestraria Directa est, *quæ competit parti victrici, contra sequestrum, ad rem depositam, finitâ lite, restituendam, præstandumque dolum & latam culpam.*

37. *Sequestraria directa.* vide §. 3. *I. Quib. mod.*

mod. re contr. junct. *l. 6. l. 5. §. 1. l. 12. §. 2. D. h. l. 9. §. 3. de Dolo malo.*

38. *Contra sequestrum.* Sive judex sit, sive privatus. v. *l. 7. §. ult. Qui sat.*

39. *Ad rem depositam.* Denique ad omnia, ad quæ competit actio Depositi simplicis.

40. *Finitâ lite.* Vel etiam ante, si omnes simul repetant. *arg. l. 17. h.* junct. *l. 35. de R. J. l. 1. §. 22. 45. h. t.*

41. Actio Sequestraria Contraria est, *quæ competit Sequestro, contra Deponentes, in primis autem contra victorem, ad resarcienda damna & sumptus, si quid horum, sequestrationis causâ, fecit passusve est.*

42. *Ad resarcienda &c.* Non ad salarium. v. *l. 1. §. 9. D. h. l. 56. §. pen. D. l. 17. C. Mand.*

43. Non etiam ut liberetur ab onere sequestrationis, quem in finem imploranda extraordinaria judicis cognitio. *l. 5. §. ult. h. t. l. 17. §. 3. Commod.*

44. Res autem litigiosæ non modo apud privatos, sed & apud argentarios, *l. 8. D. h. l. 24. §. 2. de Reb. auct. jud. l. 39. de Solut.*; et in æde sacrâ *l. 1. §. 36. & 37. h. t. l. 4. §. ult. Fam. ercisc. l. 5. in f. h. l. 7. §. 2. de Minor. l. 31. §. 3. de Donat. l. 10. §. 1. ad L. Jul. pecul. Cic. 2. de Legib. c. 16.*; et apud Judicem solebant deponi. *l. 7. §. ult. Qui satisd.*

45. Sed & Depositionis, in horreis factæ, frequens in libris nostris fit mentio. v. *Briss. Antiq. 4. 18. l. 1. §. 22. D. h. l. 20. §. pen. l. 12. §. 40. de Instr. vel Instr. leg.* ubi pro *hortis*, *l. horreis. l. 3. §. 2. de Offic. Præf. Vigil. l. 32. §. 4. de Aur. arg. l. 60. §. 6. & ult. Loc. cond.*

46. Quin & testamenta in æde sacra deponi Te-

solita fuisse, fidem faciunt *Sueton. in Jul. Caes. c.* 83. *& in Aug. c.* 101. & JCti nostri in *l.* 3. § 3. *l. ult. D. de Tab. Exhib. l. ult. de His quæ in test. del. l.* 77. §. 26. *de leg.* 2.

DIGESTORUM

LIBER XVII.

TIT. I.

Mandati vel contra. Cod. 4. 35.

1. Mandatum hic est *contractus bonæ fidei, consensu constans, quo negotium honestum, gratis gerendum alicui committitur, & ab eodem suscipitur.*

2. Mandare & mandatum suscipere possunt omnes, qui ex contractu obligari possunt & obligare, etiam deportati. *l.* 22. §. 5. *h. l.* 14. §. 3. *l.* 15. *D. de Interd. & rel. l.* 17. §. 1. *D. de Pæn.*

3. Sed & mandatarius rem sibi commissam alteri mandare potest. *l.* 8. §. 3. *D. h. l.* 1. §. 5. *de Exerc. act. l.* 5. §. 3. *de Adm. tut. l.* 13. *C. de Contr. Stipul.* Modo mandantis nihil intersit. *l.* 31. *de Solut. l.* 26. §. 12. *de Condict. indeb.*

4. *Negotium honestum.* Turpis enim mandati nulla est obligatio. §. 7. *Inst. l.* 6. §. 3. *l.* 22. §. 6. *h. l.* 12. §. 11. *eod. l.* 7. *l.* 14. *de Pact. l.* 70. *in fin. de Fidejuss.*

5. Ut tamen uterque tam mandans, quam mandatarius ex delicto teneatur. *l.* 7. §. *ult. de Jurisd. l.* 1. §. 13. *de Vi & vi arm. l.* 11. §. 3. *de*

Inj. l. 15. §. 1. *ad L. Corn. de Sic. l.* 5. *C. de Accuſ. l.* 5. §. *ult. Quod vi aut clam. l.* 34. §. 1. *de Pœn.*

6. Adeo ut is, qui mandat vulnerari, licet prohibeat occidi, teneatur de occiſo, ſi mandatarius occiderit. *d. l.* 15. nec eſt contrarium in *l.* 1. *l.* 7. *l.* 14. *l.* 16. *ad L. Corn. de Sic. l.* 1. §. 3. *eod. l.* 3. *in f. l.* 4. *l.* 5. *D. h.* vid. *Huber. ad Inſtit. h. t. n.* 5. *Bockelm. ad h. t.* §. 5. *Matth. de Crim. lib.* 48. *tit.* 5. *cap.* 3. *n.* 16. Diſſ. *Bronkhorſt. cent.* 2. *Miſc. Quæſt. aſſert.* 65.

7. Quædam etiam negotia honeſta & licita, ob alias rationes, mandari non poſſunt, ut merum Imperium. *l.* 1. *D. de Off. ej. cui mand.* & actus legitimi. *l.* 90. *de Adq. her. l.* 24. *de Adopt. l.* 13. §. *pen. de Accept. l.* 123. *de R. J.*

8. *Gratis.* Ratio eſt in *l.* 1. §. *ult. D. h.* §. *f. I. h. l.* 5. §. 2. *l.* 22. *de Præſcr. verb. Cic. pro Roſc. cap.* 38.

9. Honorarium plane, ſive ſalarium, hujus contractus natura admittit. *l.* 6. *pr. l.* 10. §. 9. *h. t.* quod ſi certum ſit promiſſum, peti extra ordinem, non actione mandati, poteſt. *l.* 6. *D. l.* 1. *C. h. l.* 1. *C. de Extr. cognit.* Sin incertum, aut nullum promiſſum ſit, ne quidem extra ordinem. *l.* 56. §. *pen. D. l.* 17. *C. h.*

10. *Gerendum.* Ad naturam enim Mandati requiruntur negotia futura. *l.* 12. §. 14. *h.* Ut tamen ratihabitio habeatur pro mandato. *l.* 50. *h. l.* 16. §. 1. *de Pign. l.* 56. *de Jud. l.* 1. §. 14. *de Vi & vi arm. l. ult. C. ad SC. Mac.* v. & *l.* 60. *de R. J. l.* 6. §. 9. 10. *de Neg. geſt. l.* 9. *eod.*

11. *Alicui committitur & ab eodem ſuſcipitur.* Nec refert, tacite an expreſſe, quo modo aut forma committatur, aut ſuſcipiatur. *l.* 6. §. 2. *l.* 18. *l. ult. h. l.* 16. *ad SC. Mac.*

12. Ut tamen nec amicalis promissio, *l.* 10. §. 7. *h.* nec litteræ commendatitiæ quenquam mandati obstringant. *l.* 12. §. 12. *h. t.* Fallit hæc Regula. (1. Si commendatio sit conjuncta cum mandato. *l.* 7. *C. h. t. l.* 5. *C. Quod cum eo qui in alien. pot. l.* 34. §. *ult. de Legat.* 1. *l.* 11. §. 2. *de Legat.* 3. (2. Si quis aliquem falso laudaverit, alterius dicipiendi gratia, tunc enim tenetur actione doli. *l.* 8. *de Dol. mal. l.* 47. *de R. J.* §. 7. *Inst. h. t. Horat. l. Epist.* 18. 77. *& seq.*

13. Mandatum est 1. vel Judiciale, quo Judicialia & forensia, v. *tit. de Procurat. th.* 3. *Vinn. ad* §. 42. *Inst. de R. D.* vel Extrajudiciale, quo alia negotia mandantur. 2. Est vel Speciale vel Generale. *Speciale*, quo specialis & singularis res, *l.* 6. §. 6. *h. Generale*, quo plura negotia, veluti omnia bona, administranda mandantur. *l.* 58. *& seqq. l.* 60. *l.* 63. *de Procur.*

14. Vel *Expressum*, quod aperto & expresso, vel *Tacitum*, quod tacito & præsumpto consensu constat. *d. l.* 6. §. 2. *l.* 18. *l.* 53. *D. l.* 6. *C. h. t. l.* 60. *de R. J.*

15. Vel contractum gratiâ mandantis, §. 1. *I. l.* 2. *D. h.* vel mandantis & mandatarii, *l.* 2. §. 4. *D.* §. 2. *I. h.* vel alienâ tantum, *d. l.* 2. *D.* §. 3. *I. h.* vel mandantis & alienâ, §. 4. *I. l.* 2. §. 3. *h.* vel mandatarii & alienâ, §. 5. *I. l.* 2. §. 5. *h.* vel mandantis, mandatarii & alienâ. *l.* 8. §. 4. *h.* Non autem solius mandatarii causâ. *l.* 2. *pr. &* §. *ult. l.* 6. §. 5. *l.* 48. §. *ult. D.* §. 6. *I. h.* vid. *Voet. ad h. t. n.* 4.

16. Id enim consilium est, non mandatum, adeoque nec obligatorium, nisi (1. consilium sit fraudulentum. *l.* 47. *de R. J. l.* 8. *l.* 23. *l.* 31. *de Dol. l.* 2. *de Proxen.* (2. Nisi quis persuadendo

simplicis consilii terminos egressus fuerit. *l. 6. §. 5. D. §. 6. l. h.* (3. Nisi auctor consilii periculum in se receperit. *l. 12. §. 13. l. 32. h. l. 1. §. 14. Depos.*

17. Obligatio, ex hoc contractu nata, producit actionem mandati Directam & Contrariam. Directa est *Personalis*, *bonæ fidei*, *competens mandanti*, *cujus interest*, *contra mandatarium*, *qui non præstitit mandatum*, *aut fines ejus egressus est*, *ad id*, *ut*, *si mandatum est executus*, *præstet*, *quidquid*, *occasione mandati*, *adquisivit*; *si vero vel plane non*, *vel non*, *ut oportet*, *mandatum executus est*, *ad præstandum interesse*, & *damnum dolo & culpâ*, *etiam levissimâ*, *datum*.

18. *Mandanti*, *cujus interest*. *l. 8. §. 6. h.* Adeoque & mandatario, qui alium substituit, eique negotia sibi commissa mandavit: quia & ipsius interest. *d. l. 8. §. 3. 6. l. 28. de Neg. Gest.*

19. *Contra Mandatarium*. Contra plures in solidum, ut tamen unius solutione ceteri liberentur. *l. 60. §. 2. h. §. 1. I. l. 2. D. de Duob. reis.*

20. *Qui non præstitit mandatum*. Ut enim suscipere voluntatis, ita consummare mandatum necessitatis est. *§. 11. Inst. l. 22. §. ult. D. h. l. 17. §. 3. Commod.*

21. Nisi mature & bonâ fide mandatum renunciatum, *d. l. 22. §. ult. l. 27. §. 2. h.* vel morte solutum sit, *l. 26. pr. h.* vel causa sontica obstiterit. *l. 22. §. ult. & ll. seqq. h. l. 9. in f. & l. seq. de Procur. l. 2. §. 3. Si quis caut. l. 15. de Rec. arb. l. 36. de Jud.* v. *Cic. 1. de Offic. c. 10. Senec. de Benef. lib. 4. c. 35.*

22. *Aut fines ejus egressus est. §. 8. I. l. 5. pr. & §. 2. D. h.* Adeo, ut ratione excessus, ne quidem actioni negotiorum gestorum locus sit,

l. 31.

l. 31. §. 4. *D. l. ult. C. de Neg. gest.* Sunt enim præscripti, in publicis privatisque mandatis, fines tam stricte & accurate observandi, ut, etiam ob certam mandantium utilitatem, vel latum unguem ab iis recedere nefas sit. *l.* 3. §. 15. *de Re mil. Gell.* 1. 13. Ut tamen nova & inopinata necessitas excusare possit & debeat à pœna non observatorum, vel excessorum terminorum mandati. *l.* 30. *h. t.*

23. Nihil tamen obstat, quo minus mandatum etiam aliâ, quam præscriptâ ratione modoque, impleri possit. *l.* 8. §. 3. *l.* 46. *l. ult.* §. *ult. h. t. l.* 25. §. 7. *de Adq. vel om. hered.*

24. *Ad id ut si mandatum est executus.* Si mandatum recte est executus, ad restituendum quidquid ex mandato percepit. *l.* 20. *l.* 10. §. 8. 9. *h. t.* Adeoque etiam ad cedendas actiones sibi quæsitas. *l.* 8. §. 5. *l.* 43. *l.* 45. *h.*

25. *Ad præstandum interesse & damnum ex culpâ levissima. l.* 13. *l.* 21. *C. h. l.* 23. *de R. J. l.* 24. *C. de Usur. Cicer. pro Rosc. Amer. c.* 38. vid. *Vinn. I. Sel. Quæst.* 52. *Wissenb. ad. h. t. th.* 14. *Voet. ad h. t. n.* 9. *Noodt. ad h. t. n.* 9.

26. Excipe. (1. Nisi culpa commissa sit in negotio extra mandatum posito, sive quod sequitur negotium commissum. *l.* 8. §. *ult. l.* 10. *l.* 29. §. 4. *D. h.* (2. Nisi fidejussor, qui post solutionem, creditori factam, hypothecas suscepit, mandati agat, vel conveniatur. *l.* 2. *D. de Pign. & Hyp.* (3. Mandatum uxoris, ut maritus res paraphernales administret. *l. ult. in f. C. de Pact. Conv.* (4. Mandatum, quod datum est curatori bonorum. *vid. infr. tit. de Curat. bon. dand. th. pen. & ult.*

27. Actio Mandati Contraria est, *quæ compe-*

tit Mandatario, contra Mandantem, ad impensas, & quidquid ei nomine mandati abest.

28. *Mandatario.* id est, Qui mandatum suscepit, *l.* 12. §. 7. *h.* atque id secundum præscriptos fines executus est. §. 8. *I. h.*

29. *Ad impensas*, Necessarias & utiles ex probabili causa factas, *l.* 10. §. 9. *l.* 12. §. 9. *h.* Licet exitus non responderit. *l.* 4. *C. h. l.* 10. §. 1. *D. de Neg. gest. l.* 46. §. *pen. de Proc. l.* 3. §. 7. *de Contr. tut.* & dominus rem minori forte sumtu expedire potuisset. *l.* 27. §. 4. *h.*

30. *Et quidquid ei &c.* §. 8. *I. l.* 26. §. 7. *D. h. l.* 61. §. 5. *de Furt.* Adeoque & ad resarciendum damnum dolo & culpa mandantis, etiam levissima, datum. *dd. ll.* & ad præstandum casum fortuitum, in ipso negotio mandato contingentem, vide *d. l.* 26. §. 6. 7. *d. l.* 61. §. 5. 7.

31. Mandatum exstinguitur. (1. Contraria utriusque voluntate. §. *ult. I. Quib. mod. toll. obl. l.* 58. *de Pact.* (2. Morte mandantis. §. 10. *I. l.* 26. *l.* 58. *h. t. l.* 6. *de Jurisd. l.* 33. *de Adq. poss. l.* 19. §. 3. *de Donat.*

32. Nisi 1. Mandatarius ex justâ ignorantia mandatum post mortem Mandantis impleverit, *l.* 26. *l.* 58. *D. d.* §. 10. *I. h. l.* 77. §. 6. *de Legat.* 2. *l. pen. de Reb. cred. d. l.* 33. *D. de Acq. poss. d. l.* 19 *l.* 4. *de Man. vind.*

33. Nisi 2. id actum sit, ut mandatum non nisi post mortem impleatur, maxime si negotium sit ejus naturæ, ut non nisi post mortem impleri possit. *l.* 12. §. *ult. l.* 13. *l.* 27. §. 1. *h. l.* 14. §. 2. *de Relig. l.* 18. §. 2. *de Don. mort. caus.* non obstat. *l. ult. D. de Solut.*

34. Nisi 3. mandatæ sint actiones. *l.* 1. *l.* 8. *C. de O. & A.*

35. Ni-

35. Nisi 4. res desierit esse integra. *l.* 15. *C. h. l.* 23. *C. de Procur. l.* 40. *D. Pro Soc. d. l.* 58. *de Pactis.*

36. Tertiò finitur Mandatum morte Mandatarii. *d.* §. 10. *I. l.* 37. §. 3. *h. l.* 57. Nisi 1. heredes Mandatarii mandatum ex probabili ignorantia impleverint. *d. l.* 57. (ubi per *Publicianam* intelligenda est *Rescissoria*, ut in *l.* 35. *de O. & A.* & pro *utiliter*, legendum *inutiliter*) Nisi 2. res desierit esse integra. *d.* §. 10. *d. l.* 27. §. 3. *h.* Nisi 3. cessæ sint actiones. *l.* 1. *l.* 8. *C. de O. & A.* Nisi 4. pacto convento aliud actum sit. arg. *l.* 7. §. 5 *de Pact. l.* 26. §. 1. *Depos.*

37. (4. Revocatione, re integra. §. 9. *I. l.* 12. §. *pen. l.* 15. *D. h.*

38. (5. Tempestivà Renunciatione mandatarii, re integra. §. 11. *I. l.* 22. §. *ult. l.* 27. §. 2. *D. h.* Qui dolo malo renunciat, aut tempore parum oportuno, ad interesse tenetur, nisi fontica causa obstet, quo minus ante renunciaverit. *d. l.* 22. §. *ult. & seqq. d. l.* 27. §. 2. *h.*

39. De Actionum Mandato, seu Cessione dixi *ad tit. D. de Her. vel Act. vend.*

TIT. II.

Pro Socio. Cod. 4. 37.

1. Societas, hoc loco, est, *contractus bonæ fidei, consensu constans, de rebus honestis, quæstus causâ, communicandis.*

2. *De rebus.* Cujuscunque generis & naturæ. *l.* 5. *l.* 52. §. 2. *l.* 71. *D. l.* 1. *C. h.*

3. *Honestis.* Rerum enim inhonestarum nulla est societas. *l.* 52. §. 17. & 18. *l.* 53. *l.* 57. *l.* 59.

l. 59. §. 1. *h. t. l.* 70. *in f. de Fidej. l. un. C. de Monop.* (IV. 39.)

4. *Quæstus causâ.* Unde societas Leonina, & donationis causâ contracta excluditur. *l.* 6. §. *ult. l.* 29. *h. t.*

5. *Communicandis.* Ita ut vel res corporales fiant communes, vel alterius opera alteri prosit, vel actiones invicem cedantur. §. 1. *I. l.* 1. *in f. l.* 2. *l.* 3. *l.* 74. *h.* Nec sufficit rem esse communem, sed id actum esse oportet, ut communicetur. *l.* 31. *D. h.*

6. Est vel Universalis, vel Singularis. Universalis, *quâ Universitas*; Singularis, *quâ negotium aliquod, vel res singularis communicatur.*

7. Universalis triplex est 1. Omnium omninò fortunarum & bonorum. §. 1. *I. l.* 1. §. 1. *l.* 2. *l.* 3. §. 1. *l.* 73. *h. t.* In quâ omnia continuò ipso jure communicantur. *d. l.* 1. §. 1. *l.* 3. §. 1. *h.* Ita ut quisque rebus communibus, non aliter, quam propriis, uti, indeque omnia ad vitam necessaria, ut & sumptus in studia liberorum, & dotem ac donationem propter nuptias deducere possit. *l.* 73. *h. l.* 39. §. 3. *l.* 50. *Fam. erc. arg. l.* 52. §. *ult. h. t. l.* 19. *de R. N.*

8. Hæc non censetur contracta, nisi expresse ita convenerit. *dd. ll.*

9. Secunda societatis Universalis species est, Societas de communicandâ futurâ hominis incerti hereditate. v. *l.* 3. §. 2. *D. h.* Pactum autem de hereditate hominis certi, nec societatis, nec ullius contractus jure valet. *l.* 15. *l.* 19. *l. ult. C. de Pact. l.* 4. *C. de Inut. stip. l. ult. de Suis & legit. Her. l.* 29. §. *ult. de Donat. l.* 2. §. 2. *de Vulg. & pup. Subst.*

10. Tertia species est, Societas universorum bo-

bonorum, quæ ex quæstu veniunt. *l.* 7. *& seqq. l.* 71. §. 1. *h.* Ita tamen ut & damni ratio habeatur. *l.* 30. *l.* 52. §. 4. *l.* 67. *h. t.* Atque hæc plerumque contracta intelligitur. *d. l.* 7.

11. Altera Societatis divisio est, quod sit vel Expressa vel Tacita. Expressa, *quæ certo consensu, vel verbis, vel litteris expresso, initur.* Tacita, *quæ præsumpto consensu, re ipsâ, contrahitur. l.* 4. *D. h. l.* 2. *de Pact.*

12. (3. Societas alia est Perpetua, alia Temporalis.

13. Perpetua, *quæ durat dum socii vivunt.*

14. Temporalis, *quæ spatio temporis, ad quod contrahitur, circumscripta est. l.* 1. *l.* 14. *l.* 65. §. 6. *l.* 70. *h.*

15. (4. Alia est pura, alia sub conditione contracta. *l.* 1. *l.* 75. *D. l. pen. C. h.*

16. Ex hoc contractu nascitur actio pro Socio, quæ est *actio personalis, bonæ fidei, utrimque directa, competens socio contra socium, ad conferenda bona promissa vel communia facta, & communicandam partem lucri vel alterius pecuniæ ex societate debitæ, resarciendamque partem damni, & præstandum dolum, latam, & levem culpam.*

17. *Socio contra socium.* Item heredibus & contra heredes, ad præstandam bonam fidem. *l.* 35. *l.* 40. *l.* 52. §. 1. *D. h. l.* 6. *de His qui not.* Ut & contra eum, cujus jussu societas inita est. *l. ult. D. h.*

18. *Ad conferenda &c.* v. *l.* 1. *l.* 2. *l.* 14. *l.* 15. *h. l.* 74. *D. h.*

19. *Ad communicandam partem lucri.* Aut partes lucri conventione partium expressæ, aut plane non, aut in una causa, veluti solo lucro vel damno, expressæ, in aliâ omissæ sunt. Si

prius,

prius, pacto etiam magnam inæqualitatem inducenti standum est. §. 1. 2. *I. b. l.* 7. §. 5. *de Pact. l.* 1. §. 6. *Depos. l.* 23. *de R. J.*

20. Quæ conventio, de partibus lucri & damni inæqualibus, etiam tum valere videtur, cum sociorum æquales sunt operæ, & collationes, & versa vice. *dd. ll.* arg. *l.* 38. *de Contr. empt. d.* §. 2. *I. b.* Diff. alii per *l.* 29. *pr.* & *l.* 30. *b. vid. Vinn. I. Sel. Quæst.* 52.

21. Pacto conveniri non potest, ut unus solus lucrum capiat, alter solus damnum ferat, quod incidit in speciem *Leoninæ societatis*, quæ est ipso jure nulla. *l.* 29. *l.* 30. *D. b.* v. *Phædr. Fab.* 5.

22. Quod si nullæ partes expressæ, æquales erunt in lucro & damno. §. 1. *I. l.* 29. *b.* Non equidem proportione arithmetica, quam vocant, sed secundum modum rerum ab utraque parte in communionem illatarum. *l.* 6. *l.* 80. *D. b.* Diff. alii per §. 1. *I. b.* & *d. l.* 29. *vid. Vinn. I. Sel. Quæst.* 52.

23. Si in causa lucri, vel damni tantum partes fuerint expressæ, in parte non expressa ejusdem proportionis ratio habenda est. §. 3. *I. b. l.* 10. *de R. J. l. un.* §. 4. *Cod. de Cad. toll.*

24. Lucrum autem non intelligitur, nisi deducto damno, nec damnum, nisi deducto lucro. *l.* 30. *D. b.*

25. Quod si alter pecuniam, alter operam contulerit, finitâ societate, pecunia ab altero socio præcipitur, nisi aliter convenerit. §. 2. *I. l.* 52. §. 2. *D. l.* 1. *C. b. t.*

26. Opera enim, non cum sorte, sed cum usu pecuniæ compensatur. *d. l.* 5. *Cicer. pro Rosc. Comœd. c.* 10. Unde & illud consequitur, pecuniam eo casu perire domino, non socio industriam

ſtriam & operam conferrenti. arg. *d.* §. 2. *l.* 9. *C. de Pign. act.* Nec eſt contrarium in *d. l.* 52. §. 4. aut in *l.* 58. §. 1. *h.*

27. *Vel alterius pecuniæ ex ſocietate debitæ.* Ut ſi agatur ad repetendam partem collatorum. *l.* 65. *h.* Ut & ad conſequendam partem debiti ab eo ſocio, qui ab alio, facultatibus lapſo, ſolidum conſecutus eſt. *l.* 63. §. 5. *D. h.* Denique ad fructus & impenſas. *l.* 38. §. 1. *h. l.* 52. §. 10. 15. *l.* 67. §. *pen. h. l.* 4. *C. de Ædific. priv.*

28. *Reſarciendam partem damni.* Quod quis caſu fortuito vel culpa leviſſima paſſus eſt *l.* 52. §. 1. 3. 4. *h.* Modo res jam communis ſit: nam rei nondum communicatæ damnum eſt periculo domini. *l.* 58. §. 1. *h. l.* 9. *C. de Pign. act.*

29. *Præſtandumque dolum & levem culpam. l.* 47. *& ſeqq. l.* 72. *h. l.* 5. *pr.* & §. 2. *Commod. Cic. pro Roſc. Amer. c.* 40. Exempla v. in *l.* 17. *D. h. l.* 14. *l.* 65. §. 5. *h.*

30. Adeò ut ne negligentia quidem ſocii cum ejusdem induſtriâ & ſedulitate compenſetur. *l.* 23. §. 1. (ubi pro *damnum petis* leg. *damnum metuis.* vid. *Bynkersh.* 4. *Obſ.* 7.) *l.* 25. *l.* 26. *h.* Licet ita in negotiorum geſtione placuerit. *l.* 11. *D. de Neg. geſt.* Datur & ad cautionem de futuro lucro & damno communicando. *l.* 38. *h.* Denique ad alia omnia, quæ alterum alteri præſtare æqui bonique ratio jubet.

31. Non tamen ad diviſionem, vide *l.* 1. *Comm. divid.* Licet tacitè hac actione contineatur diſſolutio ſocietatis, non autem communionis. *l.* 65. *h.*

32. Ad effectum hujus actionis pertinet. (1. Quod condemnati ob dolum fiant infames *l.* 1. *l.* 6. *de His qui not. inf.* §. *pen. I. de Pœn.* tem.

tem. litig. Cic. pro Rosc. Com. c. 6. pro Rosc. Amer. c. 40. vid. *Supr. tit. de His qui not. inf. th.6.*

33. (2. Quod socii, sive singulares sive universorum bonorum sint, gaudeant competentiæ beneficio. *l. 63. D. h.* Nec movet in contrarium *l. 16. de Re Jud.* Diss. alii, qui agnoscunt antinomiam: ut *Wissenb. ad h. t. Corell.* 2.

34. Socius socios non modo pro parte, sed & in solidum potest obligare ære alieno, quod vel expresse in causam societatis creditum, vel in rem seu arcam communem versum est. *l.* 27. *l.* 82. *h. l.* 1. §. *ult. l.* 4. §. 1. *de Exerc. act. l.* 13. *in f. de Inst. Act.*

35. Ut tamen unus socius in solidum obligatus, quod solus solvit, actione pro socio repetere possit, qui sensus est *l. 24. D. h. t. d. l.* 13. *de Inst. act. l.* 3. *de Exerc. act.*

36. Si omnes simul contrahant, non obligantur, nec alios sibi obligant in solidum. *l.* 4. *de Exerc. act. l.* 9. *C. Si cert. pet.* Nisi sint correi stipulandi vel promittendi. *d. l.* 9. §. 1. *I. de Duob. reis.* Vel illi, cui solutio facta est, commissa sit administratio *d. l.* 4. §. 1. *de Exerc. act.*

37. Ex his principiis facili negotio intelligi potest difficillimum Ulpiani in *l. 69. h. t.* responsum.

38. Finitur Societas (1. Renuntiatione, etiam unius socii. §. 4. *I. l.* 4. §. 1. *l.* 63. *l. ult. l.* 65. §. 3. *h.* Ratio est in *l.* 77. §. 20. *de Leg.* 2. *l.* 26. *de Serv. P. U.* Etiam si aliter convenerit. *l.* 14. *l.* 70. *h. l.* 14. §. 2. *Comm. divid.* Nec refert expresse, an tacite, per socium, an per procuratorem fiat renunciatio. *l.* 63. §. *ult. & ll. seqq. h. l.* 65. *pr. &* §. 7. 8. *h.* Nisi (1. renunciatio sit

cal-

callida & dolosa, §. 4. *I. l. 65. §. 3. b. t.* (2. Nisi intempestiva sit, & citra justam ac sonticam necessitatis causam facta *l.* 14. *l.* 15. *l.* 16. *l.* 65. §. 6. *b. t.* (3. Nisi absenti fiat. *l.* 17. §. 1. *b. t.*

39. (2. Morte naturali. §. 5. *I. l.* 4. *l.* 55. *l.* 52. §. 9. *l.* 63. §. *ult. l.* 56. §. 9. *b. t.* Nisi mors socii ignoretur. v. *l.* 65. §. 10. *b. l.* 26. *l.* 57. *Mand.* vel negotia à socio defuncto sint inchoata. v. *l.* 40. *b. t. l.* 21. §. 2. *de Neg. gest. l.* 5. §. 6. *de Admin. tut. l.* 13. *de Tut. & rat. distr.* Illa enim negotia ab herede socii sunt *explicanda*, id est, ad finem perducenda. *d. ll. & l.* 1. *de Fidej. & hered.* (XXVII. 7.) Ita tamen, ut heres tantum præstet dolum, nec ob dolum damnatus fiat infamis, quia heres socii non est socius. *vid. l.* 63. §. 8. *l.* 65. §. 9. *b. t. l.* 6. §. 6. *de His qui not. inf.*

40. Ne pacto quidem conveniri potest, ut heres admittatur, nisi in societate vectigalium. v. *l.* 35. *l.* 52. §. 9. *l.* 59. *b. l.* 63. §. 8. *b. t.*

41. Quanquam conveniri potest, ut uno aut altero defuncto inter superstites societas sarta tecta conservetur. §. 5. *I. l.* 65. §. 9. *b.*

42. (3. Morte civili. *l.* 4. §. 1. *l.* 63. §. *ult.* §. 7. *I. b.* Ratio est in *d.* §. 7. & *l.* 65. §. 12. *b.*

43. (4. Summa egestate. §. 8. *I. d. l.* 4. §. 1. *l.* 65. §. 1. *b.*

44. (5. Finito negotio, cujus causa inita est. §. 6. *I. l.* 65. §. 10. *b.*

45. (6. Lapsu temporis condicti. *d. l.* 65. §. 6. *b.*

46. (7. Interitu rei, super qua societas erat contracta. *l.* 63. §. *ult. b. t.*

DI

DIGESTORUM

LIBER XVIII.

TIT. I.

De Contrahenda Emtione &c. Cod. 4. 38.

1. Emtionis verbo, latius sumpto, omnem alienationem esse complexam dicitur L. XII. Tabb. *l.* 29. §. 1. *de Statu lib.* vide *l.* 23. §. 1. *de Lib. caus. l.* 8. §. 11. *Quib. mod. pign.*

2. Strictius accepta est Contractus, quo certo pretio res comparatur, ita tamen ut & factum venditoris complectatur, & Emptio Venditioque promiscuâ appellatione dicantur, & alterutrâ totus contractus contineatur. *l.* 19. *de Act. empt.*

3. Emtio venditio est *contractus juris Gentium, bonæ fidei, solo consensu constans, de re, pro certo pretio transferendâ, seu, quo venditor obligatur ad rem tradendam, emtor ad pretium dandum.*

4. *Contractus juris Gentium.* §. 2. *I. de J. Nat. Gent. l.* 1. §. *ult. h. Genes.* 23. *vers.* 16. *& seq. & c.* 37: 27. *& seq. Jerem.* 31: 10. v. tamen *Justin.* 3. *Hist. c.* 2. *Tacit. de Morib. Germ. c.* 5. *&* 15.

5. *Bonæ fidei.* §. 28. *I. de Act. l.* 5. *C. de Resc. Vend. l.* 6. §. 1. *D. h. t. l.* 11. §. 1. *de Act. emti.*

6. *Solo consensu constans. pr. I. l.* 1. §. *ult. h.* Cum tamen consensus versetur circa mercem & pretium, recte dicuntur tria esse Emptionis substan-

ſtantialia requiſita, Conſenſum, Mercem, & Pretium. *l.* 1. §. 1. *l.* 8. *l.* 72. *b.*

7. Cum autem conſenſui nihil magis ſit contrarium, quam, vis, dolus, & error, conſequitur hæc emtionem vitiare & impedire.

8. Quare emtio vi metuque contracta à Prætore reſcinditur. *l.* 1. *l.* 9. §. 3. *l.* 21. §. 5. *l. ult.* §. 1. *D. Quod met. cauſ. l.* 1. *C. de Reſc. vend. pr. Inſt. de Except. l.* 116. *de R. J.* & nemo invitus cogi poteſt vel ad rem alterius emendam, *l.* 70. *de R. J. l.* 11. *C. b.* v. *Suet. in Calig.* c. 31. vel ad rem ſuam, licet juſto pretio, vendendam. *l.* 11. *l.* 14. *C. b. l.* 6. *D. de Off. Præſ. l.* 9. *de Act. rer. amot. l.* 31. §. 4. *de Fideic. lib. l.* 11. *de R. J.*

9. Adeo ut ne quidem Princeps vi Majeſtatis, citra neceſſitatem, venditionem invito domino imperare poſſit. vide *l.* 3. *C. de Reſc nd. vend. l.* 16. *C. de Tranſact. l.* 4. *C. de Emanc. Cicer. de Off.* 3. *c.* 15. *Senec. de Benef. l.* 7. *c.* 4. 5.

10. Cum autem Salus Populi ſuprema lex ſit, adeoque Majeſtas, exigente utilitate vel neceſſitate publicâ, ex præſumpto humani generis conſenſu, de bonis civium ſtatuere poſſit, ratio docet, dominum aliquando ad rem ſuam vendendam cogi poſſe. Exempla vide in §. *ult. I. l.* 2. *D. de His qui ſunt ſui vel al.* §. *ult. I. de Donat. l.* 12. *de Relig. l.* 14. §. 1. *Quemadm. ſerv. t. Cod. Ut nem. liceat in empt. ſpecier. t. C. de Monopol.*

11. Atque hæc ita, ſi invito domino juſtum pretium ſolvatur. *dd. ll. l.* 13. §. 1. *Comm. Præd. l.* 7. *C. de Precib. Imp. off. l.* 14. *C. de Oper. Publ.*

12. Dolus, ſi cauſam emptioni dederit, facit eam ipſo jure nullam. *l.* 16. §. 1. *de Minor. l.* 7. *pr. de Dol. mal.* vid. *ſupr. tit. de Dol. Mal.*

Ee *ib.* 6.

th. 6. *& seq.* Sin tantum inciderit in conventionem, emptio subsistit; Sed damnum fraude illatum actione ex contractu, vel exceptione doli resarciendum est. *l.* 7. *pr.* §. 3. *l.* 9. *de Dol. l.* 13. §. 4. 5. *de Act. emt.* Ceterum levis fallacia non punitur. *d. l.* 16. §. *pen. l.* 22. §. *ult. Loc. cond.* vid. *infr. th.* 61.

13. Error committitur aut circa contractum, aut in pretio, aut in persona, aut in merce, aut in quantitate rei venditæ, aut in quantitate pretii.

14. Si in ipsa venditione, id est, circa contractum sit erratum, nulla est emtio. *l.* 9. *h. arg. l.* 18. *de Reb. Cred.* Ratio est in *l.* 55. *l.* 57. *de O. & A.*

15. Si in pretio, id est, in genere monetæ, (non in quantitate, v. *l.* 2. *C. de Resc. vend.*) etiam tunc emtio nulla est. *d. l.* 9.

16. Si in persona, ita ut vel venditor alteri distracturus, vel emtor ab alio empturus non fuisset, vel in persona, quæ ob furorem, aut simile vitium, contrahere nequit, erratum sit, nullius momenti est contractus. *l.* 9. *pr. D. l.* 4. *C. de Her. instit. l.* 2. §. 16. *Pro Emt.*

17. Si in re erratum sit, distinguendum, utrum in ipso corpore, an in substantia, sive materia, an in parte, an in qualitate rei, an in accessionibus error sit commissus.

18. Si in ipso rei corpore, imperfecta est emtio. *d. l.* 9. *h. l.* 4. *de Legat.* 1.

19. Ut & si in substantia corporis erratum sit, ita ut nihil ex materia vendita adsit. *l.* 9. §. 2. *l.* 14. *h. t.* Nam si æs, cui aliquid auri admixtum est, pro solido auro vendatur, valet venditio. *d. l.* 14. *l.* 10. *l.* 45. *h.* agitque emtor ad

ad remissionem partis pretii. arg. *l.* 13. §. 4. *ſ. de Act. emt.* Vel ad præſtandum, quod venditum eſt. *l.* 45. *h.* Vel ad id, quod intereſt. *l.* 57. *h. d. l.* 13. Secus quam ſi auro tantum fuerit coöpertum & contectum; quo caſu nulla eſt venditio. *l.* 41. §. 1. *h.* Quod ſi nimis ſupina ſit ignorantia venditoris, hactenus valet contractus, ut venditor teneatur ad intereſſe, qui ſenſus eſt *l.* 21. §. 2. *de Act. emt.* ubi v. *Gothofr.* adde *l.* 15. §. 1. *h. t.*

20. Licet in ſtipulatione, *l.* 22. *de V. O.* in pignore, *l.* 1. *in f. de Pign. act.* in donatione, *l.* 18. *in f. de Donat.* error in ſubſtantiâ rei non vitiet negotium. Differentiæ ratio in promptu eſt. Scilicet quia in venditione pretium quodammodo reſpondet valori rei, in dictis autem negotiis præſtat aliquid habere, licet minoris pretii, quam nihil.

21. Si in partibus rei majoribus, quarum reſpectu res emta eſt, erratum ſit, nulla eſt emptio; ſin in minoribus ſeu acceſſoriis, ſalvâ emptione, damnum emptori reſarciendum eſt. *l.* 15. *l.* 57. *l.* 58. *h. t.*

22. Si in rei qualitate ſit erratum, quæ in emtionem non cadit, ut ſi homo liber pro ſervo vendatur, nulla eſt emptio, maxime ſi inter ignorantes id fiat. *l.* 6. *l.* 34. §. 2. *l.* 70. *D.* §. *ult. I. h.* §. 2. *I. de Inut. Stipul. l.* 9. §. 1. *de Suppell. leg.* Quod ſi ſciens venditor emptorem ignorantem deceperit, datur actio ex empto ad id, quanti intereſt, ſe non eſſe deceptum. *d.* §. *ult. I. l.* 4. *l.* 62. §. 1. *h.* Modò emptor à culpa ſupinæ ignorantiæ abſit. *l.* 15. §. 1. *h.* Si emptor ſciens qualitatem rei, ab ignorante venditore comparavit, videtur tamen pretium poſſe re-

petere, arg. *l.* 11. §. *ult. de Empt. l.* 8. *C. de Resc. vend. l.* 1. *C. Si vend. pign. ag. l. ult.* §. *ult. C. Comm. de Leg. l.* 3. *l.* 4. *C. de His quæ vi.* Scilicet condictione sine causa, vel condictione indebiti, si per errorem putaverit, se posse consequi id, quod interest, vel etiam actione venditi. vid. *Voet. ad tit. de Evict. th.* 29. Non obstant *l.* 53. *l.* 203. *de R. J. l.* 50. *de Cond. indeb. l.* 57. §. 2. *h.* vid. *Boekelm. ad h. t. pag.* 592. & *infr. tit. de Evict. th. ult.*

23. Error in sexu nullam facit emptionem. *l.* 11. §. 1. *h. t.*

24. Quod si in accessionibus rei sit erratum, nihilominus venditio valet; id autem accessionum nomine præstandum, non quod Emptor, sed quod Venditor intellexerit. *l.* 34. *l.* 60. *h.* Quanquam alias in dubio contra venditorem fiat interpretatio. *l.* 21. *l.* 33. *D. h. l.* 39. *de Pact. l.* 172. *de R. J.*

25. De Errore in quantitate rei venditæ vide *l.* 40. §. 2. *h. l.* 13. §. 14. *l.* 42. *de Action. empti. l.* 45. *l.* 69. §. *ult. de Evict. Wissenb. ad h. t. th.* 6.

26. Error nominis non attenditur, si de corpore constet. *l.* 9. *h. l.* 4. *de Leg.* 1.

27. Illud certi juris est, si quis per alium emat, attendendum esse ad errorem non mandantis, sed contrahentis. *l.* 12. *h. l.* 2. *de Litig.* v. tamen *l.* 51. *de Ædil. Edict.*

28. Emere vendere possunt omnes, qui consentire, & obligare atque obligari possunt, nec expressa lege prohibentur, v. supra *Tit. de Pact. Thes.* 33. & *seq.* Prohibentur, ex gr., prodigus. *l.* 26. *h.* pupillus & minor sine tutoris vel curatoris auctoritate. *l.* 13. §. 29. *de Act. empt.* pater a filiofamilias, & versa vice. *l.* 2. *h.* Certo re-

spectu

ſpectu Magiſtratus Provinciarum, *l.* 91. *&* *ult. C. Loc. Cond. l.* 46. *l.* 62. *h. l.* 46. §. 2. *de Jur. Fiſc. l. un.* §. 2. 3. 4. *C. de Contract: Jud. l.* 11. *C. de His quæ vi met. l. pen.* §. 1. *D. l. ult. C. ad L. Jul. Repet.* Ut & Milites, *l.* 9. *l.* 13. *D. l.* 15. *C. de Re mil.* Hæretici improbiores & Apoſtatæ, v. *l.* 4. §. 3. *C. de Hæret. l.* 4. *C. de Apoſt.* Ut & Tutores ac Curatores v. *l.* 34. §. *ult. D.* junct. *l.* 5. *C. h. t. l.* 54. *&* 56. *de Admin. Tut.*

29. Non prohibentur mercaturam facere Nobiles, ſalvâ etiam nobilitatis prærogativâ, fruſtra diſſentientibus aliis per *l.* 3. *C. de Comm. & Merc. l. un. C. Negot. ne milit.* (xii. 35.)

30. Verba: *de re transferendâ*, indicant alterum Emptionis requiſitum eſſe mercem. De qua tenenda regula Pauli JCti in *l.* 34. §. 1. *h.*

31. Vendi non poteſt pecunia; quia æſtimandis aliis rebus inventa eſt, adeoque mercis & pretii vice fungi nequit. *l.* 1. *D. h. l.* 1. *de Rer. Perm.* Excipiuntur tamen (1. Annui reditus. *Nov.* 72. *c. pen. &* 160. *c.* 1. (2. Nummi peregrini, ut Dacici, Philippi, Victoriati, quos mercis olim loco habitos Voluſius Mæcianus noſter *lib. de Aſſe*, & Plin. *lib.* 33. *c.* 3. *Hiſt. Nat.* tradunt. Atque eò haud dubie JCtus reſpexit in *l.* 9. §. 2. *D. ad L. Corn. de Falſ.* v. *l.* 27. §. 4. *de Aur. arg. l.* 28. *de Uſufr.* (3. Solidi Veterum Principum effigie percuſſi, qui, ſi debiti ponderis eſſent, & ſpeciei probæ, vendi poterant. *l.* 1. *C. de Vet. Numiſm. pot.* (xi. 10.) *Briſſon.* 1. *Select. Antiq. c.* 8.

32. Secundo prohibentur vendi emique res, quæ neque ſunt, neque futuræ ſperantur, aut nequeunt aut deſierunt eſſe in rerum natura. §. 1. *I. de Inut. ſtipul. l.* 69. *de V. O. l.* 15. *h.*

 33. Res

33. Res autem, quæ non sunt, sed futuræ sperantur, ut fructus nascituri, pisces, & feræ capiendæ, nihil impedit quo minus emi vendique possint. *l.* 8. *l.* 77. *l.* 78. §. *ult. h. l.* 7. & 11. *de Hered. vel act. vend. l.* 73. *de V. O. l.* 1. §. *ult. de Cond. & Demonstr.*

34. (3. Liber homo. *l.* 6. *l.* 34. §. 2. *d.* §. *ult. l. h. l.* 39. §. 3. *de Evict. l.* 1. *C. de Patrib. qui lib. l.* 1. *C. de Liber. caus.* Ne quidem sub conditione, *si servus erit. l.* 83. §. 5. *de V. O.* Exceptiones vide in §. 4. *Inst. de Jur. person.* & *l. ult. C. de Patrib. qui liber. distr.*

35. (4. Res nobis propriæ. *l.* 45. *de R. J. l.* 37. *l.* 39. *de Cond. ind.* §. 10. *I. de Leg.* Nisi forte, ut in judicio possessorio superior sim, rei meæ possessionem ab alio occupatam emam. *l.* 34. §. 4. *h.* Vel rem ipsam sub conditione, *si mea esse desierit. l.* 61. *h. l.* 98. *de V. O.*

36. (5. Res sacræ, sanctæ, religiosæ. §. 8. *I. de Rer. Divis.* Exceptiones vide in *l.* 22. *l.* 23. *l.* 24. *h.* §. 8. *I. de Rer. div. l.* 21. *C. de SS. Ecc. Nov.* 120. *c.* 10.

37. (6. Res Publicæ & Universitatis. *l.* 6. *l.* 62. §. 1. *D. h.* §. 2. *I. de Inut. stip.* à quibus cum differant illa, quæ in patrimonio aut ærario populi sunt, *d. l.* 6. *l.* 72. §. *ult. h.* sequitur vendi ea posse, sed secundum modum in *l. ult. C. de Vend. reb. Civit.* (xi. 31.) præscriptum; licet enim & hæc publica dicantur, *l.* 15. *de V. S. l.* 14. *de A. R. D.* usu tamen & jure privata sunt, *l.* 2. §. 4. *Ne quid in loc. publ.*

38. (7. Res furtivæ. v. *l.* 34. §. 3. *h. l.* 2. *l.* 5. *C. de Furt.*

39. (8. Res litigiosæ *l.* 2. §. *ult. D. de Litigios. l.* 17. *de R. V.*

40. (9. Ve-

40. (9. Venena mala. *l.* 35. §. 2. *h.* v. *l.* 3. §. 2. *ad L. Corn. de Sicar. l.* 4. §. 1. *Fam. erc. l.* 236. *de V. S.*

41. (10. Libri improbatæ lectionis. *l.* 3. *C. de Summ. trinit. l.* 10. *C. de Episc. aud. l.* 6. §. 1. *l.* 8. §. 5. *C. de Hæret. Nov.* 42. *c.* 1. §. 2. *l.* 4. §. 1. *D. Fam. erc. l. un. C. de Famos. libellis.* v. *Sueton. in Aug.* 31. *Tacit.* 4. *Annal. c.* 35. & 14. *c.* 50. vid. *Supr. tit. Fam. ercisc. th.* 19.

42. (11. Purpura, solius Principis usui consecrata. *l.* 1. *C. Quæ res venire non poss. l. pen. C. de Vestib. holob. & aur.* (XI. 8.) *l.* 4. *C. de Coss.* (XII. 3.) *Suet. in Ner. c.* 32.

43. (12. Sericum à Barbaris emere prohibentur omnes, præter Comitem commerciorum. v. *l.* 2. *C. Quæ res ven. non poss. l.* 4. & *ult. C. de Commerc. & Mercat.*

44. (13. Aurum prohibetur vendi Barbaris. *l.* 2. *C. de Commerc. & Mercat.*

45. (14. Annona militaris, & frumentum publici canonis exercitui missum, emi prohibetur à privatis. *l.* 3. *l. ult. C. Quæ res vend.*

46. (15. Ut & arma, quia armorum promiscuus usus privatis est interdictus. *l. un. C. Ut arm. us. insc. Princ. interd.* (XI. 46.) *Nov.* 85. *c.* 1. & *seqq. l. ult.* §. 11. *de Publican. & Vectig. l.* 1. *D. ad L. Jul. de Vi publ. tit. C. Theod. de Armor. us. interd. Plin. Hist. Nat.* 34. *c.* 14.

47. (16. Armorum materia; item vinum, oleum, prohibetur vendi Barbaris. *l.* 2. *C. Quæ res export.* De illicitis mercibus, & prohibitâ earum negotiatione, plura vide in *l.* 11. §. *ult. de Publ. & vect. l.* 1. *de His, quæ ut ind. l.* 6. §. 4. *de Off. Præf. l. un. C. de Littor. & litt. cust. Brisson.* 4. *Select. Antiq. c.* 4.

 48. (17. Eu-

48. (17. Eunuchi. v. *l.* 1. *l.* 2. *C. de Eunuch.* Scilicet Eunuchi Romanæ gentis & liberi homines, nam servi Eunuchi quotidie vendebantur. *l.* 1. §. 5. *de Comm. serv. man. l.* 3. *in fin. pr. C. Comm. de Legat.*

49. (18. Domus, ut destruantur. *l.* 52. *D. b.* v. *l.* 41. §. 1. *& ll. seqq. de Legat.* 1. *l. ult. D. de Damn. inf. l.* 1. *de Tign. junct. l.* 2. *l.* 3. *C. de Ædif. priv.*

50. (19. Mancipium Christianum prohibetur emi à Judæo & Pagano. *l.* 1. *l.* 2. *C. Ne Christian. mancip. haeret. vel jud. vel pag.*

51. (20. Res alienæ per venditionem non alienantur. *t. C. de Reb. alien. non alien. t. C. de probib. rer. alienar. alienat.* Quanquam ex illâ venditione nascatur actio ad interesse. *l.* 28. *b. l.* 30. *de Act. emt.*

52. (21. Res communes. *t. C. de Commun. rer. alien.* ita tamen, ut res communes a singulis sociis pro parte vendi possint. *vid. l.* 13. §. 17. *de Act. emt. l.* 68. *pro soc.* nisi cum fisco communes sint. *t. C. de Vend. rer. fiscal. cum priv. commun.* (x. 4.) *l.* 2. *C. dict. tit. de Commun. rer. alienat.*

53. Tertium substantiale Emptionis requisitum est *Pretium. l.* 2. §. 1. *l.* 72. *b. l.* 1. *de Rer. perm.* Quare non valet venditio donationis causa contracta. *l.* 36. *l.* 38. *b. l.* 32. §. 24. *&* 25. *de Donat. int. V. & U.*

54. Est autem pretium proprie, *certa pecunia numerata, quâ res æstimatur & emitur. l.* 1. *b. l.* 1. *de Permut.* Quanquam alias sæpe improprie accipitur pro quâlibet mercede & præmio. *v. l.* 2. §. 24. *de Vi bon. rapt. l.* 5. §. *ult. de Injur. l. ult. ad L. Rhod. de Jact. l.* 28. §. 2. *l.* 58. *Loc. l.* 5. *de Naut. fœn.*

55. In

55. In pretio requiritur. (1. Ut in numeratâ pecuniâ consistat. §. 2. *I. l.* 1. *b.* Nam si res sine pretio cum aliâ re, vel facto commutetur, non est emtio, sed contractus innominatus Permutationis. *l.* 1. *de Permutat. l.* 5. §. 1. *l.* 6. *de Præscr. verb.* Quod si simul cum pecunia numerata res alia detur, venditio erit, si id contrahentibus expresse placuerit, sive plus sit in re, sive in pecunia. *l.* 6. §. 1. *de Act. empt. l.* 79. *b. l.* 1. *de Rer. Perm.* arg. *l.* 24. *l.* 26. *Depos.* Sin de voluntate contrahentium non constet, si plus in re, permutatio, si plus in pecunia sit, venditio erit. *dd. ll.* v. *l. ult. D. de Cond. caus. dat. l.* 6. *C. de Pact. int. Emt.* Si pecunia & res data ejusdem sint valoris, in obscura voluntate contrahentium potius est, ut Emtio sit, quam Permutatio.

56. Sed etsi pretium in numerata pecunia constitui oporteat, postea tamen venditori volenti in solutum res aliæ dari possunt. *l.* 9. *C. de Resc. vend. l.* 17. *C. de Solut.*

57. (2. Requiritur ut pretium sit certum. §. 1. *I. b.* sive per certam demonstrationem ab ipsis contrahentibus, vel alia certa & nominata persona faciendam, sive per relationem ad aliud quid, unde de pretii certitudine constare possit. §. 1. 2. *I. l.* 7. §. 1. *D. b. l. ult. C. b.* Si arbiter, à contrahentibus sumtus, iniquum pretium definiverit, definitioni standum, nec res ad arbitrium boni viri reducenda est. *arg. l.* 2. *C. de Resc. vend. l.* 17. §. 2. *de Rec. Arb.*

58. Si pretium alterius contrahentium, vel nullius certi hominis arbitrio permissum sit, nulla est venditio. *l.* 7. *pr. l.* 35. §. 1. *D. l.* 13.

C. eod. l. 8. *de O. & A. l.* 17. *l.* 46. §. 2. & 3. *de V. O.*

59. Tertium Pretii requisitum est, ut sit verum, non imaginarium. *l.* 1. *b.* Quare venditio dicis causâ, veluti uno nummo facta, nullius est momenti, *l.* 46. *Loc. cond. l.* 10. §. *ult. de Adq. poss.* Eaque non vera est, sed imaginaria. *l.* 38. *l.* 55. *b. l.* 54. *de O. & A. l.* 16. *de R. J. l.* 4. §. 2. *de Manum.* ita tamen ut, re traditâ, negotium titulo donationis subsistat. *l.* 3. *l.* 9. *C. b. l. ult. D. pro Donato. tit. Cod. Plus valere quod agitur.* v. *Sueton. in Cæs. c.* 50.

60. Exempla tamen venditionis uno nummo rectè factæ vide in *l.* 66. *de Jur. dot.* §. 6. *I. Quib. mod. patr. pot.* §. 1. *Inst. de Test. ord.*

61. (4. Ut sit justum, adeo ut nec venditor, nec emtor ultra dimidium lædatur. *l.* 2. *C. de Resc. vend.* Alioquin, ex naturâ hujus contractus, pro voto venditoris carius distrahendi, & emptoris vilius emendi, licet contrahentibus se modice circumscribere. *l.* 16. §. *pen. de Minor. l.* 22. *in f. Loc. cond. l.* 8. *C. de Rescind. vend.*

62. An autem pretium sit justum, ex opinione communi, non ex affectu singulorum æstimandum est. *l.* 63. *ad L. Falc. l.* 33. *ad L. Aquil.*

63. Contrahitur Emtio. (1. Vel pure, vel in diem, vel sub conditione. §. *pen. I. l.* 50. *D. b.* (2. Vel cum, vel sine scripturâ. Quæ scripturâ fit ex partium conventione, ad sui perfectionem requirit instrumentum omnibus scriptionis & subscriptionis numeris absolutum. *pr. I. b. l.* 17. *C. de Fid. instr.*

64. Est

64. Est & alia Venditio Privata, alia Publica. Privata, quæ, ut alii contractus, fit privatâ conventione & auctoritate. Publica, quæ fit auctoritate Magistratus præsentis, & res venales plus licitantibus addicentis, ut in auctionibus, quæ in foro fiebant, positâ hasta, ut indicio esset, Populum Romanum earum rerum, quas sub hastâ vendebat, defensionem & evictionem, belli & armorum periculo, in se recipere. Est enim Auctio nihil aliud quam, *venditio, quâ, palam indicante præcone, res venalis proposita vel proscripta, à Magistratu addicitur illi, qui licitatione vicerit.*

65. Atque hæc plerumque adhibebatur in distractione rerum Fiscalium, Ecclesiæ, Reipublicæ, Minorum, & quorumvis privatorum in executione rei judicatæ.

66. Requisita auctionis vel subhastationis erant (1. Proscriptio per libellos, seu tabulas auctionarias, celeberrimis civitatis in locis propositas. *Cic. pro Quint. c.* 4. 5. 6. *Plin.* 7. *Epist.* 27. Quanquam auctio etiam viva voce præconis denunciari poterat *Plaut. in Menæchm.* 5:9: v. 94. *& seqq. Stich.* 2. 1. v. 41. 55. *Cic. pro Quint. c.* 16.

67. (2. Locus publicus, ut Romæ in foro apud tabernas argentarias. *l.* 18. *de Pet. Her. l.* 88. *de Solut. Cic. pro Cæc. c.* 5. 6. (3. Hasta, quæ certe ab auctione fiscali abesse non poterat. *tit. C. de Fide & Jure hastæ fiscal. l.* 16. *C. de Resc. Vend. l.* 3. *C. de Exec. rei jud.* (4. Si fiscalis esset auctio, necessaria erat præsentia Procuratoris fisci. *l.* 2. *C. de Jur. fisc. l.* 2. *l.* 5. *C. Ubi cauf. fisc. l.* 1. *C. de Fide & jure Hast. Fiscal.* Quanquam, & absente Procuratore, eadem co-

cognitio Præsidi provinciæ tributa fuerit. *l.* 2. *C. Si prop. publ. pens. vend. l.* 1. *C. de Præscr.* 30. *vel* 40. *ann. l. pen. D. de Resc. vend.* (5. Ut adhiberetur præco, qui prædicaret, & conficeret pretium. *Cic. pro Quint.* (6. Ut venditio non fieret nisi *decursis hastis*, id est, nisi elapso spatio 20. dierum solemnium, quibus res venales prostabant. *l.* 1. *l.* 2. *l.* 4. *l.* 6. *C. de Fid. & jure hastæ fisc. Auth. Hoc Jus. C. de SS. Eccl.* intra quod tempus integrum erat licitatoribus plus offerendo ceteros vincere. *l.* 1. *C. de Vend. reb. civit.* (xi. 31.) (7. Ut venditio esset irrita, si intra dictum tempus plus ab alio, quam cui res jam addicta est; offerretur. *l.* 4. *C. de Fide & jure Hast. fisc.* (8. Ut pretia rerum distractarum ab argentariis in tabulas redigerentur. *l.* 88. *de Solut.* vide *Ant. Matth. in Tract. de Auctionibus.*

68. Effectus Emptionis Venditionis perfectæ est obligatio efficax, producens actionem Empti & Venditi, de quibus *tit.* 1. *lib. seq.*

69. Certi juris est, emptionis nudæ, licet perfectæ, non hunc esse effectum, ut dominium transferat, nisi accedente traditione, & pretio soluto, aut fide de eo habita. *l.* 20. *C. de Pact.* §. 41. *I. de R. D.* §. 3. *in f. J. & l.* 53. *D. h. t. l.* 14. *de Furt.* Unde consequitur, ante traditionem integrum esse venditori, rem eandem alteri vendendo, eam per traditionem secundi emptoris facere. *l.* 72. *D. l.* 15. *C. de R. V. l.* 6. *C. de Her. vel Act. vend. l.* 11. *C. de Act. Emt. l.* 9. §. 4. *de Publ. act.* Licet incidat in crimen Falsi vel Stellionatus. *l.* 21. *ad L. Corn. de Fals. l.* 3. §. 1. *Stellion. Wissenb. ad tit. Stellion. th.* 4.

70. Quantum attinet ad Pacta, Emptioni adjici

jici solita, repetenda sunt principia in *Tit. de Pact.* exposita, ad intelligendum Papiniani Responsum in *l. 72. b. t.*

71. Pactorum, Emptioni adjici solitorum, complura sunt in Jure nostro exempla; veluti, ut Emptor alteram partem rei venditæ, vel totam rem certo tempore, donec pretium solvatur, conductam habeat. *l. 79. b. l. 21. Loc. cond.* Ne liceat Emtori rem venditam commercio eximere. *l. ult. C. de Pact. int. Emt.* ne ancilla vendita prostituatur. *l. 56. b. t. C. Si mancip. ita vend.* Ut Ruta Cæsa ædes venditas sequantur. *l. 38. §. ult. l. 17. §. 6. de Act. empt. l. 66. b. t.* Sunt autem Ruta Cæsa, auctore Festo, quæ venditor possessionis, usus sui gratia, concidit, eruendoque extraxit. v. *l. 18. §. 1. de Act. empt. l. 241. de V. S. Cicer. in Topecis ad Trebatium, in fine.* Denique, ut culpa levissima, vel casus fortuitus, vel ne culpa levis a venditore præstetur. *l. 78. §. ult. b.* Principem autem locum inter Pacta Emptionis Venditionis obtinet Addictio in Diem, & Lex Commissoria.

TIT. II.

De in diem Addictione.
Cod. 4. 54.

1. A*ddicere* hic idem est quod venundare. *l. ult. de Jur. Fisc.* Atque hoc sensu tribuitur vel Prætori in auctionibus hastæ, *Suet. in Jul. c. 50.* vel ipsis venditoribus in privata emtione. *l. 7. l. 8. b. l. 1. C. de Præd. Decur.* (x. 33.)

2. *Adjicere* est emptoris, cum priori conditioni,

tioni, aucto pretio, vel aliter quid addit. *l.* 4. §. 1. *l.* 7. *l.* 8. *l.* 19. *h. t.* *l.* 35. *de Minor. tit. C. de Fide & jure hastæ Fiscal. & adjectionib.*

3. *Abjicere* seu *Projicere* est rem exiguo & vili pretio distrahere. *l.* 9. *h. t.* *l.* 36. §. 1. *Mand. l.* 50. *de Evict. Plaut. Mostell.* 3. 3. 3. *Ter. Adelph.* 4. 7. 26. *Phædr. lib.* 4. *Fab.* 4. *v.* 42.

4. Addictio in diem est *pactum venditioni adjectum, ut, nisi quis intra certum diem meliorem conditionem obtulerit, res emtori emta & addicta sit. Vel, ut conditione meliore oblatâ, ab emptione discedatur.* *l.* 1. *l.* 2. *h.*

5. *Venditioni adjectum.* Non modo in continenti, sed, ut videtur, etiam ex intervallo. Venditionibus fiscalibus semper inest hæc conditio, etiamsi sit absque conventione partium. *l.* 4. *l.* 6. *C. de Fide & Jure hastæ Fisc. N.* 120. *c.* 4. 6. 7. *Auth. Hoc Jus porro. C. de SS. Eccl.* v. *Tit. Præced. Thes.* 67. *n.* 6.

6. Ex dictis consequitur, addictionem vel à conditione suspendere emptionem, vel ab eadem resolvere perfectam. *d. l.* 2. *h.*

7. In addictione, quæ contractum suspendit, emptor nec dominium, nec fructus, nec usucapiendi potestatem consequitur. *l.* 4. *l.* 16. *h.*

8. In eâ, quæ Emtionem, re traditâ, consummatam, existente conditione resolvit, vel dominium interim, si venditoris propria, vel usucapiendi conditio, si aliena res sit, transfertur in emtorem, qui & fructus lucratur, & rei periculum sustinet. *l.* 2. *h.* & rem pignori date, *l.* 4. §. 3. *h.* & eandem vindicare potest. *d. l.* 4. §. 3. junct. *l.* 23. *de R. V.* Ita tamen ut, oblatâ meliore conditione, prior emtio ejusque effectus, adeoque & pignus, in re vendita consti-

stitutum, evanescant, fructusque adeo venditori sint restituendi. *l.* 6. *h. l.* 14. §. 1. *l.* 16. *h. l.* 41. *de R.V.*

9. Melior autem conditio oblata non videtur, nisi alius verus, non subornatus emtor, reverà, non per simulationem, conditionem meliorem obtulerit. *l.* 4. §. 5. *l.* 14. *h.* sive ob majus pretium, *l.* 4. §. *ult. l.* 5. *h.* sive ob locum commodiorem, *d. l.* 4. §. *ult.* sive ob plures offerentis facultates, majoremque adeo venditoris securitatem. *d. l.* 4. §. *ult.*

10. Modo tempore, addictioni præstituto, venditor vivat, vel heres ei existat, *l.* 15. *h.* & emtor de oblata meliore conditione certior fiat, ut possit secum statuere, an offerenti, eodem augmento oblato, præferri velit. *l.* 6. §. 1. *l.* 7. *l.* 8. *h.* Utque venditor meliorem conditionem probet & admittat, si velit. *l.* 9. *h.* (quam etiam invitus admittere tenetur in specie *legis* 10. *h.* Scilicet cum Creditor vendit pignus aut Procurator rem mandantis. *l.* 21. *C. Mand. l.* 50. *de Evict.*) ac rem emptori secundo, plus offerenti, pure addicat, nisi aliud actum sit. *l.* 11. *h.*

11. Effectus addictionis est, quod contractus vel pro non facto habeatur, vel resolvatur, quodque eum in finem, vi pacti adjecti, competat actio venditi. *l.* 16. *h. t. l.* 7. § 5. *de Pact.*; quam non competere priori emptori contra secundum, ad repetendum pretium, docent ratio, natura obligationis actionisque personalis, & JCtus in *l. ult. h.* & *l.* 3. *de Oblig. & Act.*

TIT.

TIT. III.

De Lege Commissoria.

Cod. 4. 54.

1. Lex Commissoria est *pactum venditioni adjectum, ut pretio, certa die, non soluto, res inempta sit.* *l.* 2. *h. l.* 38. *de Minor. l.* 6. §. 1. *de Contrah. emt. vend.*

2. *Lex.* id est, pactum, quo contractui quasi lex & forma datur. *l.* 22. *l.* 33. *l.* 77. *l.* 78. *de Contr. Emt. l.* 10. *C. de Pact. l.* 1. §. 6. *Depos.*

3. *Commissoria.* Quia, non soluto sua die pretio, Emtio, sive res emta, *committitur*, id est, ad venditorem revertitur, ut pro lubitu emtioni stare, vel ab ea recedere possit. v. *l.* 8. *l.* 14. *de Public. & Vect. l.* 4. §. 1. *de V. O. tit. C. de Contrah. & committenda stipulatione. l.* 8. §. 12. *l.* 10. §. 5. *de Bon. poss. contr. tab.* Dicitur & Lex Commissoria venditionis. *l.* 4. *C. de Pact. int. Emt.* & pactum Commissorium.

4. *Pactum.* Quo non adjecto, & pretio sua die non soluto, res non fit inemta, sed venditori competit actio venditi, ad pretium, usuras, & interesse. *l.* 13. *C. de Act. emt. l.* 14. *C. de Restind. vend.*

5. *Ut pretio, certa die &c.* v. *l.* 4. *l.* 5. *l.* 6. §. *f. l.* 7. *D. l.* 2. *l.* 3. *C. h.* Ut tamen idem juris esse videatur, die incerta adjecta. arg. *l.* 23. *in f. de O. & A.* Si dies certus non sit adjectus, videtur spectandum tempus duarum mensium, arg. *l.* 31. §. 20. *&* 22. *de Ædil. edict.* junct. *l.* 38. *de Minor.* Post quod tempus emtor a venditore interpellandus est, ut in mora constituatur, vid. *Voet ad h. t. n.* 5.

6. Si

6. Si venditor poſt diem pretium, vel uſuras pretii, petat, vel oblatum accipiat, videtur renunciaſſe legi Commiſſoriæ. *l. 6. §. ult. l. 7. h. l. 4. C. de Pact. int. emt.* Scilicet ſi dies adjectus ſit certus. vid. *infr. tit. de Uſur. th. 39. & 40.*

7. *Non ſoluto.* Sive interpellatus a venditore, ſive ſua ſponte non obtulerit. *l. 4. §. ult. h. l. 38. de Minor.* arg. *l. 32. de Uſur.* ſive integrum pretium, ſive partem pretii non ſolvat. *l. 4. pr. & §. 1. h.* ſive ſolvat quidem, ſed poſt tempus præſtitutum.

8. Ut tamen ſufficiat, die placito, vel oblatum fuiſſe pretium, vel non adfuiſſe venditorem, cui offerretur. *l. 4. §. ult. l. ult. h. l. 24. de Cond. & Demonſtr. l. 161. de R. J.* arg. *l. 23. §. 1. de Uſur.*

9. *Res inemta ſit.* Ut potius ſub conditione reſolvi emtio, quam contrahi videatur. *l. 1. l. 5. h. l. 4. C. de Pact. int. Emt.* v. & *l. 3. de Contr. emt.* Adeo ut, ſoluto, hoc modo, contractus vinculo, & ipſo jure reverſo ad venditorem dominio, quod interim emtoris fuerat, *d. l. 5. h. t.* venditori, vel perſonalis actio venditi contra emtorem, vel rei vindicatio contra quemlibet poſſeſſorem competat. *d. l. 4. C.* Secus ſi ſimpliciter alio, quam Commiſſorio pacto conveniat, ut res ad venditorem revertatur, reliquo pretio non ſoluto. *l. 3. C. de Pact. inter Emt. & Vend. l. 41. de R. V.*

10. Cum res hoc modo inemta fiat, conſequitur, quidquid emtor vel oneris impoſuerit, vel lucri perceperit, id omne cum ipſo contractu reſolvi & exſtingui, damnumque datum reſarciendum eſſe *l. 4. l. 5. l. 6. h.* arg. *l. 31. de Pign. & Hyp. l. 6. C. de Pact. int. Emt.*

11. Ita tamen, ut emptor quandoque fructus lucretur, veluti cum partem pretii solvit, & perdidit. v. *l.* 4. §. 1. *h.* Emtor enim nec arrham, nec partem pretii jam datam, ob perfidiam, repetere potest. *d. l.* 4. §. 1. *l.* 6. *pr. h. l.* 25. *de Her. pet.* Secus ac in addictione in diem.

12. Atque hæc ita, si venditor rem inemtam esse velit: cum enim in gratiam ejus hoc pactum adjiciatur, potest ei pro lubitu renunciare. *l.* 2. *l.* 3. *h. l. pen. C. de Pact.* Modo statim atque lex commissa est, statuat venditor, utrum legem Commissoriam exercere, an potius pretium petere velit. *l.* 4. §. 2. *h.* Ita ut postea, pœnitentia ductus, semel expresse vel tacite significatam voluntatem revocare non possit. *l.* 4. §. 2. *h. l.* 6. §. *ult. l.* 7. *h. l.* 4. *C. de Pact. int. Emt. l.* 75. *de R. J.* Præter hæc duo pacta, Commissorium & Addictionis in diem, sæpe emtioni venditioni addi solent alia pacta, quorum exempla vid. *in l.* 3. §. 4. *h. t. l.* 6. §. 1. *de Contr. emt. l.* 2. *l.* 7. *C. eod. l.* 7. *de Distr. Pign. l.* 13. *de Pign. act.* junct. *l.* 10. §. 1. *Quib. mod. re Contr. obl. l.* 4. §. 3. *de Leg. Comm.*

TIT. IV.

De Hereditate vel Actione vendita.
Cod. 4. 39.

1. **V**endi possunt tam incorporales, quam corporales res, quas inter principem locum obtinent Hereditas & Actio.

2. Hereditas, ut alibi, ita hic quoque est Jus succedendi in bona defuncti. *l.* 24. *de V. S. l.* 62. *de R. J.* ab ipsis corporibus distinctum.

l. 119

l. 119. *l.* 178. *l.* 208. *de V. S. l.* 50. *de Pet. Her.* Quam hereditatis, & rerum hereditariarum differentiam cum non intelligeret Seneca, *Lib.* 6. *de Benef. c.* 5. eam explosit, & inter acutas, si Diis placet, JCtorum ineptias retulit. Sed risu inepto res ineptior nulla est.

3. Ut hereditas vendi possit, necesse est, ut (1. Sit hereditas. v. *l.* 7. *&* *l.* 11. *b.* (2. Per mortem domini confirmata. *l.* 1. *l.* 8. *b.* Ratio est in *d. l.* 1. *&* *l.* 15. *l. ult. C. de Pact. l.* 2. §. 3. *de His quæ ut ind. l.* 29. §. 2. *de Donat.* (3. Venditori nota & explorata. *l.* 4. *C. b. t. l.* 9. *l.* 23. *de Dol. mal. l.* 13. §. 5. *de Act. Emt.*

4. Venditæ hereditatis effectus est, obligatio venditoris, ad transferendum universum Jus, quod ex hereditate habiturus esset. *l.* 2. *b.* habita ratione temporis, quo fit venditio. *d. l.* 2. §. 1. *b.* Adeoque ut res possessas tradat, non possessarum nomine actiones mandet emtori. *l.* 4. *C. d. l.* 2. §. 3. *D. b.* Satisdet denique se non commissurum dolo aut culpa, quo minus ad emtorem ex hereditate perveniat. *l.* 2. *pr.* §. 4. 5. *l.* 3. *b.* alioquin ad interesse teneatur. *l.* 6. *C. b.*

5. Quanta autem hereditas sit, nihil interest. *l.* 13. *l.* 14. §. 1. *b. t.* v. *l.* 3. *D. ad L. Falc.* modo aliqua sit hereditas. *d. l.* 13. nisi venditor de substantia & quantitate hereditatis affirmaverit. *l.* 15. *b. t.* Ut tamen, etiam nulla existente hereditate, liberetur venditor, *si quidquid Juris haberet*, *d. l.* 13. vel sub conditione, *si qua sit hereditas*, vendiderit. *l.* 11. *b.* Nisi sciens ad se non pertinere hereditatem, eam vendiderit. *l.* 12. *b.*

6. Cum non res singulæ, sed jus universæ hereditatis venditum intelligatur, venditor nec

singularum rerum nomine ad evictionem præstandam, *l. 2. pr. h. l. 1. C. de Evict.* nec ad id, quod, post venditam hereditatem, ex substitutione pupillari consecutus est, *l. 2. §. 2. h.* nec, si quid nominatim excepit, ultra id quod vendidit, tenetur. *l. ult.* juncta *l. 2. §. 14. h. t.* nec, quod ipsi defunctus debebat, ab emtore petere prohibetur: reviviscunt enim actiones, & servitutes, per aditionem & confusionem exstinctæ. *d. l. 2. §. 18. 19. h. l. 9. D. Commun. prædior. v. & l. 6. C. ad L. Falc.*

7. Illud quæsitum, nec ulla speciali lege decisum est, an Emtor hereditatis habeat jus accrescendi? si non, an Venditor, post venditam hereditatis, quam cum alio vel pluribus communem habebat, partem suam, teneatur emtori ad portionem, Jure accrescendi postea obvenientem, præstandam? Nobis verior videtur sententia negantium, atque id jus, & eam portionem, Venditori, non Emtori tribuentium. *l. 2. §. 1. h. t. l. 88. de Her. Inst. l. 31. l. 53. §. 1. D. de Acq. Her. l. 43. ad SC. Treb.* Nec obstant. *l. 2. pr. & §. 9. h. t. l. 7. de Peric. & Comm.* junct. *l. 33. §. 1. de Usufr.* nec *l. 83. de Acq. her. d. l. 43. ad SC. Treb.* De hac quæstione vid. *Vinn. I. Sel. Quæst. 56. Huber. ad h. t. n. 5. Noodt. ad h. t. Bachov. ad Treutl. h. t. th. ult. 8.* Dissent. *Wissenb. ad h. t. n. 5.*

8. Ex iisdem principiis consequitur, heredem, etiam post venditam hereditatem, à creditoribus hereditariis & legatariis conveniri posse. *l. 2. C. h. l. 8. de Adq. her. tit. Cod. Res int. al. act.* Nisi quis emerit a fisco; tum enim ipse Emtor creditoribus tenetur. *l. 1. C. h.* vide tamen *l. ult. C. de Quadriennpræscr. & §. ult. J. de Usucap.*

Sei-

Scilicet per *d. l. ult.* & *§. ult.* derogatum videtur *d. l.* 1. *C. h. t.* vid. *Wissenb. ad l.* 1. *C. h. t.*

9. Ut & Emtorem debitores hereditarios, non directis, sed utilibus actionibus convenire posse. *l.* 16. *D. de Pact.*

10. Nisi quod directas actiones venditoris mandantis nomine, ut utiles nomine proprio, instituere possit. *l.* 2. §. 8. *D. l.* 5. *C. h.*

11. Nam ratio juris vult, omnia debiti & crediti commoda & incommoda ad Emtorem pertinere. Unde & quod Venditor hereditatis nomine solvit, ab Emtore repetere, *l.* 2. §. 7. 9. & 16. 17. *h.* eumque, facta denunciatione, cogere potest, ut se contra creditores hereditarios defendat. *l.* 2. *in f. C. h. l.* 28. *de Donat.* Uti & emtor, licet cogi nequeat, sponte tamen, si velit, actionibus respondere, easque eo effectu suscipere potest, ne venditor conveniatur. *d. l.* 2. *C. h. l.* 2. *C. de Pact.*

12. Sed & venditor, ut tradere corporales, ita cedere res incorporales tenetur. *l.* 2. §. 3. 8. *h.* Ita tamen ut, non facta cessione, emtor utilibus actionibus agat, & ut pacti, cum debitoribus conventi, exceptio obstet venditori. *d. l.* 16. *de Pact.* v. *l. ult. de Transf.* Secus est si vendita sit non hereditas, sed res aliqua singularis hereditaria. *l.* 9. §. *ult. de Exc. rei jud.*

13. Tantum de Hereditate. Sed & Actio tam in rem, quam in personam, *l. ult. C. h.* obligatio tam conditionalis, quam pura, *l.* 17. *h.* tam invito, quam volente debitore, vendi vel aliter cedi potest. *l.* 3. *C. h. l.* 1. *C. de Novat. l.* 2. *C. de Donat.* Quanquam debitor invito creditori alium suo loco substituere, vel invitus alteri delegari nequeat. *d. l.* 1. *C. de Novat.*

14. Ut autem venditioni actionis locus sit, aliqua sit actio efficax oportet. *l.* 6. *de Dol.* vel certe futuræ actionis spes *l.* 3. *C. de Don.* Nam si nulla sit, venditor tenetur ad interesse. *l.* 5. *h.* Si aliqua, licet ob inopiam debitoris inutilis, non præstat casum & eventum litis. *l.* 4. *d. l.* 5. *h. l.* 74. §. *ult. de Evict.*

15. Nisi 1. ita convenerit. *d. l.* 4. Nisi 2. venditoris dolus argui possit. arg. *l.* 22. §. 2. *Sol, matr. l.* 4. *C. h.*

16. Effectus actionis venditæ est, ut venditor actionem venditam cedere teneatur, cum pignoribus, licet post venditionem demum obligatis. *l.* 6. *l.* 2. §. 8. *l.* 23. *h.* Quodque emtor vel cessas directas, ut procurator in rem suam, vel utiles suo nomine instituere possit. *l.* 8. *C. h.* Venditor autem, si quid actione directa consecutus fuerit, id Emtori cedere teneatur. *d. l.* 23. *h.*

17. Cum enim ratio juris non patiatur, ut obligatio & actio, ab eo, cui competere cœperat, avulsa, in alium transferatur, venditor actionem directam, ut propriam, instituere & debitum exigere potest. *d. l.* 23. *D. l.* 8. *C. h. l.* 3. *C. de Novat. l. ult. D. de Transf.* Quia tamen lex & natura hujus contractus volunt, commoda nominis venditi pertinere ad Emtorem, cui si non domini, at procuratoris certe in rem suam jus tribuitur, *d. l.* 8. *l.* 1. *C. de O. & A.* Divus Pius emtori hereditatis, *l.* 16. *de Pact.* alii Impp. aliis actiones utiles, etiam citra expressam actionis cessionem, dederunt. *l.* 7. *l.* 8. *C. h. l.* 1. *l.* 2. *C. de O. & A. l.* 18. *C. de Legat. l.* 20. *D. de Pign. l.* 9. *C. de Procur. l.* 1. *inf. C. de Magistrat. conven.* Ita ut, concursu, Cessionarius ex æquitate præferatur cedenti, & actio

uti-

utilis directæ. *l. 55. de Procur. l. 13. §. 1. de Pact.*

18. Est autem Cessio Actionum nihil aliud, quam *actionum de persona, cui quæsita erant, & initio competebant, in aliam translatio.*

19. Cedere actiones & actionibus, promiscua est in jure nostro loquendi ratio; posterior tamen ut venustior, ita frequentior. *l. 27. §. 1. de Minor. l. 21. de R. V. l. 3. §. 5. de In rem verf. l. 95. §. pen. de Solut.*

20. Cedere autem actionem, idem est quod Exhibere, *l. 35. §. 4. de Contr. empt. l. 57. de Leg. 1. §. 3. l. de Emt. vend.* Præstare, *l. 51. de Pecul. l. 31. de Act. emt. l. 2. Depos. l. 6. in f. Naut. Caup.* Delegare, *l. 11. C. de Donat.* Mandare, *d. l. 51. l. 25. de Admin. tut. l. 1. C. de O. & A. l. 1. §. 14. de Tut. & rat. distr.* Transferre actionem. *l. 2. in f. C. de Divid. tut.*

21. Inter *Mandare* & *Cedere* actionem nihil interest, *l. 76. de Solut. l. 1. C. de Magist. conven.* Mandantur enim actiones vel in rem nostram, ut emolumentum ad mandantem pertineat, cum procuratorem damus ad agendum, vel in rem ipsius procuratoris, ut quidquid exegerit, non Domino reddat, sed sibi retineat; quod non aliter, quam cessis actionibus fieri potest. *l. 34. D. l. 9. C. de Proc. l. 1. §. 12. 13. Quand. appell.*

22. Quanquam, proprie & accurate loquendo, Mandatum, sive Cessio actionis differt ab actionis venditione, donatione, &c. quia sunt Tituli sive causæ alienationis; Cessio autem sive mandatum est modus actionem venditam, donatam &c. transferendi v. supra *thes. 17.*

23. Cessio actionum est vel *voluntaria* vel *necessaria*. Necessaria est, quam lex fieri jubet,

Cujus exempla & species vide in *l.* 17. *l.* 36. *de Fidej.* *l.* 2. *C. de Divid. tut.* *l.* 37. *l.* 73. *ad SC. Treb.* *l.* 2. §. *ult. Fam. erc.* *l.* 5. *de Censib.* *l.* 95. §. 10. *de Solut.* *l.* 12. *de re jud.* junct. *l.* 63. *de R. V.* *l.* 15. *ad L. Aquil.* *l.* 24. *pr.* *l.* 27. §. 1. *de Minor.* *l.* 29. §. 3. *Mand.* *l.* 49. §. 2. *de Adq. poss.* *l.* 38. *de Evict.* Item in *l.* 16. §. *ult.* *l.* 20. §. 17. *l.* 40. §. 2. *de Pet. Her.* Ut & in *l.* 13. *de Pign. act.* *l.* 25. §. *ult. Locat.* *l.* 35. §. 4. *de Contr. empt.*

24. Voluntaria fit liberâ voluntate Cedentis & Cessionarii.

25. Actiones cedere possunt omnes, nec natura, nec Jure prohibiti.

26. *Naturâ* prohibentur, qui judicio & sensu communi carent.

27. *Jure* sive *Lege*, Pupilli. *l.* 43. *de O. & A.* §. 9. *I. de Inut. stip.* Minores. *l.* 3. *C. de Rest. in integr.* Prodigi. *l.* 12. §. *ult. de Tut. & Cur. dat.* *l.* 40. *de R. J.*

28. Cessio fieri potest omnibus, qui non prohibentur.

29. Actio prohibetur cedi (1. Potentioribus. *t. C. Ne lic. potent.* *l.* 3. *D. de Alien. jud. mut.* *l. ult. de Litig.* (2. Advocatis & Procuratoribus cedi prohibetur quota litis. *l.* 53. *D. de Pact.* *l.* 5. *C. de Post.* *l.* 15. *C. de Proc.* (3. Actiones tutoribus & Curatoribus contra pupillos & minores. *Nov.* 72. (4. Patri contra filiumfamilias vel filiofamilias contra patrem. *l.* 7. *de O. & A.* *l.* 44. §. 1. *de Jur. dot.* *l.* 4. *de Judic.*

30. Cedi potest omnis actio, *l. ult. C. h.* sive ex contractu, sive ex delicto, sive rei persecutoria, sive pœnalis. *l.* 38. §. 1. *de Solut.* *l.* 14. *de Furt.* *l.* 83. §. *f. de Furt.* *l.* 35. §. 4. *de Contr. empt.*

31. Mo-

31. Modo ad heredem actoris transmitti possit: nam quidquid ad heredem non transit, non potest cedi. v. *l.* 42. *de Adm. tut.* Unde cedi prohibentur. (1. Accusationes publicæ. *l. pen.* §. 1. *de Publ. Jud.* (2. Populares actiones. arg. *l.* 32. *ad Leg. Falcid. l. pen.* §. 1. *l. ult. de Popul. act. l.* 12. *de V. S. l.* 42. *de Procur.* (3. Actio Injuriarum. *l.* 28. *de Inj. d. l.* 32. *ad L. Falc. l.* 2. §. 4. *de Collat. Bon.* (4. Querela inofficiosi testamenti. *l.* 6. *de Inoff. test. l.* 1. §. 8. *Si quid in fr. patr.* (5. Actio revocatoria donationis contra ingratum donatarium. *l.* 1. *l.* 7. *l. ult. C. de Revoc. Donat.* (6. Petitio fideicommissi, in diem, vel sub conditione relicti. *l.* 59. §. 1. *de Jur. Dot.* (7. Jus petendæ bonorum possessionis. arg. *l.* 3. §. 7. *de Bon. poss.* Actiones litigiosæ, licet ad heredes transeant, tamen cedi nequeunt. *t. D. & C. de Litigios.*

32. Cessio facienda est eo tempore, quo obligatio & actio per solutionem, vel aliter, nondum est exstincta. *l.* 76. *de Solut. l.* 1. *C de Contr. tut. jud. l.* 36. *l.* 39. *de Fidej.* nisi solutio sit facta eâ lege, ut actiones cedantur. *d. l.* 76.

33. Effectus cessionis actionum est, quod Cessionarius vel actione cessa directa Cedentis, vel utili suo nomine experiri possit. *l.* 7. *l.* 8. *l. ult. C. h. t. l.* 2. *C. de O. & A. l.* 16. *D. de Pact. l. ult. C. Quando Fisc. vel Priv. l.* 3. *C. de Don. quæ sub modo.*

34. Sed & illud ad effectum cessionis pertinet, quod, ante Anastasium & Iustinianum, Actiones, sive donatæ, sive venditæ, vel aliter cessæ, idem jus tribuebant Cessionario, quod habuerat Cedens. v. *l.* 177. *de R. J. l.* 9. §. 1. *de Ed. l.* 13. §. 1, *de Pact.* Quo jure cum mirum

 in

in modum abuterentur vultures togati, & turpes litium redemptores, prohibuit Anastasius, ne cessiones actionum per venditionem, permutationem, similemve titulum onerosum fierent, quam ut Cessionarius non plus consequatur, quam dederit. *l. 22. C. Mand. l. 9. §. 2. de Offic. Proconſ. & Leg. l. 6. §. ult. Mand.*

35. Ita ut superfluum non priori creditori, non fisco, sed, ex veriore sententia, debitori acquiratur. *arg. l. 23. §. 1. C. eod.* junct. *l. 47. de O. & A. l. 125. de R. J. l. 10. de Jur. fisc. l. ult. de Litig.* arg. *Nov. 72. c. 5.*

36. Casus, in quibus Cessionarius, etiam jure novo, recte exigit solidum, vide in *d. l. 22. & l. 23. & l. ult. C. mand. Voet. ad h. t. n. 18. Bockelm. ad h. t. in fin.*

TIT. V.

De Rescindenda Venditione, & quando liceat ab Emtione recedere.
Cod. 4. 44.

1. Emtio venditio perfecta rescinditur (1 Utriusque partis contrario consensu. *l. 58. de Pact. l. 1. l. 2. C. Quand. lic. ab empt. §. ult. I. Quib. mod. toll. oblig.* Ratio est in *l. 35. de R. J. l. 80. l. 95. §. 4. de Solut.*

2. Atque hoc ita, re integra, id est, nec merce tradita, nec pretio numerato. *d. l. 58. l. 1. l. 2. C. Quand. lic. ab empt. rec. d. §. ult. l. 3. l. 5. §. 1. D. h. t.* Quæ si intervenerint, emtio venditio, nisi simul restitutis, quæ tradita sunt, rescindi non potest. *d. l. 58. l. 31. de R. J. l. 12. §. 2. de Capt.*

3. Quod

3. Quod si arrhæ vel fidejussores intercesserint, res nihilominus integra habetur, adeoque solo utriusque contrario consensu ab ea resiliri potest. *d. l. 2. C. Quand. lic. ab emt. d. l. 3. h. l. 11. §. 6. de Act. emt.*

4. Unius autem contrahentium voluntate adeo à perfecta emtione recedi non potest, ut ne quidem id liceat, si emtor jacturam arrharum facere, vel venditor eas duplicatas restituere velit. *dd. ll. l. 5. C. de O. & A.* vide *l. 35. pr. de Contr. empt. l. 11. §. 6. de Act. empt. l. ult. de L. Commiss.* Diss. Zasius, Mynsingerus, & Schneidewinus.

5. Illud certi Juris est, a pacto seu tractatu de futura Emptione, invita parte, sub amissione simplicis vel restitutione duplicis arrhæ, licere recedere; quo sensu haud dubie accipienda sunt verba Justiniani in *pr. I. de emt. & vend.* vid. *l. 17. C. de Fide instr.* Ut & ab emptione perfecta, expresse ea lege contracta. arg. *l. 1. §. 6. Depos. l. pen. C. Pro soc. l. ult. D. de L. Commiss.*

6. Ad arrham his casibus repetendam, competit, si perfecta sit emtio, & ita convenerit, actio emti, vel condictio sine causa, sive ob causam non secutam. *l. 11. §. 6. de Act. emt.* Sin conventio tantum de vendendo sit interposita, condictio ex *lege 17. C. de Fide instr.*

7. Ut autem, cum amissione, vel restitutione arrharum, a perfecta emptione, parte altera invita, recedi non potest, ita nec cum redditione pretii duplicati, *l. 6. C. h.* nec vi & potestate Rescripti Imperatorii. *l. 3. C. h. l. 7. C. de Pact. int. Emt.* Ita ut nec fisco, *d. l. 3.* nec militi hoc liceat. *l 7. C. h.*

8. (2. Perfecta Emtio rescinditur ob dolum incidentem in contractum. *l. 5. l. 10. C. h.* Nisi

si pars læsa fraudem initio contractus sciverit. *l.* 11. *C. h.*

9. (3. Ob metum. *l.* 1. *l.* 8. *C. h.*

10. (4. Ob læsionem enormem, ut Venditor ne quidem dimidiam justi pretii partem acceperit, etiamsi dolus metusque abfuerit, *l.* 2. *C. h.* Quo casu Venditori datur actio venditi, ad id, ut Emtor vel recepto pretio restituat rem, vel tantum adjiciat, quantum justo pretio deest, *d. l.* 2.

11. Licet autem *d. Lex* 2. *C. h. t.* de beneficio Venditoris tantum loquatur, non dubitamus tamen eam, ob eandem æquitatis rationem, ad Emtorem extendere, si rem pretio, duplum justi pretii excedente, comparaverit. vid. *Sand.* 3. *Decis.* 4. *def.* 13.

12. Ex eadem ratione *d. Lex* 2. non modo in Emtione, sed & in Locatione Conductione, *pr. Inst. l.* 2. *D. Loc. cond.* Permutatione, *l.* 1. *C. de Rer. perm.* Divisione; arg. *l.* 1. *C. Comm. utr. jud.* Datione in solutum, *l.* 4. *C. de Evict.* aliisque bonæ fidei negotiis, quæ aliquam cum Emtione affinitatem continent, locum habere videtur.

13. Sed & in Venditionibus sub hasta factis, quibus auctoritas Magistratus, sive judicis, implendæ solemnitatis causa, accessit, dictæ *Legis* 2. remedium locum habere, verius & justius est. arg. *l.* 1. *l.* 2. *C. de Fide & jure hast. fisc. l.* 16. *C. h. l.* 11. *C. de Præd. Min. l. ult. C. Si in caus. jud. pign. cap. l.* 2. *C. Si tut. vel cur. int.* Si autem auctoritas Magistratus, sive judicis non solemnitatis, sed tollendæ controversiæ causa, super æstimatione rei, intercesserit, venditio videtur habere vim & potestatem rei Judicatæ, adeoque tunc

tunc cessat Remedium dictæ *Legis* 2. v. *l.* 36. *Fam. erc. l.* 1. *C. de Præd. Decur. l.* 207. *de R. J.*

14. Cessat etiam Remedium dictæ *Legis* 2. (1. In Donatione. arg. *l.* 22. *de Don.* (2. In Transactione. *l.* 19. *l.* 20. *C. de Trans.* junct. *l.* 2. *C. de Transf. l.* 78. *in f. ad SC. Treb.* vid. *Vinn.* 1. *Sel. Quæst.* 57. (3. In dote: quia quælibet, etiam minor, læsio in eâ admissa, reformatur. *l.* 6. §. *ult. l.* 12. §. 1. *de Jur. Dot.* (4. Si ei renunciatum sit. arg. *l.* 69. *de R. J. l.* 46. *D. l. pen. C. de Pact. l.* 14. §. *pen. de Ædil. Ed.* (5. Si venditor non imprudens, sed sciens tam vili pretio vendiderit, ut *Legis* 2. beneficio uteretur. arg. *l.* 1. *C. si maj. fact. l.* 145. *l.* 203. *de R. J. l.* 1. §. 5. *de Injur. l.* 11. *C. h. t. l.* 9. *C. de Act. emti.*

15. Effectus memorati beneficii est, quod omnia retrahentur & in pristinum statum restituantur. Quare & fundum cum fructibus, & pretium cum usuris restituendum esse, ratio docet.

16. Sed, restituta re vendita, pignus, interim ab emtore constitutum, ipso jure non exstingui, verius est. arg. *l.* 3. *l.* 4. *D. Quib. mod. pign. l.* 43. §. 8. *de Æd. Edict.* v. *Vinn. Select. Quæst. lib.* 2. *cap.* 5. Sed venditori tantum competit actio personalis ex vendito adversus emtorem, ut pignus luat, & rem liberam restituat. Idem Juris est in ædilitio edicto; vid. *infr. tit. de Ædil. edict. th.* 11. aliud Juris est in pacto addictionis in diem, & in pacto Commissorio. vid. *tit. de Addict. in diem th.* 8. & *de Leg. Comm. th.* 10.

17. (5. Rescinditur Venditio ob pactum de Retrovendendo, ut res vendita, oblato quandocunque, vel intra tempus præstitutum, pretio, venditori sit restituenda. *l.* 2. *C. de Pact. int. emt.*

l. 12.

l. 12. *de Præscr. Verb. l.* 13. *pr. de Pign. act.* Cujus conventionis jus non modo à venditore, ejusque herede exerceri, sed & alteri cedi posse videtur.

18. Hujus pacti, simpliciter interpositi, vis est, ut omni tempore, & primo quoque die, Emtor retrovendere teneatur. *d. l.* 2.

19. Effectus hujus pacti est, quod Venditori competat actio ex vendito; quæ tamen concurrit cum actione præscriptis verbis. *d. l.* 2. Quod minime infrequens est v. *l.* 50. *de Contr. empt. l.* 1. §. 4. *Quod leg. l.* 12. *de Præscr. Verb.* Unde constat minus recte sentire eos, qui vi hujus conventionis venditionem ipso jure rescindi, dominiumque ad venditorem cum jure vindicationis reverti, contendunt. Qui refutantur tum per dictas leges, tum per *l. pen. C. de Ædil. act. l.* 20. *C. de Pact. l.* 7. §. 5. *D. eod.*

20. Sed &, re retrovendita, incrementa alluvionis, & si quæ sunt id genus alia, haud dubie venditori, rem redimenti, præstanda sunt. *l.* 9. §. 4. *l.* 33. §. 1. *de Usufr.* Aliud juris esse videtur de thesauro, ante retrovenditionem in fundo invento. §. 39. *I. de R. D.* is enim manet emtoris, quia Thesaurus non est pars fundi, sed est donum fortunæ. *l.* 62. *de Acq. poss.* vel donum Dei, *l. unic. C. de Thesaur. l.* 63. §. 1. *de A. R. D.*

21. (6. Per Retractum, qui definitur *jus Prælationis, certis personis competens, ad rem venditam, æquali pretio redimendam.*

22. Qui ut originem debet Hebræis, *Levit.* 25: 25. *Num.* 36: 9. *Jerem.* 32: 7. *Ruth.* 4: 3. 4. Ita vestigia ejus exstant in jure nostro. *l.* 35. *de Minor. l.* 60. *de Pact. l.* 16. *de Reb. auct. jud. Lib.* 5. *Feudor. tit.* 13. 14.

23. Hu-

23. Habet autem locum in rebus immobilibus. arg. *d. l.* 35. *de Minor. l.* 62. *de Contr. emt.* Non mobilibus, nisi immobilibus junctæ & nexæ sint. arg. *l.* 23. *de Usucap. l.* 34. *de Contr. emt. l.* 1. §. 6. 33. *de Vi & Vi arm.*

24. Et quidem in venditione, aliisque negotiis, affinitatem aliquam cum Emtione habentibus, ut Locatione ad longissimum tempus, Concessione in Emphyteusin. *d. lib.* 4. *Feudor. t.* 13. Datione in solutum. arg. *l.* 4. *C. de Evict.*

25. Cum autem Emtor secundus, redimens rem, in prioris locum succedat, necesse est, ut pretium & impensas necessarias, aliaque, quæ primus præstiturus fuisset, præstet. *dicto libr. Feud. tit.* 13. *l.* 39. §. 1. *de Minor. l.* 27. *de Ædil. Ed.* Ita tamen, ut retrahens non modo rem, sed & fructus pendentes, & post oblatum pretium perceptos, redimat. arg. *l.* 2. *C. de Pact. int. Emt. & Vend.*

26. Retractus est vel *Legalis*, vel *Conventionalis*. Legalis est vel ex Jure Communi, vel ex Consuetudine, sive Municipalis. Legalis ex jure communi competit filiis agnatisque, feudo, titulo oneroso, in extraneos, vel remotiores cognatos, translato. *l.* 5. *Feud.* 13. 14. 15. qui vocatur *Gentilitius.* Ita tamen, ut retractus legalis, veluti Gentilitius etiam locum quandoque habeat in rebus mobilibus allodialibus. Ratio autem hujus juris, agnatis & cognatis competentis, est, quia in bona paterna & avita justa quædam cadere solet affectio. *l.* 35. *de Minor. l.* 38. *de R. V. l.* 62. *de Contr. emt. l.* 1. §. 15. *Si quid in fraud. patr. l.* 22. *C. de Admin. Tut.* Fisco in Metallis. *l.* 1. *C. de Metallar.* (XI. 6.) vid. *Perez. ad d. tit. C. n.* 12. Domino Emphyteuseos. *l. ult. C. de J. Emph.*

Empb. vid. *Gothofr. in not. ad Nov. 62. cap.* 1. Convicanis, sive vicinis, in specie *Legis un. C. Non licere habitatoribus metrocomiæ loca sua ad extraneum transferre.* (XI. 55.) *Juven. Sat.* 16. 33. & 34. Creditoribus & Cognatis. *l.* 16. *D. de Reb. auct. jud. possid. l.* 60. *de Pact. l.* 35. *de Minor.* Idque in auctione. *d. l.* 16. *d. l.* 60. Alias non nisi ex Conventione, qui Retractus dicitur *Conventionalis. l.* 122. §. 3. *de V. O. l.* 14. *C. de Contr. emt.*

TIT. VI.

De Periculo & Commodo Rei Venditæ. Cod. 4. 48.

1. Periculum & Commodum rei venditæ, licet nondum traditæ, ad Emtorem, non ad Venditorem pertinent, §. 3. *Inst. de Emt. vend. l.* 7. *l.* 8. *l.* 11. *D. l.* 1. *l. pen. l. ult. C. b. l.* 4. §. 4. *de In diem add. l.* 31. *de Act. emt. l.* 11. §. 9. 12. *Quod vi aut clam.*

2. Quare damna, casu fortuito data, ipse fert, & omnia emolumenta & accessiones rei, post Emtionem perfectam, lucratur. *d.* §. 3. *l.* 13. §. 10. 13. 22. *D. l.* 13. *C. de Act. empt.*

3. Ratio est: Quia Venditor, ex natura contractus, non tenetur præstare nisi dolum, latam, & levem culpam. *l.* 5. §. 2. *Commod. l.* 23. *de R. J.* Accedit ratio *l.* 5. *de Reb. Cred* & *l.* 23. *de V. O.*

4. Hoc ita, si Emtio perfecta sit: Nam si vel conditio adjecta nondum existat, *l.* 1. *l.* 10. *b.* vel contractum scriptura fieri placuerit, *pr. Inst. de Emt.* vel venditæ sint res fungibiles, ponderationem, numerationem, aut admensionem requirentes, nec perfecta est Emtio, nec pericu-

lum

lum ad Emptorem pertinet, antequam ponderatio, admensio, aut numeratio facta sit. *l.* 35. §. 5. *de Contr. empt. l.* 1. §. 1. *D. l.* 2. *C. h.* Nisi Emtor moram committat in accipienda re. *d. l.* 2. *C. l.* 17. *h.* v. & *l.* 1. §. *pen.* & *ult. h. t.* Vel res fungibiles non ad pondus, aut mensuram, sed per aversionem, id est, sine mensura, totæ quantæ, vel ut optimæ maximæque, sint venditæ. *l.* 4. §. 1. *l.* 35. §. 5. 6. *l.* 62. §. *ult. de Contr. emt. l.* 35. *l.* 36. *Loc. Cond. l.* 1. §. 15. *de Exerc. Act.*

5. Quo casu periculum statim Emtoris est, sive degustaverit, sive non. *l.* 1. §. 1. *l.* 15. *h.*

6. Quod si res fungibiles venditæ sint, ut degustentur, ante degustationem periculum non Emtoris, sed Venditoris est. *l.* 1. *h.* Nisi dies gustationi præstitutus mora emtoris sit elapsus. *l.* 4. §. 1. *h.* Nam si emtor die condicto non degustaverit, rem periculi sui facit. *d. l.* 4. §. 1. Nisi venditor vel adfirmaverit de bonitate rerum, vel intelligens non duraturam bonitatem rerum usque in diem, quo tolli deberent, non admonuerit emtorem. *l.* 15. *h.*

7. Cum ergo commoda & incommoda rei venditæ ad Emtorem, licet nondum dominum, pertineant, consequitur, Venditorem, re, perfecto contractu, sine culpa sua, exstincta, vel amissa, integrum pretium nihilominus ab Emtore petere posse, & non teneri ad pretium acceptum restituendum. *d.* §. 3. *I. l.* 11. *de Evict.* contra communem regulam in *l.* 11. §. 18. *in f. de Act. Empt.* (ubi pro *hac conventione* leg. *hanc conventionem*) traditam.

8. Venditoris tamen periculum est. (1. Si ita convenerit. *d.* §. 3. *I.* (2. Si venditoris dolus, culpa, vel mora casui causam dederit. *d.* §. 3.

 l. 12.

l. 12. *l.* 15. *l.* 17. *D. l.* 4. *l. ult. C. h.* (3. Si res perierit ex vitio, quo jam ante venditionem erat affecta. *l. ult. C. h.* (4. Si una ex pluribus rebus, alternatim venditis, exstincta sit. *l.* 34. §. 6. *de Contr. empt.* (5. Si genus perierit. *l.* 14. §. 1. *h. l.* 11. *C. Si cert. pet.*

9. Atque hæc quidem certa principia convelli non possunt argumentis Cujacii, in re tam aperta dissentientis, damnumque rerum venditarum, ante traditionem pereuntium, aut corruptarum, venditorem manere contendentis. Equidem nihil est, quod vel Cujacio faveat, vel nobis obstet, in *l.* 12. *l.* 14. §. 1. *h. l. ult. de Cond. caus. dat. l.* 39. *de Solut. l.* 9. *C. de Pign. act.* junct. §. 3. *I. de Emt. l.* 11. §. 18. *de Act. emt.* vid. *Vinn.* & *J. a Costa ad* §. 3. *Inst. de Emt.* & *Vend. Huber. in Præl. Inst. de Emt.* & *Vend. th.* 9. & 10.

10. Major difficultas est in *l.* 33. *Loc.* de cujus conciliatione cum dictis aliisque legibus desperarunt Viri eruditi. vid. *Voet. ad h. t. n.* 2. & *J. a Costa ad* §. 3. *Inst. de Empt.* & *Vend.* Forte nihil Juris nostri majestate & auctoritate indignum commiserit, qui inter Veteres de præstatione casus non ad amussim convenisse, dixerit. v. *l.* 10. §. 1. *h. l.* 35. *Loc. l.* 11. *de Evict.*

11. Ex dictis principiis deducitur & hoc consectarium, Emtorem teneri ad tributa & publicas functiones. *l.* 2. *C. de Annon.* & *trib. t. C. Sine cens. vel Reliq. fund. comp.* Etiamsi aliter convenerit. *l.* 42. *de Pact.* junct. *l.* 52. §. 2. *eod.* v. & *l.* 7. *D. de Public.* & *vectig. l.* 7. *C. de Annon.* & *trib.*

TIT.

TIT. VII.

De Servis Exportandis, vel si ita mancipium venierit, ut manumittatur, vel contra. Cod. 4. 55, 56, 57.

1. Pactum ut servus exportetur, venditioni adjici solet à dominis in sui securitatem, si sibi à servo metuant, aliamve ob causam, eo effectu, ut si emtor pacto non steterit, venditor manus injectione servum, nondum manumissum, asserere, & vindicare possit, servum autem jam manumissum non exportatum, ut convenerat, fiscus in servitutem vindicet. *l.* 1. *l.* 7. *D. h. t. l.* 1. *C. Si serv. export. veneat.*

2. Sed & Venditor agit ad pœnam, hunc in finem pacto promissam, non modo si ejus intersit, sed & si non intersit pactum servatum esse. *l.* 7. *in f.* junct. *l.* 6. §. 1. *D. h.*

3. Pactum, ut manumittatur servus, si non impleverit Emptor, servus ex eo tempore, quo libertas dari potuit, ipso jure fit liber. *l. ult. in f. h. l.* 2. *l.* 3. *l.* 4. *C. Si mancip. ita fuer. alien.*

4. Pactum, ne manumittatur servus, inutilem facit manumissionem, contra conventionem factam. *l.* 5. *C. d. tit.* ne impunita maneant servorum delicta. *l. ult. C. Qui non poss. ad libert. perven. l.* 51. §. *ult. ad L. Aquil.*

5. Pactum, ne ancilla prostituatur, tribuit libertatem ancillæ, contra legem venditionis, prostitutæ, vel manus injectionem venditori. *l.* 1. *C. Si manc. ita ven. ne prostit.*

6. Pacta, ut servus cum bestiis depugnet, aliaque turpia, nullius sunt momenti. *l.* 42. *de Contr. Empt.*

Empt. l. 11. §. 1. *ad L. Corn. de Sicar. l.* 26. *de V. O. l.* 15. *de Condit. inst.*

DIGESTORUM

LIBER XIX.

TIT. I.

De Actionibus Emti, & Venditi.
Cod. 4. 49.

1. Ex Emtione Venditione nascitur obligatio efficax ad producendam actionem Emti Venditi.

2. Actio Emti est *Personalis*, *bonæ fidei*, *competens emtori*, *qui de pretio satisfecit*, *ad rem*, *cum fructibus*, *accessionibus*, *& omni causa tradendam*, *præstandumque dolum & levem culpam*, *& quidquid ex æquo & bono debetur.*

3. *Emtori.* Sive ipse, sive per procuratorem emerit. *l.* 13. §. 25. *b. t. l. ult. Pro Soc.*

4. *Qui de pretio satisfecit. l.* 13. §. 8. *b. t.* §. 41. *Inst. de R. D.* Sufficit autem vel integri pretii solutio, vel quælibet alia satisfactio. *l.* 19. *l.* 53. *de Contr. Emt. l.* 9. *C. de Resc. vend.*

5. *Contra venditorem.* Qui vel ipse, vel per procuratorem vendidit. *d. l.* 13. §. 25. *b. t.*

6. *Ad rem tradendam.* id est, transferendum dominium, si res venditoris propria, vel ad id quod interest, & evictionem, si aliena sit: neque enim Venditor præcise tenetur rem Emptoris facere. *l.* 25. §. 1. *l.* 28. *de Contr. empt. l.* 11. §. 2.

§. 2. *l*. 30. §. 1. *h. t. l*. 16. *C. de Procur. l*. 12. *C. Mand. l*. 20. *de A. R. D.*

7. Ante traditionem potest venditor rem alteri vendere & traditione accipientis facere. *l*. 6. *C. de Her. vel. Act. vend. l*, 72. *D. l*. 15. *C. de Rei vind.* Sed non impune, vid. *Supr. tit. de Contr. emt. th*. 69.

8. Tradenda autem res ipsa, si fieri possit, maxime si id actum sit. *l*. 2. §. 1. *l*. 3 §. 1. *h*. Et Res tradenda talis, qualis vendita. *l*. 6. *pr. l*. 13. §. 3. 4. *h*. & quidem constituto loco & tempore. *l*. 3. §. 3. *l*. 21. §. 3. *h*.

9. Quod si venditor rem ipsam præstare nolit, vel nequeat, verius est, eum liberari posse præstando, quanti emptoris interest, rem ipsam non tradi. *l*. 13. *de Re jud*. junct. *l*. 72. *l*. 75. §. 7. *de V. O. l*. 11. §. 9. *l*. 12. *D. l*. 4. *l*. 10. *C. h*. Dissentiunt alii per *l. un. C. de Sent. quæ pro eo quod inter*. junct. *l*. 6. *C. de Resc. vend*. aliasque. Quanquam non videtur ea controversia Judicum subsellia, aut JCtorum atria multum turbasse vel exercuisse; neque enim credibile est, facile evenire posse, ut quis, loco rei, interesse præstare malit, quod rei valorem tum aliis in casibus, tum in ipsa quoque emtione excedere potest & solet. Si tamen casus detur, standum omnino est regulæ *dictæ Legis* 13.

10. *Cum fructibus, accessionibus & omni causa. l*. 13. *D. l. pen. C. h. l*. 7. *& t. t. de Per. & comm. d. l*. 13. §. 10. §. *ult. l*. 17. *pr*. & §. 7. *l*. 38. §. *ult. h. l*. 40. §. 3. & 4. *de Contr. Emt*. Unde & dolia & torcularia accedunt venditioni horreorum, *l*. 76. *de Contr. empt*. non fundorum seu ædium. *l*. 17. *pr. h*. Sed & vino vendito, etiam vas, in quod diffusum est, ut amphora, cadus,

 ur-

urnalis, cedit emtori. arg. *l.* 17. *pr. h. l.* 3. §. 1. *l.* 6. *l.* 15. *de Trit. Vin. ol. leg. l.* 3. §. *ult. l.* 4. *de Penu legatâ*. Non item dolia ejus magnitudinis, ut non nisi difficulter moveri possint: *l.* 1. §. 3. *de Per. & comm.*

11. Ædibus venditis non accedunt ruta & cæsa. *l.* 17. §. 6. *l.* 18. §. 1. *h. l.* 66. §. *ult. de Contr. emt.*

12. Si ager locatus sit venditus, pensio locatori cedit, ita tamen, ut, quidquid eo nomine consequitur, emtori præstet. *l.* 13. §. 11. & 16. *D. h. t.* Emtor autem locationi stare non tenetur, nisi aliud actum sit. *l.* 25. §. 1. *D. l.* 9. *C. Loc. cond. l.* 13. §. *pen. h. t. vid. tit. seq. th.* 33. & 34.

13. *Præstandum dolum & culpam.* vide *l.* 68. *de Contr. emt. l.* 5. §. 2. *Commod. l.* 23. *de R. J.* §. 3. *l. de Emt. l.* 1. §. 1. *l.* 11. §. 3. 4. *l.* 13. *pr.* & §. 4. 14. *h.*

14. Datur quandoque & ad rescissionem contractus: *l.* 11. §. 6. *h. l.* 16. *de In Diem add. l.* 4. *de L. Commiss.* denique ad pacta observanda, *l.* 11. §. 1. *l.* 21. §. 4. 5. *h.* & instrumenta ad emtionem pertinentia competit. *l.* 52. *h.*

15. Actio venditi est, *quæ competit venditori, qui rem tradidit, contra emtorem, ad pretium dandum, & usuras pretii post moram, & quidquid ex æquo & bono præstandum est.*

16. *Qui rem tradidit.* Vide *l.* 25. *h. l.* 5. *l.* 24. *C. de Evict.*

17. *Ad pretium dandum.* id est, Dominium pretii transferendum. *l.* 11. §. 2. *D. l.* 7. *C. h. t.* Ita tamen, ut, licet nummi alieni fuerint, res nihilominus tamen adquiratur Emtori. *l.* 6. *C. de R. V. l.* 1. *l.* 3. *C. Si quis alteri vel sibi sub alterius nomine vel aliena pecunia emerit.*

18. Ni-

18. Nisi res emta sit pecunia pupilli. *l. 2. D. l. 2. C. Quand. ex fact. tut.* vel militis. *l. 8. C. de R. V.* vel res, pecunia ab uxore donata, emta sit à marito. *l. 55. de Don. int. V. & U.* Quibus utilis rei vindicatio datur, ad rem pecunia sua emtam vindicandam. *dd. ll.*

19. *Et usuras post moram.* Vide *l. 13. §. 19. & seq. D. l. 5. C. h. l. 32. D. l. 3. C. de Usur.*

20. *Et quidquid ex æquo & bono.* ut, ex. gr. ad impensas necessarias, & utiles ante traditionem in rem factas. *l. 13. §. 22. h.* & quidquid vel fides pactorum, vel æquitatis ratio exigit. *l. 38. & passim h. t.*

TIT. II.

Locati Conducti.

Cod. 4. 65.

1. Locatio Conductio est *contractus juris Gentium bonæ fidei, solo consensu constans, de re vel opera personæ, pro certa mercede, fruenda.*

2. Unde apparet, ut Emtionis, ita Locationis tria esse substantialia requisita, Consensum, Rem, vel Operam, & Mercedem.

3. Consensum quod attinet, circa eum eadem sunt principia tenenda, quæ supra in Emtione Venditione sunt explicata.

4. Cum autem per consensum certa fiat mercedis definitio, consequitur, Locationem ab initio non tacito, sed expresso consensu posse & debere contrahi. *l. 23. Comm. Divid.* Ne incidat in societatem, vel contractum innominatum. *l. 5. §. 2. de Præscr. Verb. l. 25. §. 6. h. t. l. 1. §. 9. Depos.*

5. Quanquam semel expresse contracta, tacite, una cum vinculo pignoris, continuari & renovari possit; in rusticis quidem prædiis in annum, in urbanis, prout conductor habitaverit; nisi ab initio convenerit, ut locatio contrahatur interposità scripturà, & scriptis certum conductionis tempus expressum sit: tum enim in scriptis contracta obligatio, non potest solo consensu continuari. v. *l.* 13. §. *ult. D. l.* 16. *C. h.*

6. Sed & aliquando, ob utilitatem publicam, consensu, & voluntate conductoris inita locatio, invito eo continuatur, ob priorum annorum uberem proventum. Quod contra regulam *Legis* 11. *C. h.* & *Legis* 9. *D. de Public. & vect.* in vectigalibus receptum est. v. *l.* 11. §. *ult. D. de Public. & vectig.* junct. *l.* 3. §. 6. *D. de Jure Fisci.*

7. Ex hoc consensus requisito consequitur (1. Locationem Conductionem ad sui perfectionem nec verba solennia, nec scripturam desiderare. *l.* 9. *C. h. l.* 17. *C. de Pact.* Quam tamen si adhiberi placuerit, tenenda principia de Emtione tradita in *pr. I. de Emt. vend. & l.* 17. *C. de Fide Instr.* (2. Abesse oportere dolum (nisi quod, ut in emptione, ita hic quoque, naturaliter liceat se invicem in pretio & mercede circumscribere. *l.* 16. §. *pen. de Minor. l.* 22. §. *ult. h.*) vim metumque & errorem. (3. Locare & conducere posse omnes, qui consentire & ex consensu obligari, exceptis, certo respectu, Decurionibus & Militibus. *l.* 30. *l.* 31. *C. h. t.* quatenus scilicet non possunt conducere prædia rustica. *l.* 9. *l.* 13. *de Re milit. Supr. tit. de Contr. emt. th.* 28.

8. *De usu Rei.* Locari possunt res quælibet in com-

commercio, sive corporales, sive incorporales, sive mobiles, sive immobiles. *l.* 34. §. 1. *de Contr. empt.* §. 1. *Inst. de Us. & Hab. l.* 12. §. 2. *de Usufr. l.* 38. *D. l.* 13. *C. eod.* etiam alienæ. *l.* 9. §. *ult. h.* & conductæ. *l.* 7. *l.* 8. *l.* 24. §. 1. *l.* 48. *D. & l.* 6. *C. h.* quatenus possunt a conductore alteri sublocari.

9. Hinc & illud constat, in locatione solum usum, non possessionem, non dominium transferri. *l.* 9. *de R. V. l.* 39. *h. t.* exceptis casibus in *l.* 22. §. 2. juncta *l.* 39. *de R. V. & in l.* 31. *h.* propositis.

10. *Aut operæ personæ.* Modo factum sit honestum, & locari solitum. *l.* 26. *de V. O. l.* 5. §. 2. *de Præsc. Verb. l.* 1. §. 5. *de Extr. cognit. l.* 1. *Si mens. fals.*

11. *Pro certa mercede.* §. 1. *I. l.* 25. *D. h. l.* 52. *de Donat. int. V. & U. l.* 22. *de Præscr. verb. l.* 23. *Comm. divid.* Modo (1. Sit vera. *l.* 46. Unde non valet locatio uno nummo facta. *d. l.* 46. *h. l.* 10. §. 2. *de Adquir. P.* (2. In numerata pecunia consistat. §. 2. *I. h. l.* 5. §. 2. *de Præscr. Verb. l.* 1. *l.* 9. *Depos. l.* 1. *in f. Mand.* Nisi convenerit, ut in certa fructuum quantitate consistat. *l.* 19. §. 3. *l.* 25. §. 6. *D. l.* 8. *l.* 21. *C. h. t. l.* 8. *C. de Pact. l.* 26. §. 1. *de Furt.* ubi pro *jus* leg. *ejus.* (3. Ut sit justa, adeoque ut respondeat quodammodo usui rei aut operæ personæ, nec quisquam lædatur ultra duplum. arg. *l.* 2. *l.* 8. *C. de Resc. vend.* junct. *Princ. &* §. 1. *I. h.*

12. Summa est inter hunc contractum & Emtionem affinitas & cognatio. *Princ. &* §. 1. *I. l.* 2. *D. h.* Quare sæpe dubitatur Emtio, an Locatio sit contracta. §. 3. 4. *I. h. l.* 20. *l.* 65. *de Contr. emt. l.* 1. *de Æstimat.*

13. Unde & Conductores sæpe Emtores dicuntur. *l.* 21. *de Ann. leg.* & Redemptores. *l.* 15. *de Public. l.* 51. §. 1. *h.* & merces pretium appellatur. *l.* 28. §. 2. *d. l.* 51. §. 1. *l.* 58. *pr. h. l. ult.* §. *ult. de Leg. Rhod. l.* 5. §. 2. *de Inst. act.*

14. Obligatio, ex hoc contractu nata; parit actionem Locati & Conducti.

15. Actio locati est, *quæ competit locatori, contra conductorem, ad mercedem pro usu rei, vel opera personæ promissam, suo tempore solvendam, restituendamque rem elapso tempore convento, & præstandum dolum, latam & levem culpam, aliaque ex æquo & bono.*

16 *Locatori.* id est, in Locatione rerum, ei, qui usum concedit, & pro eo mercedem accipit, in Locatione facti, ei, qui pro opera mercedem accipit, qui & locator operæ, *l.* 11. §. *pen. l.* 22. §. 2. *h.* & conductor operis faciendi dicitur. *dd. ll. l.* 19. §. 7. *h. l.* 1. *de Æstimat. l.* 25. §. *pen. h.*

17. Si plures locaverint, datur singulis in solidum. *l.* 13. §. 9. *l.* 47. *D. l.* 13. *C. h. l.* 9. *de Duob. reis.*

18. *Contra conductorem.* Etiam contra plures in solidum. *l.* 47. *D. h. t. d. l.* 9. eorumque heredes. §. *ult. I. l.* 10. *C. h. t.*

19. *Ad solvendam mercedem.* Et quidem integram. *l.* 3. *C. h. l.* 3. *l.* 25. §. 13. *Fam. erc.* etiamsi conductor rem ante tempus, sine justa & probabili causa, deseruerit. *l.* 27. §. 1. *l.* 55. §. *ult. h. l.* 184. *de R. J. l.* 161. & *l.* 203. *eod.* Justa autem deserendi causa est, ex. gr., metus damni infecti. *l.* 28. *de Damno infecto.* incursionis hostilis. *l.* 13. §. 7. *h.* incendii. v. *l.* 49. §. 1. *ad L. Aquil.*

20. Ob insignem sterilitatem ac calamitatem, ut

ut vim fluviorum, hostium, ac vermium, locator pro parte mercedem remittere tenetur. *l.* 15. §. 2. *l.* 25. §. 6. *D. l.* 18. *C. h. t.* Nisi remissioni pacto renunciatum sit *l.* 9. §. 2. *b.* Vel unius anni ubertas alterius sterilitatem suppleat & compenset. *d. l.* 15. §. 4. *D. l.* 8. *C. b.* Quanquam ob insignem ubertatem, plus mercedis exigere nequeat locator. *d. l.* 25. §. 6. *D. l.* 16. *C. h. t.*

21. Qui operas locavit, non prohibetur mercedem integram petere, si per eum non steterit, quominus operas præstaret. *l.* 19. §. 9. 10. *l.* 38. *h. t. l.* 15. §. 6. *D. h. l.* 161. *de R. J.* v. tamen *l.* 1. §. 13. *D. de Extraord. cogn. l.* 15. §. 1. *C. de Advocat. diverſ. judicior.* & *l.* 4. §. 5. *D. de Statulib.*

22. *Suo tempore.* vel à partibus definito, *l.* 45. §. 1. *h. l.* 34. *de R. J.* vel consuetudine recepto. *d. l.* 34. ut in Republica Romana mense Martio, pro rusticis prædiis, vel, si dies intercalaris inter Martium & Februarium in annum incidisset, solvebant Mercedonio. Vide *l.* 58. *de Usufr. l.* 15. *D. de Publ.* & *Vect.* v. & *l.* 98. *de Verb. sign.* & *Macrob. Saturn.* 1. *c.* 12. Pro Urbanis, Calendis Julii. *l.* 60. *pr. h. l.* 9. *pr. Qui pot. in pign. l.* 41. *de Contr. emt. Sueton. in Tib. c.* 35. *Martial.* 12. *Epigr.* 32. *Petron. c.* 36. Si de more non constet, finito usu, solvenda est. *l.* 54. §. 1. *D. h.*

23. Pro opere conducto solvenda merces, opere ad finem perducto, nisi aliud convenit. *l.* 80. §. 1. *ad L. Falc. l.* 72. §. 1. 2. *de V. O. l.* 35. *l.* 26. *l.* 51. §. 1. *h. t.*

24. *Restituendamque rem.* Adeo ut contra eum, qui vel plane non, vel deteriorem rem restituit, in litem juretur; *l.* 48. §. 1. *h.* & qui rei conductæ restitutionem usque ad sententiam de-

definitivam differt, præter rem ipsam, in æstimationem litis teneatur. *l.* 32. *l.pen. C. b.*

25. *Elapsô tempore convento.* Ante invitus expelli non potest. arg. *l.* 5. *C. de O. & A. l.* 17. §. 3. *Commod.* Nisi 1. Per biennium pensionem non solvat. *l.* 54. §. 1. *l.* 56. *D. l.* 3. *C. b.* Nisi 2. Re abutatur. *d. l.* 3. Nisi 3. Dominus ad inopinatum & inexspectatum usum re indigeat. *d. l.* 3. Nisi 4. corrigere domum velit ex necessitate. *d. l.* 3. *l.* 30. *& l.* 35. *b. t.* Cæterum hoc jus, quo utitur locator in simili casu concessum est conductori, ut in quibusdam casibus possit deserere ante tempus, soluta pensione, pro rata temporis; *vid. Supr. tb.* 19. junct. *tit. D. Quod quisque jur. in alt. stat.*

26. *Et præstandum dolum & levem culpam*, vide *l.* 5. §. 2. *Commod. l.* 9. *l.* 13. *pr. &* §. 1. *b. l.* 25. §. 3. 4. *l.* 31. *inf. b.* Adeoque etiam ad resarciendum damnum culpa lata, levi, non autem regulariter levissima, aut casu fortuito datum. vide §. 3. *I. de Emt. Vend. l.* 23. *de V. O. l.* 6. *C. de Pign. act. l.* 9. §. 3. *l.* 15. §. 3. *l.* 31. *b. l.* 11. §. 1. *de Peric. & Comm. rei vend. l.* 3. §. 1. *de Off. Præf. vig. l.* 3. §. 1. *Naut. Caup.* Fallit enim in conductione operis faciendi, quatenus conductor artificium profitetur.

27. *Aliaque ex bono & æquo.* id est, Usuras ex mora debitas, & quidquid ex pacto adjecto, vel ex natura contractus, & ratione æquitatis debetur. *l.* 15. *l.* 28. *D. l.* 17. *C. b. l.* 10. §. 1. *b. t.* Hodie si conductor in mora sit solvendi, non tenetur ad usuras, nisi a tempore litis contestatæ.

28. Actio Conducti est, *quæ competit Conductori, contra Locatorem, ad præstandam operam locatam, vel facultatem re conducta utendi fruendi, & restituendas impensas necessarias & utiles,*

les, præstandumque dolum, latam, levemque culpam, aliaque ex æquo & bono, & natura hujus contractus.

29. *Conductori.* ejusque heredibus. *l.* 10. *C. h.* §. *ult. l. h. l.* 19. §. 8. *h. t.*

30. *Contra locatorem.* Ejusque heredes. *d. l.* 10. *l.* 29. *C. l.* 19. §. 8. *D. h.* Nisi locatio sit facta, quoad is, qui locasset, vellet, *l.* 4. *h.* vel Usufructuarius locaverit rem in Usumfructum datam, & intra tempus locationis mortuus sit. *v. l.* 9. §. 1. *h. t.*

31. *Ad præstandam operam locatam.* Ita tamen ut locator operæ liberetur eam per alium præstando. *l.* 48. *h. t.* nisi Conductoris intersit, operas per ipsum locatorem præstari v. *l.* 31. *de Solut.*

32. *Vel facultatem re conducta.* Etiamsi alter plus mercedis offerat. *l.* 22. §. *ult. l.* 27. *D. l.* 21. *C. h.* v. *l.* 4. *C. de Locat. præd. civilium vel fiscal.* (XI. 70) Vel, ad id quod interest. *l.* 24. §. 4. *D. l.* 32. *C. h.* Vel si, per casum fortuitum, præstare non possit, tantum ad mercedem pro rata temporis restituendam, seu remittendam. *l.* 9. §. 1. *l.* 15. §. 6. 7. *h. l.* 30. *l.* 33. *h.* Nisi quis alienum prædium dolo malo locaverit: is enim etiam ad id quod interest tenetur. *l.* 35. *h.*

33. Datur etiam ad interesse, si Locator rem locatam vendiderit, & Emtor conductorem ante tempus ex ædibus vel fundo expulerit. *l.* 25. §. 1. *l.* 32. *D. l.* 9. *C. h. l.* 18. *D. de Vi & Vi arm.*

34. Quod ipsi integrum est: Nam Emtor, vel Legatarius, aliusve singularis successor, non tenetur stare locationi a Venditore, vel testatore factæ. *d. l.* 25. §. 1. *d. l.* 32. *d. l.* 9. *C. h. l.* 120. §. *ult. de Legat.* 1. In Hollandia autem & Ultrajecti emtor fundi vel ædium tenetur stare locatio-

ni

ni a venditore factæ, si non excedat decennium, licet id nominatim non convenerit. vid. *Voet. ad h. t.* Nisi 1. ea lege res legata vel emta sit, *d. l. 9.* Nisi 2. venditio sit facta a creditoribus missis in possessionem bonorum debitoris: *l. 8. §. 1. de Reb. auct. jud.* Tunc enim Prætor servat locationem ab ipso debitore factam, nisi facta sit in fraudem creditoris. Ratio est, ne conductoribus a Prætore inferatur iniqua conditio. Nisi 3. Fiscus prædium locatum vendiderit. *l. ult. versic. Papinianus D. de Jure fisci.* Ratio est, ne alioquin conductor ab emtore expulsus contra Fiscum agat actione conducti ad id quod interest. Nisi 4. Conductor in re conducta habeat hyphothecam generalem vel specialem. arg. *l. 1. pr. D. de Pign. & Hypoth.* v. *Sandii Decision. Frisic. lib. 3. tit. 6. Defin. 7. Huber. in præl. Inst. b. t. n. 11.*

35. *Impensas necessarias & utiles. l. 55. §. 1. l. 61. h. t.* Quas etiam exceptione retinere, *l. 5. exc. de Imp. in rem dot. l. 14. de Dol. mal. & met. l. 156. de R. J.* & in mercedem computare potest. *l. un. §. 3. de Via Publ.*

36. *Præstandum dolum & culpam.* Non ad culpam levissimam, multò minus ad casum fortuitum. *l. 59. D. l. 12. l. 28. C. h.* nisi quod ad culpam levissimam teneatur, qui artem profitetur, *l. 9. §. pen. l. 13. h. l. 19. §. 1. l. 25. §. pen. D. h. t. l. 8. ad Leg. Aquil.* ad casum autem, qui culpa casui caussam dedit, *l. 9. §. 3. h.* & in specie *Legis* 31. *h.* ut & si conductor præstationem casuum fortuitorum in se receperit. *l. 9. §. 2. h. l. 23. de R. J.* v. *Vinn. Select. Quæst. lib. 2. c. 1.*

37. *Aliaque ex bono & æquo* v. *l. 15. §. 1. l. 54. §. 1. D. l. 19. C. h. t.* Ut & ad instrumenta

ad

ad usum rei locatæ pertinentia. *l.* 19. §. 2. *b. t.* arg. *l.* 13. §. *ult.* & *ll. seqq. D. de Act. emti.*

TIT. III.

De Æstimatoria.

1. Contractus Æstimatorius est *contractus innominatus, bonæ fidei, quo res æstimata alteri vendenda datur, ea lege, ut accipiens vel rem incorruptam, vel æstimationem ejus restituat. l.* 1. *b.*

2. Si æstimatio sit facta, ut liceat accipienti vel rem vendere, vel retinere soluta æstimatione, vel reddere, periculum est suscipientis. *l.* 1. §. 1. *b. l.* 10. §. 5. *de Jur. dot.*

3. Si vero æstimatio sit facta, ut tantum sciat accipiens, quanti vendere debeat, vel nihil certi ea de re constet, distinguendum, accipiens, an dans se contractui obtulerit. Nam qui se obtulit, rem periculi sui facit: si neuter se offerat, præstatur dolus & culpa levis. *l.* 1. §. 1. *b.* junct. *l.* 17. §. 1. *de Præscr. Verb. l.* 11. *de Reb. cred. l.* 34. *in verbis: His argumentum. D. Mand.*

4. Actio Æstimatoria ex hoc contractu nata, est *actio præscriptis verbis, bonæ fidei, competens ei, qui rem æstimatam, alteri vendendam tradidit, contra accipientem, ut vel rem incorruptam, vel æstimationem restituat, & bonam fidem præstet. d. l.* 1. *d. l.* 17. §. 1. §. 28. *I. de Action.*

5. *Vel rem.* Etiam antequam vendi potuit, ex pœnitentia. *l.* 3. §. 3. *de Cond. caus. dat.*

6. *Vel æstimationem. d. l.* 1. §. 1. *b. t.* Cum usuris ex mora. §. 28. *I. de Act.* junct. *l.* 22. §. 2. *de Usur.*

7. Si

7. Si is, qui rem æstimatam vendendam dedit, æstimationemque accepit, alienam dando, vel aliter accipientem deceperit, ratio vult, accipienti competere actionem præscriptis verbis in id quod interest. v. *l.* 28. *de Contr. emt. l.* 30. *de Act. emt.* junct. *l.* 1. *h.*

TIT. IV.

De Rerum Permutatione.

Cod. 4. 64.

1. Permutatio est *contractus innominatus, bonæ fidei, quo aliquid, transferendi dominii causa, datur, ut res alia vicissim detur.*

2. *Innominatus.* v. *l.* 1. §. 2. *h. l.* 7. §. 1. 2. *de Pact.*

3. Adeo ut Permutatio, accepta pro conventione, quæ subsecuta traditione parit obligationem, non videatur differre à contractu, Do ut Des. *l.* 1. §. 2. *h. l.* 5. §. 1. *de Præscr. verb. l.* 1. *de Contr. Empt.*

4. *Dominii transferendi:* Vide *l.* 1. §. *pen.* & *ult. h.* Hinc res aliena non potest permutari. *l.* 1. *h. t.* junct. *l.* 11. §. 2. *l.* 30. *de Act. emt.* v. tamen *l.* 4. §. 17. *D. de Usucap. l.* 1. *C. h.* Quod si rem tuam tradideris, ego non item, vel res aliena a me tibi data evicta sit, datur tibi actio præscriptis verbis ad interesse. *l.* 1. §. 1. *h. l.* 29. *C. de Evict. l.* 3. *l.* 4. *l.* 5. *C. h.* In plerisque convenit cum Emtione Venditione. v. *dd. ll.* & *l.* 19. §. *pen. de Ædil. Edicto. l.* 2. *C. de Resc. vend.*

5. *Ut alia vicissim.* Nec refert genus cum genere, an species cum specie commutetur. Sola pecunia numerata excipitur. *l.* 1. *D.* §. 3. *l. de Emt.*

Emt. l. 5. §. 1. *de Præscr. verb.* v. tamen *l. ult. D. de Cond. causa data.*

6. Ex hoc contractu nascitur Actio præscriptis verbis, competens ei, qui rem promissam tradidit, & sic a sua parte contractui satisfecit, contra accipientem, ad præstandum quod promisit, vel id, quod interest. *d. l.* 5. §. 1.

TIT. V.

De Præscriptis Verbis, & in factum actionibus. *Cod.* 4. 64.

1. Sequuntur Contractus innominati Do ut Facias, Facio ut Des, Facio ut Facias.

2. De contractu innominato, Do ut facias v. *l.* 5. *h. t.* Huic affine est Suffragium, de quo vide *l. un. Cod. de Suffragio*, & non dissimilis hodierna Assecuratio.

3. De Contractu, Facio ut Des v. *d. l.* 5. §. 3. *h.* Ex quo cum causa, id est, factum intervenit, ut ex aliis omnibus, nascitur Actio præscriptis verbis. *l.* 15. *h.* arg. *l.* 7. §. 2. *de Pact. l.* 22. *h. l.* 6. *C. de Transf.* Licet dissentire videatur Paulus JCt. in *l.* 5. §. 3. *h.* Qui tamen locus (si non sit corruptus) cum communi DD. Schola accipi posse videtur de casu, quo non interest commodi pecuniarii respectu, quo casu de dolo agi vult JC.

4. De Contractu Facio, ut Facias, v. *l.* 5. §. 4. 5. *h. l.* 9. *l.* 18. *l.* 19. §. 1. *h. t.*

5. Licet autem ex contractu *Facio, ut Des*, & *Facio, ut Facias*, nascatur actio præscriptis verbis, condictio tamen causa data, causa non secuta in illis locum non habet, sed tantum in con-

contractibus innominatis à datione incipientibus. v. supra *lib.* XII. *tit.* 4.

6. Ut vero dictæ contractuum Innominatorum species sunt maxime notæ & frequentes, ita & alias plures dari, illisque eadem ratione actionem præscriptis verbis competere, res ipsa loquitur.

7. Est autem Actio præscriptis verbis, *civilis, nata ex contractu nec nominato, competens ei, qui quid dedit fecitve, contra eum, cui quid datum factumve est, quique fidem datam non implevit, ad præstandum quod promissum est, vel id quod actoris interest.* v. *l.* 5. §. 1. 2. *h. t.*

8. Dicitur *præscriptis*, vel, ut censet Hottomannus *in Commentar. ad Tit. Cod. de Pactis, & Transaction. perscriptis verbis:* quia cum hæc negotia non haberent certum modum aut formam, & plura essent negotia, quam vocabula, non potuerunt uno verbo significari, ut Mutui, Emtionis, Stipulationis, adeoque tota facti series actori enarranda erat & exponenda. *l.* 2. *l.* 3. *l.* 4. *h. l.* 6. *C. de Transact.* idque non compendiariis formularum notis, & syllabis, quibus alioquin JCtos scientiam suam occultasse testatur Cic. *pro Murana, cap.* 11. *& seq.* & Constantinus indicat in *l.* 1. *C. de Form. & Impetr.* sed integris, seu perscriptis verbis. Unde cum Prætor formulam daret, *præscriptis*, vel potius, *perscriptis verbis, si negotium gestum esse paret, Sempronius Judex esto*, credibile est hanc actionem & ab illa facti narratione & ab initialibus formulæ Prætoriæ verbis dictam esse.

9. Hinc dicitur actio in factum. *l.* 1. §. 1. *de Rer. perm. l.* 6. *de Resc. vend. l.* 13. §. 1. *h. t.* Præscriptis verbis, & civilis in factum actio.

l. 24.

l. 24. *h. t.* Incerti civilis. *l.* 6. *l.* 8. *h. l.* 22. *C. de Don.* Incerti condictio. *l.* 19. §. *ult. de Precar.* *l.* 9. *C. de Don.* Utilis condictio ſeu actio. *l.* 10. *C. de Pact. l.* 21. *h. l.* 3. *C. de Don. quæ ſub mod.* *l.* 6. *C. de Tranſ.*

10. *Civilis.* v. *l.* 1. *l.* 5. *l.* 6. *l.* 8. *l.* 15. *l.* 16. *h. l.* 7. §. 2. *de Pact. l.* 29. *in f. Comm. divid.* Quia tum ex interpretatione Prudentum, tum ex Reſcriptis Principum, ad exemplum aliarum civilium actionum, introducta eſt, unde & *Utilis* actio dicitur. *d. l.* 21. *h. d. l.* 6. *C. de Trans.*

11. Hæc actio regulariter eſt ſtricti juris, quandoque tamen bonæ fidei. v. §. 28. *I. de Action. l.* 1. *de Æſtim. l.* 2. §. *pen. de Precar.* Hodie omnis Actio præſcriptis verbis eſt bonæ fidei, quia ſublata pœnitentia omnis contractus ab utraque parte eſt obligatorius.

12. *Ex contractu nec nominato*, id eſt, qui vel prorſus omni caret nomine, *l.* 5. *h.* Vel nomen quidem habet, ſed non certum & ſpecificum, ut Permutatio. *l.* 12. *de Rer. Permut.* & quandoque Tranſactio. *l.* 6. *l.* 33. *C. de Tranſ.* aut ambiguum, ut Contractus Æſtimatorius. *l.* 17. §. 1. *h. l.* 1. *d. Æſtim.*

13. Unde apparet, hanc actionem non naſci ex contractu nominato, nec cum actione nominata concurrere. *l.* 1. *l.* 2. *l.* 3. *h. l.* 2. *de Act. æſt.* Niſi quod in caſu dubio, ſi incertum ſit, quæ potius actio competat, actor, proteſtatus ſe ex alterutra jus ſuum velle obtinere, duas dictet, aliam ex contractu nominato competentem, aliam præſcriptis verbis extraordinariam, ad exemplum ordinariæ, ex contractibus innominatis natæ, in ſubſidium ex æquo & bono variis negotiis accommodatam. *l.* 2. *C. de Pact.*

int. Emt. l. 50. de Contr. empt. l. 19. §. 2. junct. *l. 2. §. 2. l. 14. de Precar.*

14. Alterum hujus Tituli caput complectitur in factum actiones, quarum tenor in multis & variis Juris articulis sæpe est admissus, verba sunt Justiniani in *l. 21. C. de SS. Eccl.* Sunt autem vel Civiles, quæ sunt ipsæ actiones præscriptis verbis, ut supra, vel Prætoriæ, quæ sunt vel utiles ex sententia, non ex verbis Legis competentes. *l. 13. pr. de Pign. act. l. 12. §. 6. l. 22. §. 10. D. Mand. §. ult. I. de L. Aquil.* Vel quæ aliis actionibus, tanquam affinia remedia, cohærent. *l. 23. §. 5. l. 43. l. 52. de R. V. l. 9. §. 4. in f. ad Exhib. l. 3. §. ult. de Cond. caus. dat. l. 11. in f. de Dolo malo.* Vel actiones Edicto Prætoris, ex causâ delicti vel quasi delicti, propositæ. *l. 1. de Alien. Jud. mut. l. 3. §. 1. l. 6. Naut. caup. l. 3. de Sep. viol. l. 25. de O. & A. d. §. ult. I. de Leg. Aquil.*



